

2-33-7381

Biblioteca Unversitaria	
GRANADA	
Sala	B
Estante	54
Tabla	
Número	28

BIBLIOTECA REAL	
Sala	A
Estante	44
Número	131



MADE IN SPAIN

i 15714660

M. Coll. Leg. de Granada

1571

R. 5209

AMMIANVS · MAR CELLINVS

A · MARIANGELO · ACCVRSIO

mendis quinque millibus

purgatus, &

Libris quinque auctus ultimis,

nunc primum ab eodem

inuentis



MARIANGELVS . ACCVRSIVS
ANTONIO . FVGGERO

Ne cuiquam omnino liceat, per totum quinquennium
hosce Ammiani Marcell. XVIII. libros excudere,

Cautum est

Clementis. VII. Pont. Maximi, &

Caroli. V. Imperatoris Aug. &

Inclytæ Venetorum Reip.

Interdictis



In studiis humanioribus nulla creditur iactura insignior, quæ eorum, qui res gestas continent, libròrum interitus. Non perinde, quæ historiæ maiestas ac prerogatiua quædam semper fuerit, quæ quæ monumenta cæterorum rediuiua quodam modo esse, iterumque conditi, ac renasci posse uideantur. Neque enim fieri non potest, ut Homeri Maronisque pereuntibus inuentis, alii contingant uates, qui nouo & insigni argumento eque profint, eque animos deliniant. Mundi siderumque rationem ipsam obseruatio, Terræ situs ambitumque peragratio aperiet. Naturas rerum experimenta quoque prodent. Vitæ mores atque instituta quispiam paulò seuerior & grauior tradet. Quicquid denique inuentum olim proditumque hominum solertia casusue tulit, cum tandem interciderit (ut fluxa constat esse omnia) nihil prohibet, quo minus rursus, ac plerumque etiam feliciter inueniatur. Solà est historia, quæ libris semel morientibus, æternum moriatur. Hinc quantum aliorum uoluminibus emaculandis formandisque apud Veteres plerique, & uel in Homero ipso Zenodotus atque Aristarchus meruerunt. Quantum tempestate quoque nostrâ alii dum emendarunt, alii dum reppererunt. Nobis autem, qui euentum operamque aliorum supergressi, simul omnia prestitimus (quippe & inuenimus, & emendauimus, & non quenlibet sed historiarum scriptorem) si quid iure optimo deberi censeatur, tibi uni prestantissime Antoni deferendum, laudi nominique dandum postulamus. Cuius auctoritate in primis Ammianum Marcellinum pene nouum iterumque natum exhibemus. Cum enim cætera exesus, primis autem sui partibus imisque prorsus lacer mutilisque temporum iniuria (qua nihil immedicabilius) iaceret, ulceribus prope quinque millibus extersimus, postremosque libros quinque primi omnium in lucem dedimus. Ut iam tantum dici possit (quod falso prius credebatur) acephalus. Quam autem auspicate, si unius tuo nomine in uulgus proderet, futurum arbitrarer, hinc nimirum nostri homines intelligent, quæ cum tam magnis animi fortunæque ornamentis censearis, ea mihi prope unus Germanorum consecutus uideris, quæ proximos diis ipsis reddere mortales perhibentur, mansuetudinem, beneficentiam, & loquendi tacendique rationem. Ut non hercule iniuria Terrarum arbiter idemque princeps optimus, hac indole uirtutum adductus, tantum tibi semper tribuendum iudicarit, ut & a consiliis quanlibet absentem esse iusserit. Rarus honos, placere principibus. rarior, gentium in eo consensus. De te nulla tam seposita gens est, quæ non audierit. nulla propior, quæ non herosa supraque mortalem esse sentiat, penèque sideribus diuisque ascribendum (Antiquorum more) censeat. Quæ enim merita non unus ipse confers, quæ multi olim Veterum contulerint.

Quid unquam à te dictum aut factum, quod uel unum læderet, uel non omnibus probaretur? Quam porro citra ostentationem, citra fucum omnia? Vt cum maxime feceris, fecisse tamen nec uideri cupias, nec tibi quidem ipsi persuadeas.

Proinde affirmare ausim, tot sacras tot priuatas ædes tam multis locis, domos quoque centum & sex, egenorum languentiumque usui Auguste structas, tuas tibi uix uideri, quod in iis laboris glorieque partem fratres Maioresque tui sibi uendicent. Iam quod ad ipsam, unde orsi sumus, studiorum partem attinet, gratulandum ei arbitramur, presagientes animo futurum, ut que conclamata extorrisque ab his finibus metueretur, incolumitatem tandem postliminicumque per te cum primis unum receptura uideatur, non puocatore modo, dum uel meditaris semper ipse aliquid uel scribis, sed dum meditantes ac scribentes alios (modo uitam ac perennitatem meritura) laudibus, honore, patrocinio, prosequeris.

AVGVSTÆ . VINDELIC . CAL . APRIL
AN . SAL . MILLESIMO . QVINGENTESIMO
TRIGESIMO . TERTIO

AMMIANI . MAR CELLINI RERVM . GESTARVM LIBER . QVARTVS DECIMVS



POST emensos insuperabilis expeditionis euentus, languentibus partium animis, quas periculorum uarietas fregerat & laborum: nodum tubarum cessante clangore, uel milite locato per stationes hybernas, fortunæ sæuientis procellæ tempestates alias rebus infudere communibus, per multa illa & dira facinora Cæsaris Galli, qui ex squalore imò miseriarum in ætatis adultæ primitiis, ad principale culmen insperato cultu prouectus, ultro terminos potestatis delatę procurrēs, asperitate nimia cuncta fœdabat. Propinquitate enim regiæ stirpis, gentilitatęque etiamnum Constantini nominis efferebatur in fastus, si plus ualuisse, ausurus hostilia in auctorem suæ felicitatis, ut uidebatur. Cuius acerbitati uxor graue accesserat incentiuum, germanitate Augusti turgida supra modum. Quam Hannibaliano Regi, fratris filio, antehac Constantinus iunxerat pater. Megæra quædam mortalis, inflammatrix sæuientis adfidue, humani cruoris auida nihil mitius quam maritus. Qui paulatim eruditiores facti, processu temporis ad nocendum per clandestinos uersutosque rumigerulos, compertis leuiter addere quædam male suetos, falsa & placentia sibi dicentes, affectati regni, uel artium nefandarum calumnias infontibus adfigebant. Minuit autem, inter humilia supergressa iam potentia, fines mediocrium delictorum, nefanda Clematii cuiusdam alexandrini nobilis mors repentina. cuius focrus comisceri sibi generum flagrans, eius amore non impetrato, ut ferebatur, per palatii pseudotyrum introducta, oblato precioso reginæ monili id adsequuta est, ut ad Honoratum Comitem Orientis formula missa, letali odio scelere nullo contactus idem Clematius, nec hiscere, nec loqui permissus, occideretur. Post hoc impie perpetratum, quod in aliis quoque iam timebatur, tanquam licentia crudelitati indulta, per suspicionum nebulas æstimati quidam noxii damnabantur. Quorum pars necati, alii puniti bonorum mulctatione, actique laribus suis extorres, nullo sibi relicto præter querelas & lachrymas, stipe collatitia uictitabant, & ciuili iustoque imperio ad uoluntatem conuerso cruentam, clauderentur opulentæ domus & claræ. Nec uox accusatoris ulla, licet subditi, & in his malorum querebatur aceruis. ut saltem specietenus crimina præscriptis legum committerentur, quod aliquoties fecere principes sæui, sed quicquid Cæsaris implacabilitati sedisset, id uelut fas itisque perpensum confestim urgebatur impleri. Exco-

tatum est super his, ut homines quidam ignoti, uilitate ipsa parum cauendi, ad colligendos rumores per Antiochiæ latera cuncta destinarentur. relaturi quæ audirent. Hi peragranter & dissimulanter honoratorum circulis adsistendo, peruadendõq; diuites domus, egentiũ habitu, quicquid noscere poterant uel audire, latenter intromissi per posticas in regiam, nuntiabant. id obseruantes conſpiratione concordi, ut fingerent quædam, & cognita duplicarent in peius. laudes uero ſupprimerent Cæſaris, quas inuitis compluribus formido malorum impendentium exprimebat. Et interdum acciderat, ut ſi quid in penetrali ſecreto, nullo citeriore eius uitæ miniſtro præſente, paterfamilias uxori ſufurrasset in aurem, uelut Amphiarao referente aut Martio, quondam uatibus inclytis, poſtridie diſceret imperator. Ideõq; etiã parietes, arcanorum ſoli conſcii, timebantur. Adoleſcebat autem obſtinatum propoſitũ erga hæc & ſimilia multa ſcrutandi, ſtimulos admouente regina. quæ abrupta è mariti fortuna, ſtridebat in exitium præceps. cum eum potius lenitate ſcæminea ad ueritatis humanitatisq; uiam reducere utilia ſuadendo deberet. ut in Gordianorum actibus factiſſe Maximini truculenti illius imperatoris rettulimus coniugem. Nouo denique pernicioſõq; exemplo idem Gallus auſus eſt inire flagitium graue. qđ Romæ cum ultimo dedecore tentaffe aliquando dicitur Gallienus. et adhibitis paucis clam ferro ſuccinctis, ueſperi per tabernas palabatur & compita, quæritando græco ſermone (cuius erat impendio gnarus) quid de Cæſare quiſque ſentiret. & hæc conſidẽter agebat in Vrbe, ubi pernoctantium luminũ claritudo dierum ſolet imitari fulgorem. Poſtremo agnitus ſæpe, iãq; ſi prodiffet, conſpicuum fore ſe contemplans, non niſi luce palam egrediens ad agenda quæ putabat ſeria cernebatur. & hæc quidem medullitus multũ gementibus agebantur. Thalaffius uero ea tempeſtate præfectus prætorio præſens, ipſe quoq; arrogantis ingenii, conſyderans incitationẽ eius ad multorum augeri diſcrimina, nõ maturitate, uel conſiliis mitigabat (aliquoties ceſſæ poteltates iras principũ molliuerunt) ſed aduerſando, iurgandõq;, cum paæ congrueret, eũ ad rabiẽ potius euibrabat: Auguſtum, actus eius exaggerando, creberrime dicens. Idq; incertũ qua mente ne lateret affectans. Quibus ut mox Cæſar acrius efferatus, uelut contumaciæ quoddã uexillum altius erigens, ſine reſpectu ſalutis aliene uel ſuæ, ad uerrenda ſuppoſita inſtar rapidi fluminis irreuocabili impetu ferebatur. Nec ſanẽ hæc perniciẽ ſola Orientem diuerſis cladibus affligebat. Nãq; & Iſauri, quibus uſitatũ eſt ſæpe pacari, ſæpẽq; inopinis excuſibus cuncta miſcere & latrociniiis occultis & raris, alente impunitate adoleſcentem in peius audaciã, ad bella grauiã perruperũt. Diu quidẽ perduelles ſpiritus inrequietis motibus erigentes, hac tamen indignitate perciti uehementer, ut iactitabant, quod eorum capti quidã confortes apud Iconium Piſidiæ oppidum in amphitheatrali ſpectaculo feris prædatrixibus obiecti ſunt, præter morem: Atque ut Tullius ait, ut etiã fame monitæ plerũque ad eum locum, ubi aliquando paſtẽ ſunt, reuertantur. Ita omẽs inſtar turbinis digreſſi montibus impeditis & arduis, loca petiuere mari con-

finia,

finia, pẽr quæ, uiis latebroſis ſeſe, conuallibusq; occultantes, cum appeterent, noctis luna etiã tum cornuta, ideõq; nondum ſolido ſplendore fulgente, nauticos obſeruabant. quos cum in ſomnũ ſentirent effuſos, per anchoralia quadrupedo gradu repentes, ſeſeq; ſuſpenſis paſſibus iniectantes in ſcaphas, eiſdem enim nihil opinantibus adſiſtebant, & incendente auiditate ſæuitiam, nec cedentium quidem ulli parcendo, obruncatis omnibus, merces opimas uel utiles nullis repugnantibus auertebant. hæcq; non diu ſunt perpetrata. cognitis enim pilatorum cæſorũq; funeribus, nemo deinde ad has ſtationes adpult nauem. ſed ut Scironis prærupta letalia declinantes, litoribus cypriis contigui nauigabant, quã Iſauriæ ſcopulis ſunt controuerſa. Procedente igitur mox tempore, cum aduentitium nihil inueniretur, relicta ora maritima in Lycaoniam adnexã Iſauriæ ſe contulerunt, ibiq; denſis interea ſepientes itinera prætenturis, prouincialium & uiatorum opibus paſcebantur. Excitauit hic ardor milites per municipia plurima, quæ iſdem conterminant, diſpoſitos, & caſtella. & quiſq; ſerpentes latius pro uiribus repellere moliens, nunc globis confertos, aliquoties & diſperſos, multitudine ſuperabatur ingenti, quæ nata & educata inter æditos recuruõsq; ambitus montium, eos ut loca plana perſultat & mollia, miſſilibus obuioſ eminus laceſſens, & ululatu truci perterrẽs. Coactiq; aliquoties noſtri pedites ad eos perſequendos ſcandere cliuos ſublimẽs, etiã ſi lapſantibus plantis fruticeta preſando uel dumos ad uertices uenerint ſummos, inter arcta tamen & inuia nullas acies explicare permiſſi, nec firmare niſi ualido grefſus, hoſte diſcuſſatore rupium abſciſa uolente ſuperne periculofe per prona, diſcedunt. aut ex neceſſitate ultima fortiter dimicantes, ruinis ponderum immanium conſternuntur. Quamobrem circũſpecta cautela obſeruatum eſt deinceps, & cum ædita montium petere cõeperint graſſatores, loci iniquitate milites cædunt. ubi aut in planicie potuerint reperiri, quod contingit aſſidue, nec exertare lacertos, nec criſpare permiſſi tela (quæ uehunt bina uel terna) pecudũ ritu inertũ trucidantur. Metuentes igitur iidem latrones Lycaoniam magna parte cãpeſtrem, cũ ſe impares noſtris fore congreſſione ſtataria documentis frequentibus ſcirent, tramitibus deuiis petiuere Pamphiliam, diu quidem intactam, ſed timore populationum & cædium, milite per omnia diſfuſo propinqua, magnis undique præſidiis communitam. Raptim igitur properãtes, ut motus ſui rumorem celeritate nimia præuenirent, uigore corporũ ac leuitate conſiſi, per flexuoſas ſemitas ad ſummitates collium tardius euadebant. Et cum ſuperatis difficultatibus arduis, ad ſupercilia ueniſſent fluuii Melanis alti & uerticoſi, qui pro muro tuetur ac colas circũſuſus, augente nocte adulta, teporẽq; quicucere pauliſper lucem operientes. Arbitrabantur enim nullo impediẽte tranſgreſſi inopino accuſu oppoſita quæque ualtare. Sed incaſſum labores pertulere grauiſſimos, Nam ſole orto magnitudine anguſti gurgitis ſed profundi à tranſitu arcebantur. & dum piſcatorios quæruunt lenunculos, uel innare temere contextis ratibus parant effuſe, legiones, quæ hyemabant tunc apud Sideniſtem

impetu occurrere ueloci. & signis prope ripam locatis ad manus comminus conferendas, densas scutorum compages & scientissime præstruebant. ausos quoque aliquos fiducia nandi, uel cauatis arborum truncis amnem permeare latenter, facillime trucidarunt. Vnde tentatis ad discrimen ultimum artibus multum, cum nihil impetraretur, pauore uicq; repellente extrusi, & quo tenderent ambigentes, uenere prope oppidum Laranda. Ibi uictu recreati & quiete, postq; abierat timor, uicos opulentos adorti equestrium adiuumento cohortium, quæ casu propinquabant, nec resistere planicie porrecta conati digressi sunt, retróq; concedentes, omne iuuentutis robur relictum in sedibus acciuerunt. Et quoniam inedia graui afflictabantur, locú petiuere Paleas nomine, uergentem in mare, ualido muro firmatum, ubi conduntur nunc usque com meatus, distribui militibus omne latus Isauriæ defendentibus adsueti. Circústetere igitur hoc munimentú per triduum & trinotium. & cum neque adcliuitas ipsa sine discrimine adiri letali, nec cuniculis quicq; geri posset, nec procedebat ullum obsidionale cõmentum, mœsti excedunt: postrema ui subigente maiora uiribus adgressuri. Proinde concepta rabie sæuiore, quam desperatio incendebat & fames, amplificatis uiribus ardore incohibili in excidiú urbiú matris Seleuciæ efferebantur, quã Comes tuebantur Castitius, tréscq; legiones bellicis sudoribus indurata. Horum aduentú prædocti speculationibus fidis rectores militum tessera data soleni, armatos omnes celeri eduxere procursum, & agiler præterito Calycadni fluminis ponte, cuius undarum magnitudo murorú adluit turres, in speciem locauere pugnandi. Neque tamen exiliuit quisq; nec permissus est congregi. Formidabatur enim flagrans uesania manus, & superior numero, & ruitura sine respectu salutis in ferrum. Viso itaque exercitu procul, auditóq; liticinum cantu, represso gradu parum perstiteræ prædones, excitantésq; minaces gladios postea lentius incedebant. quibus occurrere bene pertinax miles explicatis ordinibus parans, hastisq; feriés scuta, qui habitus iram pugnantium concitat, & dolorem, proximo iam gestu terrebat. Sed eum in certamen alacriter consurgentem reuocauere ductores, rati intempestiuum anceps subire certamen, cum haud longe muri distarent, quorum tutela, securitas poterat in solido locari cunctorum. Hac ic̄ti persuasione, reducti intra mœnia bellatores, obseratis undique portarú aditibus, propugnaculis insistebát, & pinnis congesta undique saxa teláq; habentes in promptu. ut si quis sese prorpuisset ulterius, multitudine missiliú sterneretur & lapidum. Illud tamen clausos uehementer angebat, quod captis nauigiis, quæ frumenta uehebant per flumen, Isauri quidem alimentorú copiis adfluebant, ipsi uero solitarum rerum cibos iam consumendo, inediæ propinquantis erumnas exitiales horrebant. Hæc ubi latius fama uulgasset, missæq; relationes assiduæ Gallum Cæsarem permouissent: quoniam Magister equitum longius ea tempestate distinebatur: iussus Comes Orientis Nebridius, contractis undique militaribus copiis ad eximendam periculo ciuitatem amplam & opportunam studio properabat ingenti. Quo cognito abscessere latrones,

nulla

nulla re amplius memorabili gesta. dispersiq; ut solent, auia montium petiere celsorú. Eo adducta re per Isauriam, Rege Persarum bellis finitimis illigato, repellentéq; à conlimitis suis ferocissimas gentes (quæ mente quadam uersabili hostiliter eú sæpe incessunt, & in nos arma mouent aliquoties iuuant) Noodares quidam nomine, è numero optimatú, incurfare Mesopotamiam quoties copia dederit ordinatus, explorabat nostra solicite, si reperisset usq; locum, ui subita perrupturus. Et quia Mesopotamiæ tractus omnes, crebro inquietari sucti, prætenturis & stationibus seruabantur agrariis, leuorsum flexo itinere Osdroenæ subfederat. æstimans partes, nouú partimq; aliquando tentatum cõmentum aggressus. quod si impetrasset, fulminis modo cuncta uastaret. Erat auté, quod agitabat, huiusmodi. Batnæ municipiú, in Anthemusia conditum Macedonum manu præcorum, ab Eufrate flumine breui spatio disparatur, refertú mercatoribus opulentis. ubi annua solennitate prope Septembris initium mensis ad nundinas magna promiscuæ fortunæ conuenit multitudo, ad cõmercanda quæ Indi mittunt & Seres, aliáq; plurima uehi terra mariq; consueta. Hanc regionem præstitutis celebritati diebus inuadere parans Dux antedictus, per solitudines Aboresq; annis herbidas ripas, suorú indicio proditus (qui admissi flagitii metu exagitati ad præsidia discurrere Romana) absq; ullo egressus effectu, deinde tabescebat immobilis. Sarraceni tñ, nec amici nobis unq; nec hostes optandi, ultro citróq; discursantes, quicquid inueniri poterat, momento temporis parui uastabant. miliorú rapaci uitæ similes. qui si prædam despexerint celsius uolatu rapiunt celeri, aut si impetrarint, non immorantur. Super quorú moribus, licet in actibus principis Marci, & postea aliquoties meminere retulisse, tamen nunc quoque pauca de iisdem expediam carptim. Apud has gentes, quæ exordiens initíu ab Assyriis ad Nili cataractas porrigitur & confinia Blemmyarú, omnes pari sorte sunt bellatores, feminudi, coloratis sagulis pubetenus amici, equorú adiuumento pernitiú, graciliúmq; camelorum per diuersa reptantes in tranquillis uel turbidis rebus. Nec eorum quisquá aliquando stiuam apprehendit, uel arborem colit, aut arua subigendo quæritant uictú. sed errant semper spacia longe lateq; distenta, sine lare, sine sedibus fixis aut legibus. Nec idem perferunt diutius cælú, aut tractus unius soli illis unquá placet. uita est illis semper in fuga, uxorésq; mercenariæ, conductæ ad tempus ex pacto. atque ut sit species matrimonii, dotis nomine futura coniux hastam & tabernaculú offert marito, post statú diem, si id elegerit, discessura. Et incredibile est, quo ardore apud eos in Veneré uterque soluitur sexus. Ita aut, quoad uixerint, late palantur, ut alibi mulier nubat, in loco pariat alio, liberósq; procul deducat, nulla copia quiescendi pmissa. Victus uniuersis caro ferina est, lactisq; abundas copia, qua sustentantur, & herbæ multiplices, & si quæ alites capi per aucupiú possint. & plerosque nos uidimus frumenti usum & uini penitus ignorantes. Hactenus de natione pernitioua. Nunc ad textum propositum reuertamur. Dum hæc in Oriente aguntur, Arelate hyemem agens Constantius, post theatrales ludos

atque

atq; Circenses ambizioso editos apparatus, diem sextum idus Octobris, qui imperii eius annū tricesimū terminabat, insolentia pondera grauius librans, si quid dubium deferebat aut falsum, pro liquido accipiens & comperto, inter alia excarnificatū Gerontiū, Magnentianæ comitem partis, exulari mœrore mulctauit. Utque ægrum corpus quassari etiam leuibus solet offensis, ita animus eius angustus & tener, quicquid increpuiisset, ad salutis suæ dispendium existimans factum, aut cogitatum, insontium cædibus fecit uictoriā luctuosam. Si quis enim militarium, uel honoratorū, aut nobilis inter suos rumoretenus esset insimulatus fouisse partes hostiles, iniecto onere cathenarū in modum beluæ trahebatur. Et inimico urgente, uel nullo, quasi sufficiente hoc soloq; nominatus esset, aut delatus, aut postulatus, capite uel mulctatione honorū, aut insulari solitudine damnabatur. Accendebant eius asperitatem iactata uulgo crimina, quibus imminui amplitudo imperii dicebatur. Et iracundiæ suspitionū proximorū cruentæ blanditiæ exaggerantiū incidentia, & dolere impendio simulantium, si principis perditur uita, a cuius salute uelut filo pendere statum Orbis terrarum fictis uocibus exclamabant. Ideoq; fertur neminem aliquādo ob hæc uel similia pœnæ addictum, oblato de more elogio reuocari iussisse. quod inexorabiles quoq; principes factitarunt. & exitiale hoc uitium, quod in aliis nonnunquā in tepest, in illo ætatis progressu efferuescebat, obstinatum eius ppositum accendente adulatorum cohorte, inter quos Paulus eminebat notarius, ortus in Hispania, glaber quidam sub uultu latens odorandi uias periculorū occultas perquā sagax. Is in Britanniam missus ut militares quosdam perduceret ausos conspirasse Magnentio cum reniti non possent his se licentius supergressus fluminis modo fortunis compluriū sese repentinus infudit. & ferebatur per strages multiplices, ac ruinas, uinculis membra ingenuorū adfligens, & quosdam obtērens manicis, crimina scilicet multa confarcinando a ueritate longe discreta. unde admissum est facinus impium, quod Constantii temporibus notam inusserat sempiternam. Martinus agens illas puincias pro præfectis, erumnas innocentium grauius gemens, sæpeq; obsecrans, ut ab omni culpa immunibus parceretur. cū nō impetraret, minabatur se discessurū, ut saltem id metuens perquisitor maleuolus, tandem desineret quieti coalitos homines in apta pericula prolectare. Per hoc minui studium suum existimans Paulus (ut erat in complicandis negociis artifex dirus, unde & Cathenæ inditum est cognomentū) uicarium ipsum, eos quibus parerat, adhuc defensantem, ad sortem periculorū cōmunium traxit. Et instabat, ut eum quoq; cum tribunis & aliis pluribus ad comitatum Imperatoris uinctum perduceret. quo percitus ille exitio urgente, abrepto ferro eundem adoritur Paulum. Et quia languente dextera letaliter ferire nō potuit, iam districtū mucronem in pprimum latus impexit. Hocq; deformi genere mortis excessit ē uita, iustissimus remora ausus miserabiles casus leuare multorū. Quibus ita sceleste patris, Paulus cruore perfusus, reuersusq; ad principis castra, multos coopertos pene cathenis adductis, in squalorem deie-

ctos

ctos atq; mœsticiam, quorum aduentu intendebantur eculei, uincosq; parabat carnifex. et tormenta exteris proscripta sunt, pluresq; acti in exilium alii, non nullos gladii consumpsere pœnales. Nec enim quisq; facile meminit sub Constantio, ubi susurrotenus hæc mouebantur, quenq; absolutum. Inter hæc Orphitus Præfecti potestate regebat Urbem æternam, ultra modum delatæ dignitatis sese efferens insolenter, uir quidem prudens & forensium negotiorum oppido gnarus, sed splendore liberalium doctrinæ minus q; nobilem decuerat institutus. Quo ministrante, seditiones sunt cōcitatae graues ob inopiam uini. cuius audis usibus uulgus intentum, ad motus asperos excitatur & crebros. Et quoniam mirari posse quosdam peregrinos existimo hæc lecturos, forsitan si contigerit, Quam ob rem (cum oratio ad ea monstranda deflexerit, quæ Romæ gererentur) nihil præter seditiones narratur, & tabernas, & uilitates. harum similes alias summatim causas præstringam, nusq; a ueritate sponte propria digressurus. Tempore quo primis auspiciis in mundanum fulgorem surgeret uictura dum erunt homines Roma, ut aueretur sublimibus incrementis, fœdere pacis æternæ Virtus conuenit atque Fortuna, plerūque dissidentes. quarum si altera defuisset, ad perfectam non uenerat summitatem. Eius populus ab incunabulis primis adusque pueritiæ tempus extremum, quod annis circūcluditur ferè trecentis, circummurana pertulit bella. deinde ætatem ingressus adultam, post multiplices bellorum erumnas, alpes transcendit & fretum. in iuuenem erectus & uirum ex omni plaga, quam Orbis ambit immensus, reportauit laureæ triūphos. iamq; uergens in senium, & nomine solo aliquoties uincens, ad tranquilliora uitæ discessit. Ideo urbs uenerabilis post superbas efferatarum gentium ceruices oppressas, latasq; leges, fundamenta libertatis & retinacula sempiterna, uelut frugi parens & prudens & diues, Cæsaribus tanq; liberis suis regenda patri monii iure permisit. & olim, licet ociosæ sint Tribus, pacatæq; Centuriæ, & nulla suffragiorum certamina, sed pompiliani redierit securitas temporis, per omnes tamen quotquot sunt partes terrarum ut domina suscipitur & regina. & ubique Patrum reuerenda cum auctoritate canicies, populiq; Romani nomen circūspectum & uerendum. Sed læditur hic cœtuum magnificus splendor leuitate paucorum incondita, ubi nati sint non reputantium, sed tanq; indulta licentia uitis ad errores lapsorum & lasciuiam. Ut enim Symonides Lyricus docet, Beate perfecta ratione uicturo ante alia patriam esse conuenit gloriosam. Ex his quidam æternitati se commendari posse per statuas æstimantes, eas ardentem affectant. quasi plus præmii ex figmentis æreis sensibus carentibus adepturi, quam ex conscientia honeste recteq; factorum. easq; auro curant imbracteari. quod Acilio Glabroni delatum est primo, cum cōsiliis armisq; Regem superasset Antiochum. Quam autem sit pulchrum, exigua hæc spernentem & minima ad ascensus ueræ gloriæ tendere longos & arduos, ut memorat uates ascræus, Censorius Cato monstrauit. qui interrogatus, quamobrem inter multos nobiles sta-

tuam

tuam non haberet? Malo, inquit, ambigere bonos, quam ob rem id non meruerim, quod est grauius, cur impetrauerim, nullitare. Alii summum decus in carrucis solito altioribus, & ambitu uestiū cultu, ponentes, sudant sub ponderibus lacernarum, quas in colli exerta singulis ipsis annectant, ne una sub tegminū tenuitate peruia filis extantes crebris, à locis omnibus maximeque sinistra ut longioris fimbrię, tunice perspicua luceant uarietate liciorum, effigiate in species animalium multiformes. Alii nullo querente, uultus seueritate assimulata, patrimoniam sua in immensum extollunt, cultorum (ut putant) feracium multiplicantes annuos fructus, quę à primo ad ultimum solum se abunde iactitant possidere. ignorantem profecto, Maiores suos, per quos ita magnitudo Romana porrigitur, non diuitiis eluxisse, sed per bella sæuissima. nec opibus, nec uictu, nec indumentorum uilitate à gregariis militibus discrepantes, opposita cuncta superasse uirtute. Hinc ex collatitia stipe Valerius humatur ille Publicola. & subsidiis amicorum mariti, inops cum liberis uxor alitur Reguli. & dotatur ex ærario filia Scipionis, cum nobilitas florem adultę uirginis diuturnam absentiam pauperis erubesceret patris. At nunc si ad aliquem bene nummatū, tumentemque loculis, honestus aduena salutatū introiueris, primitus tanquam exoptatus suscipieris, & interrogatus multa, coactusque mentiri, miraberis nunquam antea uisus, summam uirū tenuem desisse, nixius obseruantem ut præ te feras, ut hæc bona tanquam præcipua non uidisse ante decennium Romę. Hac quoque affabilitate confusus, cum eadem postredie feceris, ut incognitus hærebis & repentinus hortator, illo hesternis dies numerando, quis sis, uel unde uenias diutius ambigente. Agnitus uero tandem & ascitus in amicitiam, si te salutandi assiduitate dederis triennio indiscretus & per totidem defueris, reuertes ad paria perferenda, nec ubi esses interrogatus, & non è medio didiceris, ætatem omnem si ultra in stipite conteres summittendo. Cum autem commotus interuallata temporibus conuiuia longa & noxia cœperint apparari, uel distributio solennium Sportularum anxia deliberatione tractatur, an exceptis his, quibus uicissitudo debetur, peregrinū inuitari conueniet, & si digesto plene consilio id placuerit fieri, is adhibetur, qui pro domibus excubat, aurigarum aut artem tesserarum profitetur, aut secretiora quædam se nosse cōfingit. Homines enim eruditos & sobrios, ut infaustos & inutiles uitant, quoque accedente, quod & nomenclatores assueti hæc & talia uenditare mercede accepta, cœnis quosdam & prandiis inserunt subdititios ignobiles & obscuros. Mensarum enim uoragines, & uarias uoluptatū illecebras, ne longius progrediar, prætermitto. illud transiturus, quod quidam per ampla spatia urbis, subuersasque silices, sine periculi metu ptopteranter equos uelut publicos signatis, quod dicitur, calcis agitant. familiarium agmina, tanquam prædatorios globos, post terga trahentes, ne Sănione quidem (ut ait Comicus) domi relicto. Quo comitatu matronę complures opertis capitibus & balternis per latera ciuitatis cuncta discurrent. Vtque præliorum periti Rectores primo ceteras uas densas opponunt & fortes, deinde leues armaturas, post iaculatores, ultimasque

masque subsidiales acies, si fors adegerit, inuasuras. ita præpositis urbanę familię suspensę digerentibus sollicitate, quos insignes faciunt uirgę dextris aptate, uelut tessera data castrensi iuxta uehiculari frontem omnem & externum incedit. Huic atratum coquinę adiungitur ministerium, deinde totum promiscue seruitium, cum ociosę plebis de uicinitate coniunctis. Postrema multitudo spadonum, à senibus in pueros desinens, obliqua distortaque liniamentorum compage deformis. Ut quaqua inceserit quisque, cernens mutilorum hominum agmina, detestetur memoriam Semiramidis Reginae illius ueteris, quę teneros mares castrauit omnium prima, uelut uim iniectans naturę, eandemque ab instituto cursu retorquens, quę inter ipsa oriundi crepundia per primigenios feminis fontes, tacita quodammodo lege, uias propagandę posteritatis ostendit. Quod cum ita sit, pauca domus studiorum seriis cultibus antea celebratę, nunc ludibriis ignauię torrentes exundant, uocali sono perflabili tinnitu fidiū resultantem. Denique pro philosopho cantor, & in locum oratoris doctor artium ludicarum accitur. & bibliothecis, sepulcrorum ritu, in perpetuum clausis, organa fabricantur hydraulica, & lyrę ad speciem carpentorum ingentes, tibięque, & histrionici gestus instrumenta non leuia. Postremo ad id indignitatis est uentum, ut cum peregrini ob formidatam haud ita dudum alimentorum inopiam pellerentur ab urbe præcipites, sectatoribus disciplinarum liberalium impendio paucis sine respiratione ulla extrusis, tenerentur Mimmarum affectu ueri, quiue id simularunt ad tempus. et tria millia saltatricum cum ne interpellata quidem cum choris totidemque remaneret magistris. Et licet, quocumque oculos flexeris, fœminas affatim multas spectare cirratas (quibus, si nupsissent, per ætatem ter iam nixus poterat suppetere liberorum) adusque tædium pedibus pauimenta terentes, iactari uolubilibus gyris, dum exprimunt innumera simulacra, quę finxere fabulę theatralis. Illud autem non dubitatur, quod cum esset aliquando uirtutum omnium domicilium Roma, ingenuos aduenas plerique nobilium (ut homerici baccarum suauitate Lotophagi) humanitatis multiformibus officiis retendabant. Nunc uero inanes flatus quorundam uile esse quicquid extra Urbis pomerium nascitur æstimant, præter orbos & cælibes. Nec credi potest, qua obsequiorum diuersitate coluntur homines sine liberis Romę, & qui patres sunt his ut in capita mendicorum acerbius cælibes dominantur. Ad quos uel sedandos omnis professio medendi torpescit. Excogitatum est adminiculum hospitale, ne quis amicum perferentem similia uideat. additumque est cautionibus paucis remedium aliud satis ualidum, famulos per concitatum missos, quemadmodum ualeant non hac ægritudine colligati, non ante recipiant domum quam lauacro purgauerint corpus. Ita etiam alienis oculis uisa metuitur labe. Sed tamen hæc cum ita tutius obseruentur, quidam uigore artuum imminuto rogati ad nuptias ubi aurum dextris manibus cauatis offertur impiger uel usque Spoletium pergunt. Hęc nobilium instituta. Ex turba uero mimæ fortes, & paupertinę in tabernis ali-

quæ pernoctantes atris nonnullis, uelabris umbraculorum theatralium latent. quæ, campanam imitatus lasciuiam, Catulus in ædilitate sua suspendit omnium primus. aut pugnaciter aleis certant turpifono fragosis naribus introrsum reducto spiritu concrepantes. aut, quod est studiorum omnium maximum, ab ortu ad uesperam sole fatiscunt uel pluuiis, premia aurigæ equorumque præcipua uel delicta scrutantes. Et est admodum mirum, uidere plebem innumeram, mentibus ardore quodam infuso, cum dimicationum Curtilium euentu pendentem. Hæc & similia memorabile nihil, uel serium agi Romæ permittunt. Ergo redeundum ad textum. Latius iam dissimulata licentia onerosus bonis omnibus Cæsar, nullum post hæc adhibens modum, Orientis latera cuncta uexabat, nec Honoratis parcens, nec urbium primatibus, nec plebeis. denique Antiochiæ ordinis uerendi duces sub uno elogio iussit occidi. ideo efferatus, quæ ei celebrari uilitatem intempestiuam urgenti, cum impenderet inopia grauius rationabili responderunt. & perissent ad unum, ni Comes Orientis tunc Honoratus fixa constantia restitisset. Erat autem diritatis eius hoc quoque indicium, nec obscurum, nec latens, quæ ludicris crucentis delectabatur, & in circo sex uel septem aliquoties uetitis certaminibus pugilum uicissim se concidentium, perfusorumque sanguine, specie, ut lucratus ingentia, lætabatur. Accendebat super his incitatum propositum ad nocendum, aliqua mulier uilis, quæ, ad palatium (ut poposcent) intronmissa, infidias ei latenter obtendi prodiderat ab militibus obscurissimis. Quam Constantina, exultans, ut in tuto iam locata mariti salute, muneratam uehiculoque impositam, per regie ianuas emisit in publicum. ut iis illecebris alios quoque ad indicanda prolliceret paria uel maiora. Post hæc Gallus Hierapolim profecturus, ut expeditioni specietenus adesset, Antiochiensi plebi suppliciter obsecranti, ut inedia dispelleret metum, quæ per multas difficilesque causas affore iam sperabatur, non (ut mos est principibus quorum diffusa potestas locabilis subinde medetur erumnis) disponi quicquam statuit, uel ex prouinciis alimenta transferri conterminis. sed consularem Syriæ Theophilum propè adstantem, ultima metuenti multitudini deditum, assidue replicando, quæ inuito rectore nullus egere poterit uictu. Auxerunt hæc uulgi sordidioris audaciam. et cum ingrauesceret penuria comeatuum, famis & furoris impulsu, Eubuli cuiusdam, inter suos clari, domum ambitiosam ignibus subditis inflammauit, rectoremque ut sibi iudicio imperiali addictum calcibus incessens, & pugnis conculcans, seminecem laniatu miserando discerpfit. Post cuius lacrymosum interitum in unius exitio quisque imaginem periculi sui considerans, documento recenti similia formidabat. Eodem tempore Serenianus ex Dacia, cuius ignauia populatam in Phœnice Cœlen ante rettulimus, pulsata maiestatis Imperii reus iure postulatus à lege, incertum qua potuit suffragatione absolui, aperte conuictus, familiarem suum cum pileo, quo caput operiebat, incantato uetitis artibus, ad templum misisse fatidicum, quantum expresse, an ei firmum protenderetur imperium, ut cupiebat.

& cunctum

& cunctum, duplexque iisdem diebus acciderat malum, quod & Theophilum in fontem atrox interceptit casus, et Serenianus dignus execratione cunctorum, innoxius modo non reclamante publico uigore discessit. Hæc subinde Constantius audiens, & quædam referente Thalassio doctus, quæ mouisse iam compererat lege communi, scribens ad Cæsarem blandius adiumenta paulatim illi subtraxit. sollicitari se simulans, ne quod militare ocium ferè tumultuosum in eius perniciem conspiraret, solisque Scholis iussit esse contentum Palatinis, & protectorem cum scutariis & gentilibus. & mandabat Domitiano Ex comite Largitionum Præfecto, ut cum in Syriam uenerit, Gallum, quem crebro acceperat ad Italiam properare, blande hortaretur & uerecunde. Qui cum uenisset ob hæc festinatis itineribus Antiochiam, prestrictis palatii ianuis, contempto Cæsare, quem uereri decuerat, ad prætorium cum pompa soleni perrexit, morbosque diu causatus, nec regiam introiit, nec processit in publicum, sed abditus multa in eius moliebatur exitium, addens quædam relationibus superuacua, quæ subinde dimittebat ad principem. Rogatus ad ultimum, admissusque in consistorium, ambage nulla prægressa inconsiderate & leuiter, proficiscere inquit, ut præceptum est Cæsar. sciens quæ si cessaueris, & tuas & palatii tui auferri iubebo prope diem annonas. Hocque solo contumaciter dicto, subiratus abscessit, nec in conspectum eius postea uenit sæpius accersitus. Hinc ille comotus, ut iniusta perferens & indigna, præfecti custodiam protectoribus mandauerat fidis. Quo comperito, Montius tunc questor, asper quidem, sed ad lenitatem propensior, consulens in comune aduocatos Palatinarum primos Scholarum alloquutus est mollius, dicens, nec decere hæc fieri, nec prodesse. addensque uoces obiurgatorio sono, quæ si placeret, post statuas Constantini deiectas super adimenda uita præfecto conueniet securius cogitari. His cognitis, Gallus ut serpens appetitus telo uel saxo, iamque spes extremas operiens, & succurrens saluti suæ quauis ratione, colligi omnes iussit armatos. & cum starèt attoniti, districta dentium acie stridens, Adeste, inquit, uiri fortes mihi periclitanti uobiscum. Montius nos tumore inusitato quodam & no uo, ut rebelles & maiestati recalitrantes Augustæ, per hæc quæ strepit, incusat. iratus nimirum, quæ contumacem præfectum quid rerum ordo postulat, ignorare dissimulantem, formidinetenus iusserim custodiri. Nihil morati post hæc militares auidi spe turbarum adorti sunt Montium primum, qui diuertebat in proximo, leui corpore senem, ad quem onerosum hirsutis resticulis cruribus eius innexis, diuariatum sine spiramento ullo adusque prætorium traxere præfecti. Et eodem impetu Domitianum præcipitem per scalas itidem funibus constrinxerunt. eosque coniunctos per ampla spacia ciuitatis acri paruere discursu. Iamque artuum & membrorum diuisa compage, super scandentes corpora mortuorum, ad ultimam truncata deformitatem, uelut exaturati mox abiecerunt in flumen. Incenderat autem audaces usque ad insaniam homines ad hæc, quæ nefariis egere conatibus, Luscus quidam Curator Urbis subito uisus, cumque eo Vtenilaus Baiulorum Præcentor, ad expediendum, quod orsi

sunt, incitans uocibus crebris, qui haud longe postea ideo uiuus exustus est. Et quia Montius inter dilanantium manus spiritum efflaturus, Epigonum & Eusebium, nec professionem, nec dignitatem ostendens, aliquoties increpabat, qui sint hi, magna querebatur industria, & nequid intepesceret, Epigonus è Lycia Philosophus ducitur, Et Eusebius è Mysia Pietatis cognomèto, concitatus orator, cum quæstor non hos, sed Tribunos Fabricarum infimulasset, promittètes armorum, si nouas res agitari comperissent. Iisdem diebus Apollinaris Domitiani gener, paulo ante agens Palatii Cæsaris curam, ad Mesopotamiam missus, à focero per militares numeros immodice scrutabatur, an quædam altiora meditantis iam Galli secreta susceperit scripta, qui cõpertis Antiochiæ gestis, per Minorem Armeniam lapsus, Constantinopolim petit. Exinde per protectores retractus arctissime tenebatur. Quæ dũ ita struuntur, indicatum est apud Tyrum indumentũ regale textũ occulte, incertum quo locante, uel cuius usibus apparatus. Ideoq; rector Prouinciæ tunc Pater Apollinaris eiusdem nominis ut conscius ductus est. Aliiq; congregati sunt ex diuersis ciuitatibus multi, qui atrocium criminum ponderibus urgebantur, lamq; litibus cladum concrepantibus internarũ concelate, ut antea turbidũ sæuiebant ingenium à ueri consyderatione detortum, & nullo impositorum uel compositorum fidem solèniter inquirente, nec discernente à societate noxiorum infontes, uelut exturbatum è iudiciis fas omne discessit. & causarum legitimas silens defensiones, carnifex rapinarum sequester, & obductio capitum, & bonorum ubique mulctatio uersabatur per orientales Prouincias, quas recensere, puto nunc opportunũ, utq; Mesopotamia digesta, cum bella Parthica instent, & Ægyptus, quæ necessaria huic rei referam ad tempus. Superatis Thauri montis uerticibus, qui ad Solis ortum sublimius attolluntur, Cilicia spaciis porrigitur late distentis, diues bonis omnibus terra. eiusq; lateri dextro adnexa Isauria. pari forte uberi palmitè uiret & frugibus multis, quã mediam nauigabile flumen Calycadnus interscindit. Et hanc quidem præter oppida multa, duæ ciuitates exornant, Seleucia, opus Seleuci Regis, & Claudiopolis, quam eduxit coloniam Claudius Cæsar. Isauria enim antehac nimium potens olim subuersa, ut rebellatrix interneciua, ægre uestigia claritudinis pristinæ monstrat admodum pauca. Ciliciam uero, quæ Cydno amne exultat, Tarsus nobilitat, urbs perspicabilis, hanc condidisse Perseus memoratur, Iouis filius & Danaës. uel certe ex Æthiopia profectus, Sandan quidam nomine, uir opulentus & nobilis, & Anazarbus, auctoris uocabulũ referens, & Mopsuestia, uatis illius domiciliũ Mopsi, quem à cõmilitio Argonautarum cũ aureo uellere direptore diem terrore abstractũ, delatum ad Africæ litus, mors repentina consumpsit. & ex eo cespite punico tecti manes eius Herotici dolorum uarietatum odentur plerũq; sospitales. Hæ duæ Prouinciæ bello quondam Pyratice cateruis mixtæ prædonum, à Seruilio Proconsule missæ sub iugum, facte sunt uestigales. Et hæ quidem Regiones uelut in prominenti terrarũ lingua positæ, ab urbe & monte Amano disparantur.

Orientis

Orientis uero limes in longũ protentus & rectũ, ab Euphratis fluminis ripis adusque supercilia porrigitur Nili, leua Sarracenis conterminans gentibus, dextra pelagi fragoribus patens. Quã plagam Nicanor Seleucus occupatam auxit magnum in modum, cum post Alexandri Macedonis obitũ successorio iure teneret regna Perfidis efficacis impenetrabilis Rex, ut indicat cognomentum. Abusus enim multitudine hominum, quam tranquillis in rebus diutius rexit, ex agrestibus habitaculis urbes construxit, multis opibus firmas & uiribus. Quarũ ad præsens plerũq; licet græcis nominibus appellentur, quæ iisdem ad arbitrium imposita sunt conditoris, primigenia tamen nomina nõ amittunt, quæ eis assyria lingua institutores uetetes indiderũt. Et prima, post Osdroenam (quam, ut dictum est, ab hac discretione discreuimus) Comagena, nunc Euphratensis clementer assurgit, Hierapoli ueterrimo, & Samofata ciuitatibus amplis, illustris. Dein Syria per spaciosam interpatet diffusa planiciem. Hanc nobilitat Antiochia, mundo cognita ciuitas, cui non certa uerit alia aduecticiis ita adfluere copiis & internis. & Laodicea, & Apamia, itidemq; Seleucia, inde à primis auspiciis florentissimæ. Post hanc accliuus Libano monti Phœnice regio plena gratiarum & uenustatis, urbibus decorata magnis & pulchris. in quibus amœnitate, celebritatẽq; nominum Tyrus excellit, Sydon, & Berytus. iisdẽq; pares, Emisa & Damascus seculis condita prisca. Has autem prouincias (quas Orontes ambiens amnis, imòsq; pedes Cassii montis illius celsi prætermeans, funditur Parthenium mare) CN. Pompeius superato Tigraçe, regnis Armeniorum abstractas, ditioni Romanæ coniunxit. Ultima Syriarũ est Palestina, per interualla magna protenta, cultis abundans terris & nitidis, & ciuitates habens quasdam egregias, nullam ulli cedentem, sed sibi uicissim uelut ad perpendicularum emulas, Cesaream, quam ad honorem Octauiani principis exædificauit Herodes, & Eleutheropolim, & Neapolim. itidemq; Ascalonem, Gazam, & Iuliam æuo superiore extructas. In his tractibus nauigerum nusq; uisitur flumen. & in locis plurimis aquæ suapte natura calentes emergunt, ad usus aptæ multiplicium medelarum. Verum has quoq; regiones pari sorte Pompeius, Iudæis domitis, & Hierosolimis captis, in Prouinciarum speciem, rectori delata iurisdictione, formauit. Huic Arabia est conferta, ex alio latere Nabatheis contigua, opima uarietate cõmerciorum, castrisq; oppleta ualidis & castellis. quæ ad repellendos gentium uicinarum excursus, sollicitudo peruigil Veterũ per opportunos saltus erexit & cautos. Hæc quoque ciuitates habet inter oppida quædam ingentes, Bostram, & Gerazam, atque Philadelphiam, murorũ firmitate cautissimas. Hæc, Prouinciæ imposito nomine, rectoreq; attributo, ob temperare legibus nostris Traianus compulit Imperator, incolarum tumore sæpe contuso, cum glorioso Marte Mediam urgeret & Parthos. Cyprum itidem insulam procul à continenti quietam & portuosam, inter municipia crebra, urbes duæ faciũt claram, Salamis & Paphus. altera Iouis delubris, altera Veneris templo insignis. Tanta tamq; multiplici fertilitate abundat rerum

B iii

omnium eadem Cyprus, ut nullius externi indigens adminiculi indigenis uiribus, à fundamēto ipso carinæ ad supremos usque carbasos edificet onerariam nauem, omnibusq; armamentis instructam mari committat. Nec piget dicere, auide magis hanc insulam populū Romanū inuasisse, q̄ iuste. Ptolemæo enim Rege fœderato nobis & socio, ob ærarii nostri angustias iusso sine ulla culpa proscribi. ideoq; hausto ueneno uoluntaria morte deletō, & tributaria facta est, & uelut hostiles eius exuuiæ classi impositæ, in Urbem aduectæ sunt per Catonem. Nunc repetetur ordo gestorū. Inter has ruinarum uarietates auis ibi quam tuebatur acrius, cui nos obsecuturos iunxerat imperiale præceptum, despiciere edicta imperatorum cogebat, lucem adimens, & reclamans adulatorum oblatrantibus turmis, bellicosus sanè milesq; semper, & militum ductor, sed forensibus iurgiis longe discretus. qui metu sui discriminis anxius, cum accusatores quæsitoresq; subdititios sibi confociatos ex iisdem foueis cerneret emergentes, quæ clam palamue agitabantur, occultis Constantium literis edocebat, implorans subsidia, quorum metu tumor notissimus Cæsaris exalaret. Sed cautela nimia in peiores heferat plagas, ut narabimus. Postea emulis consarcinātibus insidias graues apud Constantium, cætera medium principem, sed si quid auribus eius huiusmodi quiuis infudisset ignotus, acerbum & implacabilem, & in hoc causarum titulo similem sui. Proinde die functis interrogationibus præstituto, imaginarius iudex Equitū refedit Magister, adhibitis aliis in quæ essent agenda prædoctis, & assistebant hincinde notarii, quid quæsitum esse, quidue responsum, cursim ad Cæsarem perferentes, cuius imperio, trucis cum stimulis reginæ expectantis aure subinde per auleum, nec diluere obiecta permissi, nec defensi perire complures. Primum igitur omnium statuuntur Epigonus & Eusebius ob nominum gentilitatem oppressi. Prædiximus enim Montium sub ipso uiuendi termino his uocabulis appellatos Fabricarū culpasse Tribunos, ut adminicula futuræ inditioni pollicitos, & Epigonus quidem, amictutenus philosophus, ut apparuit, prece frustra tentata, sulcatis lateribus, mortisq; metu admoto, turpi confessione cogitatorum socium, quæ nulla erant, fuisse firmauit. cum nec uidisset quicq; nec audisset, penitus expers forensium rerum. Eusebius uero obiecta fidentius negans, suspensus in eodem gradu cunctatus extitit, latrocinium illud esse non iudicium, clamans. Cumq; pertinacius, ut legum gnarus, accusatorem flagitaret, atq; solēnia doctus id Cæsar, libertatemq; superbiam ratus, tanq̄ obtrectatorē audacem excarnificari præcepit. Qui ita euisceratus, ut cruciatibus mēbra deessent, implorans celo Iusticiam, toruum renidens, fundato pectore mansit immobilis, nec se incusare, nec quenq; alium passus, & tandem nec confessus, nec confutatus, cum abiecto consorte pœnali est morte multatus, & ducebatur intrepidus, temporū iniquitati insultans. Imitatus Zenonem illū ueterem Stoicum, qui ut mentiretur quædam, laceratus diutius, auulsam sedibus linguam suam cū cruento sputamine in oculos interrogantis Cypri Regis impexit. Post hæc indumētum regale querebatur, & ministris

lucande

lucande purpure tortis confessisq; pectoralem tuniculam sine manicis textam Maras quidam nomine indutus est (ut appellant Christiani) diaconus, cuius pro latere scripte Græco sermone, At Tyrii texturini præpositum cæleri speciem perurgebat, quam autem non indicabat. Denique etiam idem usque ad discrimen uite uexatus, nihil fateri compulsus est. Questione igitur per multiplices dilatata fortunæ, cum ambigerentur quædam, nonnulla leuius actitata constaret, post multorum clades, Apollinæ ambo pater & filius in exilium acti, cum ad locum Crateras nomine peruenissent, uillam scilicet suam, quæ ab Antiochia uicesimo & quarto distat lapide, ut mandatum est, fractis cruribus occiduntur. Post quorum necem nihilo lenius ferociens Gallus, ut leo cadaueribus pastus, multa huiusmodi scrutabatur, quæ singula narrare non refert, ne professionis modum, quod euitandum est, excedamus. Hæc dum Oriens diu perferret, cæli referato tepore, Constantius consulatu suo septies & Cæsaris iterum, egressus Arlate Valentiam petit, in Gundomadum & Vadomarium fratres Alamannorum Reges armatus. quorum crebris excursibus uastabantur confines limitibus terræ Galorum. Dumq; ibi diu moratur, cōmeatus operiens, quorum translationem, ex Aquitania aerei imbres solito crebriores prohibebant auidiq; torrentes, Hirculanus aduenit Protector Domesticus, Hermogenis ex magistro equitum filius apud Constantinopolim (ut supra retulimus) populari ut quondam turbela discreti. Quo uerissime referēte quæ Gallus egerat, damnis super præteritis mcerens, & futurorum timore suspensus, angorem animi q̄ diu potuit emēdabat. Miles tamen interea omnis apud Cabillona collectus, morarum impatiens sequebat, hoc irritator, quod nec subsidia uiuendi suppeterēt, alimentis nondum ex usu translatis. Vnde Rufinus, ea tempestate Præfectus Prætorio, ad discrimen trusus est ultimum. ire enim ipse cōpellebatur ad militem, quem exagitabat inopia simul & feritas, & alioqui coalito more in ordinarias dignitates asperum semper & seuum, ut satisfaceret atq; monstraret, quam ob causam annonæ conuectio sit impedita, quod opera consulta cogitabatur astute, ut hoc insidiarum genere talis periret auunculus, ne eum ut præpotens acueret in fiduciam exitiose ceptantem. Verum nauata est opera diligēs, hocq; delato Eusebius Præpositus Cubiculi missus est Cabillona auxilium secum perferens, quo per turbulentos seditionum concitatores occultius distributo, & tumor consenuit militum, & salus est in tuto locata præfecti. Deinde cito abunde perlato, castra die prædicto sunt mota. Emensis itaque difficultatibus multis, & niue obrutis callibus pluribus, ubi prope Rauracū uentum est ad supercilia fluminis Rheni, resistente multitudine Alamanna, pontem suspenderunt nauium compage. Romani uero nimia necabatur, ritu grandinis undiq; conuolātibus telis. Et cū id impossibile uideretur, Imperator cogitationibus magnis attonitus, quid capesteret ambigebat. Ecce autē ex improuiso index quidam regionum gnarus aduenit, & mercede accepta uadosum locum nocte monstrauit, unde superari potuit flumen, & potuisset aliorum

B iii

BIBLIOTECA
UNIVERSITARIA

intentis hostibus) exercitus deinde transgressus, nullo id opinante, cuncta vastare, ni pauci ex eadem gente, quibus erat honoratoris militis cura commissa, populares suos hæc per nuncios docuissent occultos, ut quidam existimabant. Infamabat autem hæc suspicio Latinum Domesticorum Comitem, & Agilonem Tribunum Stabuli, atque Scudilonem Scutariorum Rectorem, qui tunc, ut dextris suis gestantes rempublicam, colebantur. At barbari suscepta instantium rerum ratione, consilia dirimentibus forte auspiciis, uel congreddi prohibentibus auctoritate sacrorum, meliori augurio fidentibus resistebant, opinantes misere delictorum ueniam petiuros & pacem. Tentis igitur Regis utriusque Legatis, & negotio rectius diu pensato, cum pacem oportere tribui, quæ iustis conditionibus petebatur, eamque ex re tum fore, sententiarum uia concinens approbasset. aduocato in concionem exercitu, Imperator pro tempore pauca dicturus, tribunali assistens, circumdatus Potestatum cœtu cesarum, ad hunc differuit modum. Nemo quæso miretur, si post exudatos labores itinerum longos, congestosque affatim comœatus, fiducia uestri ductante Barbaricos pagos aducentans, uelut mutato repente consilio ad placidiora diuerit. Pro suo enim loco & animo quisque uestrum reputans, id inueniet uerum, quod miles ubique, licet membris uigentibus, firmiter se solum uitamque propriam circûspicit & defendit. Imperator uero officiorum, dum æquis omnibus alienæ custos salutis, nihil non ad sui spectare tutelam rationes populorum cognoscit, & remedia cuncta status negotiorum admittit, arripere debet alacriter secunda, numinis uoluntate, delata. Id in breue igitur conferam, & ostendam qua ex causa omnes uos simul adesse uolui, comilitones mei fidissimi. accipite æquis auribus, quæ succinctius explicabo. Veritatis enim sermo est simplex. Arduos uestræ gloriæ gradus (quos fama per plagarum quoque accolæ extimarum diffundit excellenter adcrefcens) Alamannorum Reges, & populi formidantes, per oratores (quos uidetis) summissis ceruicibus concessionem præteritorum poscunt, & pacem. quam ut cunctator, & cautus, utiliumque monitor (si uestra uoluntas adest) tribui debere censeo. multa contemplanis. Primo, ut martis ambigua declinentur. dein, ut auxiliares pro aduersariis adsciscamus, quod pollicentur. tum autem, ut incruenti mitigemus ferociæ flatus, perniciosos sæpe prouinciis. postremo id reputantes, quod non ille hostis uincitur solus, qui cadit in acie pondere armorum oppressus & uirium. sed multo tutius etiam tuba tacente, sub iugo mittitur uoluntarius qui sentit expertus, nec fortitudinem in rebelles, nec leuitatem in supplices animos adesse dignoscit. In summa, tanquam arbitros uos quid suadetis operior, ut princeps tranquillius temperanter adhibere modum adlapsa felicitate decernens. Non enim inertiae, sed modestiæ humanitati que (mihi credite) hoc, quod recte consultum est, assignabitur. Mox dicta finierat. multitudo omnis ad quæ Imperator uoluit promptior, laudato consilio, consensit in pacem. ea ratione maxime percita, quod norat expeditionibus crebris, Fortunam eius in malis tantum ciuilibus uigilasse. cum autem bella mouerentur externa, acci-

disse

disse plerumque luctuosa. Icto post hæc foedere gentium ritu, perfecta que solennitate, Imperator Mediolanum ad hyberna discessit. ubi curarum abiectis ponderibus aliis, tanquam nodum & odium difficillimum Cæsarem conuellere nisu ualido cogitabat. eique deliberanti cum proximis, clandestinis colloquiis & nocturnis, qua uis, quibusue comœntis id fieret, antequam diffundendis rebus pertinacius incumberet confidentia, acciri mollioribus scriptis per simulationem tractatus publici nimis arguentis, eundem placuerat Gallum. ut auxilio destitutus, sine ullo interiret obstaculo. Huic sententiæ uersabilium adulatorum refragantibus globis. inter quos erat Arbetio ad insidiandum acer & flagrans, & Eusebius tunc Præpositus Cubiculi, effusior ad nocendum non occurrendum, occurrebat, Cæsare discedente, Ursicinum in Oriente perniciose reliquendum. si nullus esset qui prohiberet, altiora meditaturum. Iisdemque residui regii accessere Spadones. quorum ea tempestate plus habendi cupiditas ultra mortalem modum adolescebat inter ministeria uitæ secretioris, per arcanos susurros nutrimenta fictis criminibus subserentes. qui ponderibus inuidiæ grauioris uirum fortissimum opprimebant. subolescere Imperio adulos eius filios, mussitantes, decore corporum fauorabiles & ætate, per multiplicem armaturæ scientiam agilitatemque membrorum, inter quotidiana prolixa exercitos, consulto consilio cognitos, Gallum suoapte ingenio trucem per suppositos quosdam ad seua facinora ideo animatum, ut eo digna omnium ordinum detestatione exoso, ad Magistri Equitum liberos principatus insignia transferantur. Cum hæc taliaque sollicitas eius aures euerberarent, expositas semper huiusmodi rumoribus & patentes, uario animo tumescente, consilia tandem dat, optimum factu elegit, & Ursicinum primum ad se uenire summo cum honore mandauit. ea specie, ut pro rerum tunc urgentium captu disponeretur con cordi consilio, quibus uirium incrementis Parthicarum gentium, arma minantium, impetus frangerentur. Et ne quid suspicaretur aduersi uenturus, uicarius eius, dum redit, Prosper missus est Comes. acceptisque literis, & copia rei uehiculariæ data, Mediolanum itineribus properauit magnis. Restabat ut Cæsar post hæc properaret accitus. & abstergendæ causa suspitionis, sororem suam, eius Vxorem, Constantius ad se tandem desyderatam uenire multis fictisque blanditiis hortabatur. Quæ, licet ambigeret, metuens sæpe cruentum, spe tamen (quod eum lenire poterat ut germanum) profecta, cum Bithiniam introisset, in statione, quæ Cenos Gallicos appellatur, absumpta est uis febrium repentina. Cuius post obitum maritus contemplanis cecidisse fiduciam, qua se fultum existimabat, anxia cogitatione quid moliretur hærebat. Inter res enim impeditas & turbidas ad hoc unum mentem sollicitam dirigebat, quod Constantius cuncta ad suam sententiam conferens, nec satisfactio nem suscipiet aliquam, nec erratis ignoscet. sed ut erat in propinquitatis perniciem inclinior, laqueos ei latenter obtendens, si cepisset incautum morte mulctaret. Eo necessitatis adductus, ultimaque uis, iugulasset operiens Principem, locum si copia patuisset quam affectabat. sed perfidiam proximorum ratione.

ratione bifaria uerebatur, quæ cum ut truculentum horrebant & leuem, quæque altiore Constantii fortunam in discordiis ciuilibus formidabant. Inter has curarum moles immensas, Imperatoris scripta suscipiebat assidua, monentis orantisque ut ad se ueniret, & mente monstrantis obliqua, rempublicam nec posse diuidi, nec debere, sed pro uiribus quæque ei ferre suppetias fluctuanti. nimirum Galliarum indicans uastitatem. quibus subserebat non adeo uetus exemplum, quæ Diocetiano & eius collegæ, ut Apparitores Cæsaris, non refides, sed ultro citroque discurrentes obtemperabant. Et in Syria Augusti uehiculum irascentis per spacium mille passuum ferè pedes ingressus est Galerius purpuratus. Aduenit post multos Cubiculo Scutariorum Tribunus, uelamento subagrestis ingenii persuasionis opifex callidus. qui eum aduulabili sermone seriis admixto, solus omnium proficisci pellexit uultu assimulato. sæpius replicando, quæ flagrantibus uotis eum uidere frater cuperet patruelis. quæ per imprudentiam gestum est, remissurus ut mitis & clemens, participemque eum suæ maiestatis adscitum, & futurum laborum quoque socium, quos Arctoæ prouinciæ diu fessæ poscebant. Utque solent, manum iniectantibus Fatis, hebetari sensus hominum & obtundi, his illecebris ad meliorum expectationem erectus, egressusque Antiochia numine leuo ductante, prorsus ire tendebat. De fumo (ut prouerbiu loquitur uetus) ad flammam. & ingressus Constantinopolim, tanquam in rebus prosperis & securis æditis Equestribus ludis, capiti Coracis aurigæ coronam imposuit ut uictoris. Quo cognito, Constantius ultra mortalem modum exarsit. Ac ne quo casu idem Gallus de futuris incertus, agitare quædam conducentia saluti suæ per itinera conaretur, remoti sunt omnes de industria milites, agentes in ciuitatibus peruiis. Eoque tempore Taurus quaestor ad Armeniam missus, confidenter nec appellato eo, nec uiso transiit. Venere tamen aliqui iussu Imperatoris administrationum specie diuersarum, eundem, ne commouere se posset, neue tentaret aliquid, occultè custodituri. Inter quos Leontius erat postea Vrbi Præfectus, ut quaestor & Lucillianus quasi Domesticorum Comes, & Scutariorum Tribunus nomine Bainobaudes. Emensis itaque longis interuallis & planis, cum Hadriano-polim introisset urbem, Hemmontanam, Vscudumam antehac appellatam, fessasque labore diebus duodecim recreans uires, comperit Thebeas legiones, in uicinis oppidis hyemantes, confortes suos misisse quosdam, eum ut remaneret promissis fidis hortaturos & firmis, fiducia sui abunde per stationes locat confines. sed obseruante cura peruigili proximorum, nullam dicendi, uel audiendi, quæ ferebant, furari potuit facultatem. Inde aliis super alias urgentibus literis exire, & decem uehiculis publicis, ut præceptum est usus, relicto Palatio omni, præter paucos thori ministros & mensæ, quos aduexerat secum, squalore concretus celerare gradum compellebatur, adigentibus multis, Temeritati subinde flebiliter imprecatus, Quæ eum iam despectum & uilem arbitrio subdiderat infirmorum. Inter hæc tamen, per inducias naturæ conquietentis sauciebantur eius sensus circumstridentium terrore laruarum in-

terfectorum,

terfectorum. Quæ cateruæ (Domitiano & Montio præuiis) correptum eum (ut existimabat) in somnis, uncis furialibus obiectabant. Solutus enim corporeis nexibus animus semper uigens motibus indefessis, & cogitationibus subiectus & curis, quæ mortalium sollicitant mentes, colligit Uia nocturna, quas Fantasias nos appellamus. Pandente itaque uiam fatorum sorte tristissima, qua præstitutum erat, cum uita & imperio spoliari, itineribus interiectis permutatione iumentorum emensis, uenit Petobionem, oppidum Noricorum. ubi reseratae sunt insidiarum latebræ omnes. & Barbatio repente apparuit Comes (qui sub eo domesticis præfuit cum Apodemio agente in rebus) milites ducens, quos beneficiis suis oppigneratos elegerat Imperator, certus nec præmiis, nec miseratione ulla posse deflecti. Iamque non adumbratis fallacis res agebatur. sed qua palatium est extra muros, armatis omne circumfedit. Ingressusque obscuro iam die, ablatis regiis indumentis, Cæsarem tunica textit & paludamento communi, eum post hæc nihil passurum uelut mandato principis iurandi crebritate confirmans, ut statim inquit, exurgeret inopinum carpento priuato impositum, ad Istriam duxit prope oppidum Polam. ubi quondam peremptum Constantini filium accepimus Crispum. Et cum ibi seruaretur arctissime terrore propinquantis exitus iam præsepultus, accurrit Eusebius Cubiculi tunc præpositus, Pentadiusque notarius, & Mallobaudes armaturarum Tribunus, iussu Imperatoris cõpulsis eum singillatim docere, quam ob causam quenque apud Antiochiam necatorum iusserat trucidari. Atque adrasteo pallore perfusus hætenus uoluit loqui, quæ plerisque incitante coniuge iugulauerit Constantina. ignorans profecto, Alexandrum Magnum urgenti matri ut occideret quendam insontem, & dictitanti (spe impetrandi postea quæ uellet) eum se per nouem menses utero portasse prægnantem, ita respondisse prudenter, Aliam parens optima posce mercedem, hominis enim salus beneficio nullo pensatur. Quo comperto, irreuocabili ira princeps percitus & dolore, fiduciam omnem fundandæ securitatis in eodem posuit abolendo. Et misso Sereniano, quem in crimen maiestatis uocatum præstigiis quibusdam absolutum esse monstrauimus, Pentadio quinetiam notario, & Apodemio agente in rebus, cum capitali supplicio destinauit. & ita colligatis manibus in modum noxii cuiusdam latronis, ceruice abscissa, ereptaque uultus & capitis dignitate, cadauer est relictum informe, pauloante urbibus & prouinciis formidatum. Sed uigilauit utrobique superni numinis equitas. Nam & Gallum obitu oppressit crudeli, & non diu postea ambo cruciabili morte absumpti sunt, qui cum (licet nocentem) & blanditiis palpantes & periuriis adusque plagas perduxerent letales. Quorum Scudilo distillatione iecoris & pulmonis uomitans interiit. Barbatio, qui in eum diu falsa cõposuerat crimina, cum ex magisterio peditum altius niti quorundam susurris incusaretur, damnatus, extincti per fallacias Cæsaris manibus animam in ludibrio obitu parentauit. Hæc & huiusmodi quædam innumerabilia ultrix facinorum impiorum, bonorumque præmiatrix, aliquoties operatur Adraestia (atque

(atque utinam semper) quam uocabulo duplici etiam Nemesim appella-
mus. ius quoddam sublimis numinis efficacis, humanarum mentium opini-
one lunari circulo superpositum, uel (ut definiunt alii) substantialis tutela
generali potentia partibus presidens Fatis. Quam Theologi ueteres, fingen-
tes Iustitię filiam, ex abdita quadam eternitate tradunt omnia despectare ter-
rena. Hęc ut Regina causarum & arbitra rerum, hęc disceptatrix, urnam
fortium temperat accidentium, uices alternas, uoluntatumq; nostrarum ex-
orsa interdum alio, q̄ quo contendebant, exitu terminans, multiplicēs actus
permutando conuoluit. Eademq; necessitatis insolubili retinaculo mortali-
tatis uinciens fastus tumentes, in casuum & incrementorum detrimentorūq;
momenta uersabilis, ut nouit, nunc erectas mentium ceruices opprimit &
eneruat, nunc bonos ab imo suscitans ad bene uiuendum extollit. Pennas au-
tem ideo illi fabulosa uetustas aptauit, ut adesse uelocitate uolucris cunctis
existimetur. & prætere gubernaculum dedit, eiq; subdidit rotam, ut uni-
uersitatem regere per Elementa discurrens omnia, non ignoretur. Hoc imma-
turo interitu ipse quoque sui pertesus, excessit de uita ætatis nono anno atque
uigesimo, cum quadriennio imperasset. Natus apud Thucos in Massa Ve-
ternensi, patre Constantio, Constantini fratre Imperatoris, matremq; Galla so-
rore Rufini & Cærealis, quos trabecæ consulares nobilitarunt, & præfecturæ
prouinciarum. Fuit autem forma conspicuus bona, decente filo corporis,
membrorūq; recta compage, flauo capillo, & molli barba, licet recens emer-
gente lanugine teneras per genas, Ita tamen ut maturius auctoritas emine-
ret. Tantum a temperatis moribus Iuliani differens fratris, quantum inter Ve-
spasiani filios fuit Domitianum & Titum. Assumptus autem in amplissimū
Fortunę fastigium, uersabiles eius motus expertus est, qui ludunt mortalita-
tem, nunc euehentes quosdam in sydera, nunc ad Cocyti profunda mergen-
tes. Cuius rei cum innumera sint exempla, pauca tactu summo transcurram.
Hęc Fortuna mutabilis & inconstans fecit Agathoclem siculum ex figulo
Regem. & Dionysium, gentium quondam terrorem, Corynthis literario ludo
præfecit. Hęc adramytenum Andrisum, in fullonio natū, ad Pseudophilip-
pi nomen euexit, & Persei legitimum filium artem ferrariam, ob quærendum
docuit uictum. Eadem, Mancinum populi imperio Numantinis emissum,
summa atrocitate, Veturium & Claudium, Corsis subtrauit. Quid feritati
Carthaginis Regulum istius iniquitate. Pompeius post quæsitum Magni ex
rerum gestarum amplitudine cognomentum, ad spadonū libidinem in Ægy-
pto trucidatur. Et Eunus quidā ergastularius seruus ductauit in Sicilia fugi-
tios. Quam multi splendido loco nati, eadem rerum domina conuiente,
Viriathi genua sunt amplexi, uel Spartaci? Quot capita, quæ horruere gētes,
funesti carnifices absciderunt? Alter in uincula ducitur, alter insperatæ præ-
ficatur potestati, alius a summo culmine dignitatis excutitur. Quæ omnia, si
scire quisq; uelit, q̄ uaria sint & assidua, harenarum numerum idem iam desi-
piens, & montium pondera scrutari poterit.

AMMIANI.

AMMIANI . MARCELLINI

RERVM . GESTARVM

LIBER . DECIMVS

QVINTVS.



VÆ licuit in acie scrutari, quæq; uidere per ætatem,
uel perplexe interrogando uersatos in medio, scire,
narrauimus ordine casuum exposito diuersorum.
residua, quæ sequuturus aperiet textus, pro uirium
captu limatius absoluemus. nihil obrectatores lon-
gi (ut putant) operis formidantes. Tunc enim lau-
danda est breuitas, cum moram rumpens intempe-
stiuam, nihil subtrahit cognitioni iustorū. Nondum
apud Noricum exuto penituit Gallo Apodemius, quoad uixerat igneus tur-
barum incentor, raptos eius calceos uehens, equorum permutatione ueloci,
ut nimietate cogendi quosdam extingueret, præcursorius index Mediolanum
aduenit. ingressusq; regiam ante pedes proiecit Constantii, uelut spolia regis
occisi Parthorum. & perlato nuntio repentino, docente rem insperatam &
arduam, ad sententiã totam facilitate completam, hi qui summam aulam
tenebant, omni placendi studio in adulationem ex more collato, uirtutem fe-
licitatemq; Imperatoris extollebant in cælum. Cuius nutu in modum grega-
riorum militum, licet diuersis temporibus, duo exauctorati sunt principes,
Veteranio nimirum & Gallus. Quo ille studio blanditiarū exquisito sublatus,
immunēq; se deinde fore ab omni immortalitatis incommodo fidenter existi-
mās, confestim a iusticia declinauit ita intemperanter, ut ÆTERNITATEM
MEAM aliquoties subsereret ipse dictando, scribendoq; propria manu, Or-
bis totius se dominum appellaret. Quod dicentibus aliis, indignanter admo-
dum ferre deberet is, qui ad æmulationem ciuiliū principum uitam forma-
re moresq; suos, & predicabat, ut ingentes & laboris enixi. Nāq; etiam si
Mundorum infinitates essent, eos gloria & armorum inuicto robore se re-
pleturum, & domituum sperabat. Et tanq̄ ad Democriti exemplum, quos
Anaxarcho incitante Magnus somniabat Alexander, id repetisset legens uel
audiens, q; (ut docent mathematici) continentes ambitus terræ totius, quæ
nobis uidetur, immensam magnitudinem uniuersitatis, instar breuis obtinet
puncti. Iamq; post horrendam delicti Cæsaris cladem, sonante periculis
iudicialium tuba, in crimen læsæ maiestatis arcessebatur Vrsicinus, adolescen-
te magis magisq; contra eius salutem liuore, omnibus bonis infesto. Hac

C

enim superatur difficultate, q̄ ad suscipiendas defensiones æquas & probabiles Imperatoris aures occlusæ, patebant susurris insidiantium clandestinis. qui Constantii nomine per Orientis tractus omnes abolito, antedictum ducem domi forisq̄ desyderari, ut formidolosum Persicæ genti, fingebant. Sed contra accidentia uir magnanimus stabat immobilis, ne se proiiceret abiectus cauens, parum tuto loco innocentiam stare medullitus gemens. hocq̄ uno tristior, q̄ amici ante hæc frequentes ad potiores desciuuerant. & ad successores officiorum more poscentes solent transire lictores. Impugnabat autem eum per fictæ benignitatis illecebras collega, & uirum fortem propalam sæpe appellans Arbetio, ad innectendas letales insidias uitæ simplici perq̄ calens & ea tempestate nimium potens. Vt enim subterraneus serpens, foramen subsidens occultum, adsultu subito singulos transitores obseruans incessit, ita ille addens etiam post lædendi militiæ munus, nec læsus aliquando nec lacessitus, inexplebili quodam lædendi proposito conscientiam polluebat. Cogitur paucis arcanorum præfectis consciis latenter cum Imperatore sententiam retere. Id federat, ut nocte uentura procul à conspectu Militarium raptus Vrsicinus, indemnatus occideretur. ut quondam Domitius Corbulo dicitur cæsus in colluuiione illa Neroniani seculi, prouinciarum fidus defensor & cautus. Quibus ita compositis, cum ad hoc destinati prædictum tempus operirentur, consilio in lenitudinem flexo, facinus impium ad liberationem secundam deferri præceptum est. Inde q̄ ad Iulianum recens perductum calumniarum uertitur machina, memorabilem postea principem gemino crimine, ut iniquitas estimabat, implicitum, qd̄ à Marcelli fundo in Cappadocia posito ad Asiam demigrarat liberaliū desyderio doctrinarum, per Constantinopolim transeuntem uiderat fratrem. Qui cum obiecta dilueret, ostenderetq̄ neutrum sine iussu fecisse, nefando assentatorum cœtu perisse urgentium, aspiratione superni numinis, Eusebia sufragante Regina ductus ad Comum oppidum Mediolano uicinum. ibiq̄ paulisper moratus pro eadem ingenti causa ut cupidine flagrauit, ad Græciam ire permissus est. Nec defuere deinceps ex his emergentia casibus, quæ dispiceret secundis auribus contigisse. Tum punirentur ex iure, uel tanq̄ irrita defluebant & uana. sed accidebat nonnunq̄ ut opulenti pulsantes præsidia potiorum, iisdemq̄ tanquam hæderæ celsis arboribus adhaerentes, absolutionem precibus mercarentur emensis. Tenues autem, quibus exiguæ uires erant ad redimendam salutem, aut nullæ, damnabatur abrupte. Ideoq̄ & ueritas mendaciis uelabat, & ualere pro ueris aliquoties falsa. Perductus est iisdem diebus & Gorgonius, cui erat thalami Cæsariani cura cõmissa, cuiq̄ eum aursori fuisse participem concitoremq̄ interdum ex confessio pateret, conspiratione spadonum, iustitia concinnatis mendaciis obumbrata, periculo euolutus abscessit. Hæc dum Mediolani aguntur, Militarium cateruæ ab Oriente perductæ sunt Aquileiam, cum aulicis pluribus, mēbris inter cathenas fluentibus, spiritū trahentes exiguū, uiuendiq̄ moras per erumnas detestati multiplices.

Arcessabantur

Arcessabantur enim ministri fuisse Galli ferocientis Pathenius & Stephanus. perq̄ eos Domitianus discerptus credebatur & Montius, & alii post eos acti in exitium præcepti. Ad quos Auodos Arbora missus est. & Eusebius Cubiculi tunc Præpositus. ambo inconsiderate iactantiæ, iniusti pariter & cruenti, qui nulla perspicacitate, sine innocentium fontiumq̄ differentia, alios uerberibus uel tormentis afflictos exulari pœna damnarunt, quosdam ad infimā trusere militiā, residuos capitalibus addixere suppliciis. Impletisq̄ funebus bustis, reuersi uelut ouantes, gesta retulerunt ad principem, erga hæc & similia palā obstinatū & grauem. Vehementius hinc & deinde Constantius quasi præscriptum fatore ordinem conuulsurus, recluso pectore patebat insidiantibus multis. Vnde rumor aucupes subito extitere cõplures, bonorū uertices ipsos ferinis moribus appetentes. posteaq̄ pauperes & diuites indiscrete, non ut Cybiratæ illi Verrini Tribunalium ius legati lambentes, sed reipublicæ mēbra torius per incidentia mala uexantes. Inter quos facile Paulus & Mercurius eminebant. hic origine persa, natus in Dacia notarius. ille à ministro triclinii rationalis. Et Paulo quidem (ut relatum est supra) Cathenæ inditum est cognomentū, eo q̄ in cõplicandis calumniarū nexibus erat indissolubilis, terra uenena serens, uarieq̄ disperdens. ut in colluctationibus calce tenere quidā solent artifices palestricæ. Mercurius Soleniorum appellatus Comes, q̄ ut clā mordax canis interna uitia submissius agitans, caudam epulis cœtibusq̄ se crebris inferens, si per quietem quisq̄, ubi fusius naturali agatur, uidisse aliquid amico narrasset, id uenenatis artibus coloratū in peius, patulis Imperatoris auribus infundebat. Et ob hoc homo, tanq̄ inexplicabili obnoxius culpæ, graui mole criminis pulsabatur. Hæc augente uulgatius fama, tantū ab erat, ut proderet quisq̄ uisa nocturna, ut egre homines dormisse sese, presentibus fateretur externis. Mœrebantq̄ docti quidā q̄ apud Atlanteos nati nō essent, ubi memoratur somnia nō uideri. Quod unde eueniat, rerū scientissimis relinquamus. Inter has quæstionū suppliciorūq̄ species diras, in Illyrico exortur alia clades, ad multorū pericula ex uerborū inanitate progressa. In conuiuio Africani Pannoniæ Secundæ rectoris apud Sirmium poculis amplioribus madefacti quidam, arbitrum adesse nullum existimantes, licenter Imperium per se molestissimū incusabant. E quibus alii optatam permutationem temporū, aduentante uelut die, præfagiis affirmabant. Nonnulli maiorū aui sibi portendi incogitabili dementia appromittebant. E quorum numero Gaudentius magnis in rebus mente precipiti stolidus, rem ut seriam detulerat ad Rufinum, Apparitionis præfecturæ prætorianæ tunc principem, multimoq̄ semper auidū hominem, & collata prauitate famosum. Qui confestim, quasi penis elatus, ad Comitatum principis aduolauit. eumq̄ ad suspiciones huiusmodi mollem & penetrabilem ita acriter inflammauit, ut sine deliberatione ulla Africanus, & omnes letalis mensæ participes, iuberentur sublimes tolli. Quo facto delator funestus uerita, ex more humano, ualidius cupiens, biennio id, quod agebat ut postularat, continuare præceptus est. Missus igitur

ad eos corripiendos Teutomeres Protector Domesticus cum collega, onustus omnes catenis, ut mandatum est, perducebat. Sed ubi uentum est Aquileiam, Marinus intellexit ex Campiductore eo tempore uacante auctoribus perniciosi sermonis, & alioqui natura feruentis in taberna relictus, dum parantur itineri necessaria, lateri cultrum casu repertum carceri impegit, statimq; extractis uitalibus interiit. Residui ducti Mediolanum, excruciatiq; tormentis, & confessi ui quæstionis inter epulas petulanter se quædam loquutos, iussi sunt retineri pœnalibus claustris sub absolutionis aliqua spe, licet incerta. Protectores uero prouinciæ uertere solum exilio, ut Marino iisdem consciis mori permissio ueniam Arbetione meruere precante. Re hoc modo finita, paulopost dissentientibus alamannicis pagis indictum est bellum, collimitia sæpe Romana latius irrumpentibus. Ad quem procinctum Imperator egressus, in Rhetias camposq; uenit Caninos, & digestis diu consiliis, id uisum est honestū & utile omnibus, ut eò cum militiis Pater Arbetio Magister equitum cum ualidiorē exercitu mane relegens margines lacus Brigantiæ pergeret, protinus Barbaris congressurus. Cuius loci figuram breuiter, quantum ratio patitur, designabo. Inter montium celsorum anfractus, impulsu immani Rheni discurrentis, extenditur penes Alepontios (ut deciduas cataractas inclinatione pernici funditur Nilus) torrente ab ortu protinus primigenio copiis aquarum propriis irruenti cursu simplici, iamq; adiutus niuib; liquatis ac solutis, alta diuortia riparum adradens lacum inuadit rotundum & uastum, quem Murgantiam accola Rhetius appellat, perq; quadraginta & sexaginta stadia longum, pariq; penè spacio late diffusum, horrore sylvarum squalentium inaccessum (Nisi qua uetus illa Romana uirtus & sobria iter composuit latum) Barbaris, & natura locorum & cæli inclementia refragante. Hanc ergo paludem spumosis sternendo uerticibus amnis irrumpens, & undarū quietem permeans pigram, mediam uelut finali interfecat libramento. & tanq; elementum perenni discordia separatum, nec aucto, nec imminuto agmine quod intulit, uocabulo & uiribus absoluitur integris, nec contagia deinde ulla perpetiens, Oceani gurgitibus intimatur. Quodq; est impendio mixt, nec stagnum aquarū rapido transcursu mouetur, nec limosa sub colluue tardatur properas flumen, & confusum misceri nō potest corpus. Qd̄ ni ita agi ipse doceret aspectus, nulla ui crederet posse discerni. Sic Alpheus oriens in Arcadia, cupidine fontis Arethusæ captus, scindens Ionium mare (ut fabulæ ferunt) aduscq; amatæ confinia proruit nymphæ.

Arbetio, qui aduentus Barbarorum nuntiarent, nō expectans dum adessent, licet sciret aspera orsa bellorum, in occultas delatus insidias, ueluti immobilis malo repentino percussus. Interea uisi è latebris hostes exiliunt, & sine aliqua intermissione quicquid offendi poterat, telorū genere multiplici configebant.

Nec enim

Nec enim resistere nostrorum quisq; potuit, nec aliud uitæ subsidium, nisi discessu sperare ueloci. Quocirca uulneribus declinandis intenti, incomposito agmine milites huc & illuc dispalantes terga ferienda dederunt. Plerique tamen per angustas semitas sparsi, periculoq; præsidio tenebrôsæ noctis extracti, reuoluta iam luce redintegratis uiribus, agmini quisque proprio sese confociauit. In quo casu ita tristi & inopino abundans numerus armatorum & Tribuni desiderati sunt decem. Ob quæ Alamanni sublatis animis ferocius incedentes, se quotidie prope munimenta Romana, adimente matutina nebula lucem, strictis mucronibus discurrebant frendendo, minas tumidas intentantes. Egressiq; repente Scutarii, cum obiectu turmarum hostilium repercussi steterunt, omnes suos conspiratis mentibus ciebant ad pugnam. Verum cum plerisque recentis erumnæ documenta terrerent, & totam ferè residuam manum credens hæere Arbetio, tres simul exilure Tribuni, Arintheus agens secum armatum, & Rectores grauis armaturæ, & qui equestrem turmam comitum tuebatur Eutropitis, & duces promotorum missis sibi a principe ruebant auxiliis. Urgebat causa communis uelut propriam uiri cunctis arcentibus ueterum exemplo accolarum fluminis hostibus superfusi nō iusto prælio, sed discursionibus prædatoriis uniuersos in fugam coegere fœdissimam. Qui dispersi laxatis ordinibus, dūq; elabi properant impediti, corpora nudates intacta, gladiatorum hastarūq; densis ictibus truncabantur. Multiq; cum equis interfecti iacentes, etiam cum eorum dorsibus uidebantur in nexi. Quo uiso omnes è castris effusi, qui prodire in prælium cum sociis ambigebant, cauendi immemores proterebant barbaram plebem, qui se post fugam exemerant morte calcantes cadauerum strues, perfusi sanie peremptorum. Hocq; exitu prælio terminato, Imperator Mediolanum ad hybernā ouans reuertit & letus. Exoritur iam hinc rebus afflictis haud dispari prouinciæ malo calamitatum turbo nouarum, destructurus omnia simul, ni Fortuna moderatrix humanorum casuum, motum euentu celeri consumasset impendio formidatum. Cum diuturna incuria, Galliæ cædes acerbæ, rapinasq; & incendia, Barbaris licenter grassantibus, nullo iuuante, perferrent, Siluanus pedestris militiæ Rector iratus & efficax ad hæc corrigenda primū ipsis supuenit, Arbetione id maturari, modis qbus poterat, adigente. ut absenti emulo, quem quietū superesse adhuc grauabatur, periculose molis onus impingeret.

Actuarius sarcinalium principis iumentorum magister, commendatitias ab eo petierat ad amicos, ut quasi familiaris eiusdem esset notissimus. Hoc impetrato, cum ille nihil suspicans simpliciter prestisset, seruabat epistolas, ut perniciosum aliquid in tempore moliretur. Memorato itaq; duce Gallias ex re publica discursante, Barbarosq; propellente iam sibi disidentes & trepidantes, idem Dynamius inquietius agens, ut uersutus & in fallendo exercitatus,

C iii

fraudem cōminiscitur impiam, subornatore & conscio iactatore rumoris incerti Lampadio prefecto, & Eusebio ex Comite Rei Priuatę, cui cognomen tum erat inditum Mattiocobę, atque Edesio Magistro Memoria (quos ad consulatum ut amicos unitissimos idem curarat subrogari prefectus) & peniculo serie literarę absterfa, sola incolumi relicta subscriptione, alter multū à uero illo dissonans superscribitur textus. uelut Siluano rogante uerbis obliquis, hortanteq; amicos agentes intra palatium, uel priuatos (inter quos & Thuscus erat Albinus, aliiq; plures) ut se Alboram captantem, & prope diem solium principis aditurū iuuarent. Hunc fascem ad arbitrium figmenti commisit, uitam pulsaturus infontis, Dynamius prefectus est, ut hæc pro Imperatore scrutaretur. Hęc & similia cum astu texeret, consistorium solus ingressus intimum, captato tempore uincire sperans peruigilem salutis imperatorię custodem. Lectaq; in consistorio astu callido confarcinata materia, Tribuni iussi sunt custodiri, & de prouinciis duci priuatos, quorum epistolę nomina designabant. Confestimq; iniquitate rei percitus Malarichus Gentilium Rector, collegis adhibitis strepebat immaniter, circunueniri homines dicatos Imperio per factiones & dolos minime debere, proclamās. petebatq; ut ipse, relictis obsidum loco necessitudinibus suis, Mallobaudę Armaturarum tribuno spondente, q; remearet uelocius, iuberetur ire ducturus Siluanum, aggređi nihil tale conatum, qualem insidiatores acerrimi concitarunt. nec contra se paria promittente Mallobaude morabatur properare permitti hæc, que ipse pollicitus est impleturum. Testabatur enim id se proculdubio scire, q; si quis mitteretur externus, suopte ingenio Siluanus etiam nulla re perterrente timidior, composita forte turbauit. Et quanq̄ utilia moneret & necessaria, uentis tamen loquebatur incassum. Nāq; Arbetione auctore, Apodemius ad eū uocandum cum literis mittitur, inimicus bonorum omniū diuturnus & grauis. qui incidens principi in Galliis dissidens à mandatis conuentis, quę proficiscenti sunt data, nec uiso Siluano, nec oblati scriptis ut ueniret admonito remansit, adscitaq; ratione, qua pro capti erant iamq; necandi magistri perditum, clientes & seruos hostili tumore uexabat. Inter hæc tamen dum præsentia Siluani speratur, & Apodemius quietam perturbat, Dynamius ut argumento ualidiore impie structorū assereret fidem, compositas literas, his concinentes quas obtulerant principi, per prefectum ad Tribunum miserat Fabricę Cremonensis nomine Siluani & Malarichi, à quibus ut arcanorū conscio monebatur parare propè cuncta. Qui cum hæc legisset, hærens & ambiens diu quid nam id esset (nec enim meminerat secum aliquando super negotio ullo interiore hos, quorū literas acceperat, colloquutos) epistolas ipsas per baiulū qui portarat, iuncto milite ad Malarichum misit, obsecrans ut doceret aperte que uellet, nō ita perplexa. nec enim intellexisse firmabat, ut subagrestem & simplicem, quid significatū esset obscurius. Hęc Malarichus subito nactus etiam tunc squalens & mcestus, suāq; & popularis Siluani uicem grauiter ingemiscens, adhibitis Francis, quorū ea tempestate in palatio mul-

titudo florebat, erectius iam loquebatur tumultua factis insidiis refe q; iam fallacia, per quam & confessio plus eorum appetebatur. Hisq; cognitis statuit Imperator, despicientibus consistorianis & militaribus uniuersis, in negotium præter inquire. Cūq; iudices fastidissent, Florentius Nigriniani filius, agens tunc pro magistro Officiorū, contemplans diligentius scripta apicūq; pristinorum, quę quondā reperiens animaduertit, tum factū est priore textu interpollato longe aliter q̄ dictaret Siluanus ex libidine confarcinate falsitatis ascripta. Proinde fallaciarū nube discussa, Imperator doctus gestorum latione fideli, abrogata potestate, prefectum statui sub quaestione præcepit. sed absolutus est enixa conspiratione multorū. suspensus autem Eusebius, qui ex Comite Priuatę se conscio hæc dixerat concitata. Edesius enim, minus scisse quid actū sit pertinaci inficiatione contendens, abiit innoxius. Et ita finito negotio, omnes sunt absoluti, quos exhiberi delatio cōpulit criminis. Dynamius uero, ut præclaris artibus illustratus, cum correctoris dignitate abiit, necnon corrigere iussus est Tuscus reliquam principis creduli militiā. Agens inter hæc apud Agrippinam Siluanus, assiduusq; suorū compertis nuntiis, quę Apodemius in labem suarum ageret fortunarum, & sciens animum tenerum uersabilis principis indicta caula, timens ne absens, & indemnatus perageretur reus, in difficultate positus maxima, barbaricę se fidei committere cogitabat. Sed Lauio Gaiso uerante tunc tribuno, quem dum militaret candidatus, solum adfuisse morituro Constanti supra retulimus, docenteq; Francos, unde oriebatur, interfecturos eum, aut accepto præmio prodituros. nihil tutum ex præsentibus ratus, in consilia cogebatur extrema, & sensim eum principiorū uerticibus erectus collocutus, iisdēq; magnitudinem promissę mercedis amissis cultu purpurco draconum & uexillorum insignibus ad tempus abstracto, ad culmen imperiale surrexit. Dūq; hæc aguntur in Galliis, ad occasum inclinato iam die, perfertur Mediolanum insperabilis nuntius, aperte Siluanum demonstrans, dum ex Magistro Perditum altius nititur, sollicitato exercitu ad augustum culmen euectum. Hac mole casus inopini Constantius, ipso quasi fulmine Fati permotus, concilio secunda uigilia conuocato properarunt omnes in regiam. Cūq; nulli ad eligendum quid agi deberet mens suppetere posset, aut lingua submissis uerbis præstringebatur, sic Mimentio, ut consiliis rei bellicę prestantissimo, frustra q; graui iniuria laccessito, & per Admissionum Magistrū (qui mos est honoratior) accito, eodem ingresso consistorium offertur purpura multa. quā ante principis pedes explicita strauerunt, externorū regum ritu instituit adorari. cū semp̄ antea, ad similitudinem iudicis, salutatos principes legeremus. Ita is, qui paulo antea cum infestatione malcuola Orientis uoraginis, ut inuadendę summę rei per filios affectator, cōpellebatur. tunc dux prudentissimus & Constantini Magni fuerat cōmilito, solusq; ad extinguendum probis quidem, sed insidiosis rationibus petebatur. Diligens enim opera nauabatur Siluanum extingui, ut fortissimum perduellem. aut si secus accidisset.

Vrsicinum exulceratum iam penitus aboleri debere, ne superesset scrupulus impendio formidandus. Igitur cum de profectioe celeranda disponeretur, propulsationem obiectorum criminum eundem ducem parantem, prægressus oratione leni prohibet Imperator. non id esse memorans tempus, ut controuersia defensionis causæ susciperetur, cum uicissim restitui in pristinam concordiam partes, necessitas subigeret urgentium rerum, anteq̄ cresceret molliendo. Habita igitur deliberatione multiplici potissimū tractabatur, quo commento Siluanus gesto etiam cum Imperatore rem ignoraret. existimaret probabili argumento firmandam fidem reperit. monetur honorificis scriptis, ut accepto Vrsicino successore cum potestate rediret intacta. Post hæc ita digesta, protinus iubetur exire, Tribunis, & Protectoribus Domesticis decem, ut postularat, ad iuuandas necessitates publicas & coniunctis. Inter quos ego quoque eram cum Veriniano collega. residui omnes propinqui & familiares. Iamq̄ eum egressum solum de se metu quisque per longa spacia deducebat. Et quanq̄ ut bestiarii obiceremur intractabilibus feris, perpendentes tamen hoc bonum habere tristitia recidiua, q̄ illico fluunt secunda Fortunæ, mirabamur illam sententiam tullianam ex internis Veritatis ipsius adytis promulgatam, quæ est talis, Et quanq̄ optatissimum est perpetuo fortunam q̄ florentissimam permanere, Illa tamen qualitas uitæ non tantum habet sensum, quantum cum ex sæuis & perditis rebus ad meliorem statum fortunæ reuocatur. Festinamus itaque itineribus magnis, ut ambitiosus magister Armorum. ante allapsum per italicos de tyrannide ullum rumorem in suspectis finibus appareret. Verum cursim nos properantes erratica quædam anteuolans prodierat fama. & Agrippinam ingressi inuenimus cuncta nostris conatibus altiora. Nāq̄ conuena undique multitudine tepide cœpta fundante, coactisq̄ copiis multis prostratur ei præsentibus is actoribus, ut ad imperatoris nouelli per ludibria auspicia uirium accessu firmandi sensum ac uoluntatem dux flebilis uerteretur, quo uariis assentandi figmentis in mollius urgente securitate nihil metuens hostile deciperetur. Cuius rei finis arduus uidebatur. Erat enim cautius obseruandum ut appetitus opportunitati obtemperarent. nec præcurrentes eam, nec deserentes qui eluxissent intempestiue. constabat nos omnes sub elogio uno morte mulctandos. Suscepit tamen idem dux leniter adactus, inclinanteq̄ negotio ipso ceruices. adorare soleniter anhelantem celsius purpuram, ut spectabilis colebatur. & intimus facilitate aditus, honoreq̄ mensæ regalis adeo antepositus aliis, ut iam secretus de rerum summa consultaretur. Ægre ferebat Siluanus, ad consulatum potestatesq̄ sublimes elatis indignis, se & Vrsicinum solos, post exudatos magnos pro republica labores & crebros, ita fuisse despectos, ut ipse quidem per questiones familiarium sub discrepatione ignobili crudeliter agitatis, commississe in maiestatem arcesseretur. alter uero ab Oriente raptus, odiis inimicorum adduceretur. & hoc assidue clam querebatur & palam. Terrebant nos tamen, cum dicerentur hæc & similia, circumfremencia undique murmura causantis inopiam

inopiam militis, & rapida celeritate ardentis angustias Alpium percurrere Cottiarum. In hoc æstu mentis ancipiti ad effectum tendens consilium, occulta scrutabamur indagine, federatq̄ tandem mutatis præ timore sapæ sententiis, ut quæsitis magna industria cautis ministris, obstructo religionum consecratione colloquio, Brachati sollicitarentur, atq̄ Cornuti, fluxioris ingenii ubertate mercedis ad momentum omne uersabiles. Firmato itaque negotio, per sequestres quosdam gregarios obscuritate ipsa ad id patrandū idoneos præmiorum expectatione accensos, Solis ortu iam rutilo subitus armatorum globus erupit. atque, ut solet in dubiis rebus, audentior cæsis custodibus regia penetrata Signorium extractum edicula, qua exanimatus confugerat, ad conuenticulum ritus Christiani tendentem, densis gladiatorum ictibus trucidarant. Ita dux ad exilium meritorum hoc genere oppetit mortis, metu calumniarum, quibus factione iniquorum irretitus est absens, ut tueri possit salutem, ad præsidia progressus extrema. licet enim ob tempestiuam illam cum armaturis prodicionem ante Mursense prælium obligatum gratia retineret Constantium, ut dubium tamen & mutabilem uerebatur. licet patris quoq̄ Poniti prætenderet fortia facta frangi quidem, sed pro Constantini partibus in bello ciuili acriter contra Licinianos sæpe uersati. Euenerat autem, anteq̄ huiusmodi aliquid ageretur in Galliis, Romæ in Circo Maximo populus (incertum ratione quadam percitus, an prælagio) ut, SILVANVS DEVVS, magnis uocibus exclamaret. Igitur Siluano Agrippinam, ut relatum est, interfecto, inæstimabili gaudio, re cognita, princeps insolentia coalitus & tumore, hoc quoq̄ felicitatis suæ prosperis cursibus assignabat. eo more, quo semper oderat fortiter facientes (ut quondam Domitianus) superare tamen quacūq̄ arte contraria cupiebat. Tantūq̄ affuit laudare industriæ gesta, ut etiam quædam scriberet de Gallicanis intercepta thesauris, quos nemo attigerat. Idq̄ scrutari iusserat arctius. Interrogato Remigio etiā tum Rationario Apparitionis armorū Magistri, cui multo postea Valentiniani temporibus laqueus uitam in causa Tripolitanæ legationis eripuit. Post quæ ita completa Constantius, ut iam celo contiguus, casibusq̄ imperaturus humanis, magniloquentia, fastuq̄ sufflabatur adulatorum. quos augebat ipse superando, proiciendoq̄ id genus parū callentes. ut Cresum legimus ideo regno suo Solonem expulisse præcipitem, quia blandiri nesciebat, Et Dionysium intentasse poëte Philoxeno mortem, cū eum recitantem proprios uersus ab surdos & inconcinnos, laudatibus cunctis, solus audiret immobilis. Quæ res perniciofa uitiorum est alitrix. Ea demum enim laus grata esse potestati debet excelsæ, cum interdum & uituperationi secus gestorum pateat locus. Iāq̄ post securitatem questiones agitabantur de more ex uinculis, & cathenisq̄ plures, ut noxi petebantur. Exurgebat enim efferuens lætitia Paulus, tartareus ille delator, ad uenenatas artes suas licentius exercendas, & inquirentibus in negociū Cōsistorianis, atq̄ Militaribus, ut præceptū est, Proculus admouetur eculeo, Siluani domesticus, homo gracilis & morbosus, metuentibus cunctis, ne uinimia

nimia tormentorum leui corpore fatigato, reos atrocium criminum promiscue citari faceret multos. Verum contra quod speratum est contigit. Memor enim somnii, quo uetitus erat per quietem (ut ipse firmavit) pulsare quenquam insonantem, usque ad confinia mortis uexatus, nec nominavit, nec prodidit aliquem. sed assererat factum Siluani constanter. ideo cogitasse quod inuit non cupiditate, sed necessitate compulsum, argumento euidenti demonstrans. Causam enim probabilem ponebat in medio, multorum testimoniis claram, quod die quinto antequam infulas susciperet, & principatus donatum stipendio militem constanti nomine loquutus est fortis etiam & fidus. Unde apparebat, quod si praesumeret fortunae superioris insignia, conaretur auri tam graue pondus repetere ut suum. Post hunc, damnatorum sorte Pemenius raptus ad supplicium interiit. qui (ut supra retulimus) cum Treueri ciuitatem Caesari clausissent Decentio, ad defendendam plebem electus est. Tum Asclepiodotus, & Luto, & Maudio Comites interempti sunt, aliique plures. Haec & similia perplexae temporis Obstinatone scrutante. Dum has exitiorum communium clades suscitatur turbo feralis, Urbem aeternam Leontius regens, multa spectati iudicis documenta prebebat. in audiendo celer, in disceptando iustissimus, natura beneuolus. licet auctoritatis causa seruandae acer quibusdam uidebatur, & inclinior ad amandum. Prima igitur ars seditionis in eum concitandae uilissima fuit, & leuis. Philoronium enim aurigam rapi praecipit, sequuta plebs omnis uelut defensura proprium pignus, terribili impetu praefectum incessebat, ut timidum, sed ille stabilis & erectus immixtis apparitoribus correptos aliquos, uexatosque tormentis, nec strepente ullo nec obsistente, infulari poena mulctati sunt. Diebusque paucis sequutis cum ad idem plebs, excita calore, quo consueuit, uini causando inopiam, ad Septenzonium conuenisset celebrem locum, ubi operis ambitiosi Nympheum Marcus condidit Imperator, illuc de industria pergens praefectus, a Dominicoga apparitore rogabatur enixius, ne in multitudinem se arrogantem immitteret, & minacem ex commotione pristina saeuientem, difficilis ad pauorem recti tetendit, adeo ut eum obsequentem facile desereret, licet in periculum festinantem abruptum. Insidens itaque uehiculo cum speciosa fiducia contuebatur acris oculis tumultuantium undique cuneorum uelut inferpentium uultus. peruersusque multa dici probrosa, agnitum quendam inter alios eminentem, uasti corporis, rutilique capilli, interrogauit an ipse esset Petrus Valuomeres? ut audierat cognomento. cumque esse, sono respondisset obiurgatorio, ut seditiosum antesignanum olim sibi compertum, reclamantibus multis, post terga manibus uinctis suspendi praecipit. Quo uiso sublimi, tribuliumque adiuuentum nequicquam implorante, uulgus omne pauloante confertum, per uaria urbis membra diffusum ita euauit, ut turbarum acerrimus concitor tanquam in iudicialia secreto exaratis lateribus ad Picenum eiceretur. Vbi postea ausus eripere uirgines, nec non obscurare pudorem patrum, in consulari sententia supplicio ob id capitali addictus. Hoc administrante Leontio, Liberius Christianae legis antistes a Constantio ad comitatum

mitatum mitti praecipit, tanquam Imperatoris iussui, & plurimorum scitis, per consortium decretis, obsistens, in re, quam breui textu percurram. Athanasium episcopum eo tempore apud Alexandriam ultra professionem altius se efferentem, sciscitarique conatum externa (ut prodidere rumores assidui) coetus in unum quaesiti eiusdem loci multorum, synodus (ut appellant) remouit a sacramento quod obtinebat. Dicebatur enim fatidicarum sortium fidem, quae uel augurales portenderent alites, scientissime callens, aliquoties praedixisse futura. Super his intendebantur ei alia quoque, a proposito legis abhorrentia, cui praesidebat. Hunc per subscriptionem abiicere sede sacerdotali paria sentiens caeteris iubente principe Liberius monitus, perseveranter renitebatur. nec uisum hominem, nec auditum damnare, nefas ultimum, saepe exclamans. aperte scilicet recalcitrans imperatoris arbitrio. Id enim ille, Athanasio semper infestus, licet sciret impletum, tamen auctoritate qua potuit aeternae Urbis episcopi firmari, desiderio nitebatur ardenti. Quo non impetrato, Liberius aegre, populi metu, qui eius amore flagrabat, cum magna difficultate noctis medio potuit asportari. Et haec quidem Romae, ut ostendit textus superior, agebantur. Constantium uero exagitabant assidui nuntii, deploratas iam Gallias indicantes, nullo renitente ad internitionem barbaris uastantibus uniuersa. astuansque diu qua ui propulsaret erumnas, ipse in Italia residens, ut cupiebat (periculosum enim existimabat se in partem contrudere longe dimotum) reperit tandem consilium rectum. & Iulianum patrualem fratrem haud ita dudum ab Achaia contractum, ac ritu etiam tum palliatum, in societatem Imperii asciscere cogitabat. Id ubi urgente malorum impendentium mole est confessus proximis, succumbere tot necessitatibus tanquam crebris unum se (quod nunquam fecerat) aperte demonstrans. illi in assentationem nimiam eruditi infatuabant hominem, nihil esse his ita asperum dictitantes, quod prepotens ei uirtus, fortunaque tam uicina syderibus non superaret ex more. Addebantque, noxarum conscientia stimulante complures, deinceps cauere debere Caesaris nomen. Replacates gesta sub Gallo. quis adnitentibus obstinate obtinebat se solia regia, incertum migrationem ad longinqua pertimescens, an pro natua prudentia consulens in commune, omnibusque memorans anteponi debere propinquum. Post multa quae per deliberationes ambiguas actitaret, ut fixa sententia, adiectisque disputationibus irritis, ad imperium placuit Iulianum assumere. Cum uenisset accitus praedicto die, aduocato omni quod aderat comilitio, tribunali ad altiore suggestum erecto, quod Aquilae circumdederunt & Signa, Augustus insigniter manu retinens dextera, haec sermone placido perorauit. Assistimus apud uos optimi Reipublicae defensores, causae communi uno penes omnium spiritu uindicandae. Quam acturus, quam potero, uos iudices succinctius edocebo. Post interitum rebellium tyrannorum, quos ad haec tentanda, quae mouerunt, rabies egit & furor, uelut impiis eorum manibus Romano sanguine parentantes, insultant Barbari Gallias, rupta limitum pace, hac animati fiducia, quod nos per disiectissimas terras arduae necessitates adstringunt.

Huic igitur

Huic igitur malo ultor appositus iam proserpenti, dum patitur tempus, si occurrerit nostri uestriq; consulti suffragium, & colla superbarum gentium detumescent, & imperii fines erunt intacti, restitutum specie, quam gero, secundo roboretis effectu. Iulianum hunc fratrem meum patrualem, ut no-
stis, uerecundia qua nobis ita ut necessitudine carus est, recte spectatum, iāq; ualenti euoluens industria iuuenem, in Cæsaris adhibere potestatem exopto-
coeptis (si uidentur utilia) etiam uestra concessione firmandis. Dicere super his plura conantem interpellans concio lenius prohibebat, arbitrium summi numinis id esse, nō mentis humanæ, uelut præcia uenturi prædicans. Stansq; Imperator immobilis, dum silerent, residua fidentius explicauit. Quia igitur uestrum quoque fauorem adesse fremitus indicat lætus, adolescens uigoris tranquilli, cuius temperati mores imitandi sunt, potius q̄ prædicandi, ad hono-
rem properatum exurgat. Cuius præclaram indolem bonis artibus institu- tam hoc ipso plene uideor exposuisse, quod elegi. Ego eum, præsentem nutu dei cælestis, amictu principali uelabo. Dixit, moxq; indutum auita purpura Iu-
lianum, & Cæsarem cum exercitus gaudio declaratum, his alloquitur contra-
ctiore uultu submœstum. Recepisti primæuus originis tuæ splendidum flo-
rem, amantissime mihi omnium frater. aucta gloria mea confiteor, qui iustus in deferenda super hac re potestate, nobilitate mihi propinque, qua ipsa pote-
state uideor esse sublimis. Adesto igitur laborum periculorumq; particeps, & tutelam ministerii suscipe Galliarum, omni beneficentia partes leuaturus af-
flictas. & si hostibus congredi sit necesse, fixo gradu consiste inter signiferos ipsos, audendi in tempore consideratus hortator, pugnantes accendens præ-
eundo cautissime, turbatosq; subsidiis fulciens modeste, increpans desides, uerissimus testis affuturus industriis & ignauis. Proin urgente rei magnitu-
dine, perge uir fortis ducturus uiros itidem fortes. aderimus uobis, uicissim amoris robusta constantia militabimus simul. unā Orbem pacatū (deus mo-
do uelit, qđ oramus) pari moderatione, pietateq; recturi. Mecum ubique ui-
deberis præfens, & ego tibi quodcūq; acturo non deero. Ad summam mihi propera locis omnium uotis, uelut assignatam tibi ab ipsa republica statio-
nem cura peruigili defensusus. Nemo post hæc finita reticuit, sed militares omnes horrendo fragore scuta genibus illidentes (qđ est prosperitatis indi-
cium plenum. Nam contra cum hastis clypei feriuntur, iræ documentum est, & doloris immane) quo quantoq; gaudio, præter paucos, Augusti probaue-
re iudicium? Cæsaremq; admiratione digna suscipiebant, imperatorii muricis fulgore flagrantem. Cuius oculos cum uenustate terribiles, uultumq; exci-
tatis gratum, diu multūq; contuentes, qui futurus sit colligebant, uelut scru-
tatis ueteribus libris. quorum lectio per corporum signa pandit animarum interna. Eūq; (ut potiori reuerentia seruarietur) nec supra modū laudabant, nec infra q̄ decebat, atque ueluti censorum uoces sint & diacagmata, nō mili-
tū. Susceptus deniq; ad concessum uehiculi, receptusq; in regiā, hūc uersum ex homerico carmine susurrabat, *Ελλάδι προφύροσ θάνατος, και μοίρα κραταιή.*

Hæc die

Hæc die octauo Iduum Nouembrium gesta sunt, cū Arbetionem consulem annus haberet & Lollianum. Deinde diebus paucis Helena uirgine Con-
stantii sorore, eidem Cæsari iugali foedere copulata, paratisq; uniuersis, quæ maturitas proficiscendi poscebat, comitatu paruo suscepto, Calendis De-
cembribus egressus est, deductusq; ab Augusto adusque locum duabus co-
lumnis insignem, qui Laomellum interiacet & Ticinum, itineribus rectis Taurinos peruenit. Vbi nuntio perculitur graui, qui nuper in Comitatum Augusti perlatus de industria silebatur, ne parata diffuerent. Indicabat au-
tem, Coloniā Agrippinam, ampli nominis urbem in Secunda Germania, pertinaci Barbarorum obsidione referatam magnis uiribus & deletam. Quo mœrore percussus, uelut primo aduentantium malorum auspicio, murmu-
rans querulis uocibus sæpe audiebatur, nihil se plus affecutum, q̄ ut occupa-
tior interiret. Cumq; Viennam uenisset, ingredientem optatum quidem, & imperabilem honorifice susceptura omnis ætas concurrebat & dignitas, pro-
culq; uisum plebs uniuersa cum uicinitate finitima Imperatorem clementem appellans & faustum, præuia consonis laudibus celebrabat. auidius pom-
pam regiam in principe legitimo cernens, communiumq; remedium erum-
narum in eius locabat aduentu, salutarem quendam Genium affulsisse con-
clamans. Nec secius arbitrata tunc anus quædam orba luminibus, cum per-
conctando qui nam esset ingressus? Iulianum Cæsarem comperisset. exclauit, Hunc deorum templa reparaturum. Proinde quoniam (ut mantua-
nus uates prædixit excelsus) Maius opus moueo, maiorq; mihi rerum na-
scitur ordo, Galliarum tractus & situm ostendere, puto nunc tempestiuum. Ne inter procinctus ardentes, præliorumq; uarios casus ignota quibusdam expediens, imitari uidear desides nauticos, attrita lintea cum rudentibus, quæ licuit parari securius, inter fluctus refarcire coactos & tempestates. Ambigen-
tes super origine prima Gallorum scriptores ueteres, notitiā reliquere nego-
cii semiplenam. Sed postea Timagenes diligentia græcus & lingua, hæc quæ diu sunt ignorata, collegit ex multiplicibus libris. Cuius fidem secuti, obscuri-
tate dimota, eadem distincte docebimus & aperte. Aborigines primos in his regionibus quidam uisos esse firmarunt Celtas, nomine Regis amabilis, & matris eius uocabulo, Galatas dictos, itā enim Gallos sermo græcus appel-
lat. Alii Dorienses, antiquiorem sequutos Herculem, Oceani locos inhabi-
tasse confines Drasidæ memorant. reuera fuisse populi partem indigenam, Sed alios quoq; ab insulis extimis confluisse ex tractibus transhenanis, cre-
britate bellorum & alluione feruidi maris sedibus suis expulsos. Aiunt qui-
dam paucos post excidium Troiæ & fugitantes Græcos ubiq; dispersos loca hæc occupasse, tunc uacua. Regionum autem incolæ id magis omnibus as-
seuerant (quod etiā nos legimus in monumentis eorum incisum) Amphyrionis filium Herculem ad Gerionis & Taurisci fauorū tyrannorum perni-
ciem festinasse. quorum alter Hispanias, alter Gallias infestabat, Superatisq; ambobus, coisse cum generosis fœminis, suscepisseq; liberos plures, & eos

D

partes, quibus imperitabant, suis nominibus appellasse. A Phoea uero Asiaticus populus, Harpali inclementiam uitans Cyri regis præfetti, Italiam nauigio petit. Cuius pars in Lucania Veliam, alia cōdidit in Viennensi Massiliã. Dein secutis ætatibus oppida, aucta uirium copia, instituere non pauca, & declinanda uarietas spe societatis coniuncta. Per hæc loca hominibus paulatim excultis, uiguere studia laudabiliũ doctrinarum, inchoata per Bardos, & Euages, & Tectosages. & Bardi quidem fortia uirorum illustrium facta, heroicis cōposita uersibus, cum dulcibus lyræ modulis cantitarunt. Euages uero scrutantes summa & sublimia Naturę pandere conabantur. Inter hos Druidæ ingenis celsiores, ut auctoritas Pythagoræ decreuit, sodalitiis astricti consortiis, quæstionibus occultarum rerum altarumq; erecti sunt. & despectantes humana, pronunciarunt animas immortales. Hanc Galliarum plagam, ob suggestus montium arduos, & horrore niuali semper obductos, orbis residui incolis antehac penè ignotam, nisi qua litoribus est uicina, munimina claudunt undique natura, uelut arte, circumdata. Et à latere quidem australi Tyrheno alluitur, & Gallico mari, quæ cæleste suscipit Plaustrum à feris gentibus fluentis distinguitur Rheni, ubi Occidẽtali subiecta est sideri, Oceano & altitudine Pyrenæi surgit, unde ad Solis ortus attollitur, aggeribus cedit Alpium Cottiarum, quas Rex Cottius perdomitis Galliis, solus in angustiis latens, inuiacq; locorum asperitate confusus, lenito tandem tumore, in amicitiam Octauiani receptus principis, molibus magnis extruxit ad uicem memorabilis muneris compendiaras, & uiantibus opportunas, medias inter alias Alpes uetustas. Super quibus comperta paulo postea referemus. In his Alpibus Cottii, quarum initium à Segusione oppido est, præcellsum erigitur iugum, nulli ferè sine discrimine penetrabile. est enim è Galliis uenientibus prona humilitate deuexum pendentium saxorum altrinfecus uisu terribile. præsertim uerno tempore, cum liquente gelu, niuibusque solutis, flatu calidioris uentorum, per diruptas utrinque angustias, & lacunas pruinarum congerie latebrosas, descendentes cunctatibus plantis homines, & iumenta procidunt, & carpenta. idq; remedium ad arcendum exitium repertum est solum, q; pleraque uehicularum uastis funibus illigata, ponè cohibente uirorum uel bouum nisu ualido, uix gressu reptante paulo tutius deuoluuntur. Et hæc, ut diximus, anni uerno contingunt. Hyeme uero humus crustata frigoribus, & tanq̃ leuigata, ideocq; labilis, incessum præcipitantem impellit, & patulæ ualles per spatia plana glacie perfidæ uorant nonnunq̃ transeuntes. Ob quæ locorum callidi, eminentes ligneos stilos per cautiora loca defigunt, ut eorum series uiatorem ducat innoxium. Qui si niuibus operati latuerint, montanis defluentibus riuis euersi, graues agrestibus preuiis difficile peruaduntur. A summitate autem huius Italici cliui planicies adusque stationem nomine Martis, per septem extenditur millia. & hinc alia celsitudo erectior, egreq; superabilis, ad Matronæ porrigitur uerticẽ, cuius uocabulũ casus sceminæ nobilis dedit. Vnde decliue quidem iter, sed expeditius adusq; castellum Virgantiam patet.

Huius

Huius sepulcrum reguli, quem itinera struxisse rettulimus Segusione, est mœnibus proximum. manesq; eius ratione gemina religione coluntur, q; iusto moderamine rexerat suos, & ascitus in societatem rei Romanæ, quietem genti præstitit sempiternam. Et licet hæc (quam diximus) uia media sit & compendiaras, magisq; celebris, tamen etiam aliæ multo antea temporibus sunt constructæ diuersis, & primam Thebeus Hercules, ad Gerionem extinguendum (ut relatum est) & Tauriscum lenius gradiens, propè maritimas composuit Alpes. Hicq; harum nomen indidit. Monæci similiter arcem, & portum ad perennem sui memoriam consecrauit. Deinde emensis postea seculis multis, hac ex causa sunt Alpes excogitatæ Penninæ. Superioris Africanipater. P. Cornelius Scipio Saguntinis, memorabilibus erumnis, & pertinaci fide destinatione Afrorum obsessis, iturus auxilio in Hispaniam, traduxit onustam manu ualida classem. sed ciuitate potiore Marte delata, Hannibalem assequi nequiens, triduo ante transito Rhodano ad Italiæ partes contendentem nauigatione ueloci, intercurso spacio maris haud longo, digressurum montibus apud Genuam obseruabat Liguriæ oppidum, ut cum eo, si copiam fors dedisset, uiarum asperitate fatigato decerneret in planicie. Consulens tamen rei communi C. N. Scipionem fratrem ire monuit in Hispanias, ut Hasdrubalem, exinde similiter erupturum, arceret. Quæ Hannibal doctus à perfugis, ut erat expedite mentis & callidæ, Taurinis ducentibus accolis per Tricastinos & oram Vocontiorum extremam ad saltus Tricorios uenit, indeq; exorsus aliud iter, ante hac insuperabile, fecit. excisq; rupe in immensum elata, quæ cremando ui magna flamarum, acetoq; infuso, dissoluit, per Druentiam flumen gurgitibus uagis intortum, regiones occupauit Herufcas. Hactenus super alpibus, nunc ad restantia ueniamus. Temporibus præcis cum laterent hæc partes, ut barbaræ, tripartite fuisse creduntur in Celtas eosdẽq; Gallos diuisa, & Aquitanos, & Belgas, lingua institutis legibusq; discrepantes. Et Gallos quidem, qui Celtæ sunt, ab Aquitanis Garumna determinat flumen, à Pyrenæis oriens collibus, postq; oppida multa transcurfa in Oceano delitescens. A Belgis uero eandem gentem Matrona distendit & Sequana, amnes magnitudinis geminæ, qui fluentes per Lugdunensem, post circumclausum ambitu insulari Parisiorum castellum, Lutetiam nomine, consociatim meant, meantesq; protinus prope Castra Constantia funduntur in mare. Horum omnium apud ueteres Belgæ dicebantur esse fortissimi, ea propter, q; ab humaniore cultu longe discreti, nec aduenticiis effœminati deliciis, diu cum Transrhenanis certauere Germanis. Aquitani enim, ad quorum litora ut proxima placidaq; merces aduentitiæ contuehantur, moribus ad molliciem lapsis, facile in ditionem uenere Romanam. Regebantur autem Galliæ omnes, iam inde uti crebritate bellorum urgenti cessere Iulio dictatori, potestate in partes diuisa quatuor. Quarũ Narbonensis una Viennensem intra se continebat, & Lugdunensem. Altera Aquitanis præerat uniuersis. Superiorem & Inferiorem Germaniam, Belgasq; duæ iurisdictiones

D. ii

īdem rexere temporibus. At nunc numerantur prouincię per omnem ambitum Galliarum Secūda Germania, primum ab Occidentali exoriens cardine Agrippina & Tungri, munita ciuitatibus amplis & copiosis. Dein Prima Germania, ubi pręter alia municipia Mogontiacus, & Vangiones, & Nemetes, & Argentoratus, barbaricis cladibus nota. Post has Belgica Prima Mediomatricos pręterdit, & Treueros domicilium principum clarum. Huic adnexa Secunda est Belgica, qua Ambiani sunt urbs inter alias eminens, & Cathelani, & Remi apud Sequanos Bifontios uidimus, & Rauracos, aliis potiores oppidis multis. Lugdunensem Primam Lugdunus ornat, & Cabillonas, & Senones, & Biturigę, & męnium Augustuduni magnitudo uetusta. Secundam enim Lugdunensem Rothomagi & Turini, Mediolanum ostendunt, & Tricastini alpes Cottias, & Penninas exceptis obscurioribus incolunt. Habent & Agendicum, desertam quidem ciuitatem, sed nō ignobilem quondam, ut ædificia semiruta nunc quoque demonstrant. Hęc prouincię, urbesq; sunt splendida Galliarum. In Aquitania, quę Pyreneos montes & eam partem spectat Oceani, quę pertinet ad Hispanos, prima Prouincia est Aquitanica, amplitudine ciuitatum admodum culta (omissis aliis multis) Burdegala, & Aruerni excellunt, & Sătones & Pictaui nouus populus Auscicomendant, & Vasate. In Narbonensi Elusa, & Narbona, & Tolosa, quę principatum urbium tenent. Viennensis ciuitatum exultat decore multarū, quibus priores sunt Vienna ipsa, & Arelate, & Valentia, quibus Massilia iungitur. cuius societate & uiribus in discriminibus arduis fultam aliquoties legimus Romam. His propē Salluuii sunt, & Nicea & Antipolis, insulęq; Srechades. Et quoniam ad has partes opere contexto peruenimus, silere super Rhodano, maximi nominis flumine, incongruum est & absurdum. A Penninis alpibus effusiore copia fontium Rhodanus fluens, & procliuī impetu ad planiora digrediens, proprio agmine ripas occultat, & paludi sese ingurgitat, nomine Lemano. eamq; intermeans nusq; aquis miscetur externis, sed atrinsecus summitates undę pręterlabens, segniores quęritans exitus uiam sibi impetu ueloci molitur. Vnde sine iactura rerum per densa paludium fertur & Sequanos. lōgeq; progressus Viennensem latere sinistro perstringit, dextero, Lugdunensem. & emensus spatio flexuoso Ararim, quem Sauconnam appellant, inter Germaniam Primam fluentem, suum in nomen asciscit. qui locus exordium est Galliarum. Exindeq; nō millenis passibus, sed leucis itinera metiuntur. ubi auctus Rhodanus aquis aduenis locupletior, uehit grandissimas naues, uentorum flatu iactari sæpius assuetas. finitusq; inter ualles, quę ei natura pręscripsit, spumeus Gallico mari concorporatur per patulum sinum, quem uocāt Ad gradus, ab Arelate octauo decimo fermē lapide disparatum. Sit satis de situ locorum. Nūc figuras & mores hominū designabo. Celsioris staturę, & candidi, penē Galli sunt omnes, & rutili, luminūq; toruitate terribiles, auidi iurgiorum, & sublatius insolescentes. Nec enim eorum quenq; adhibita uxore, rixantem multo fortior & grauior peregrinorum ferre poterit globus,

rit globus, tum maxime cum illa inflata ceruice suffrendens, ponderansq; neueas ulnas & uastas, admixtis calcibus emittere cęperit pugnos, ut catapultas tortilibus neruis excuffos. Metuendę uoces complurium, & minaces, placatorum iuxta & irascentium. Tersi tamen pari diligentia cuncti & mundi. Nec in tractibus illis, maximeq; apud Aquitaniam, poterit aliquis uideri, uel fœmina, licet perq; pauper (ut alibi) frustra squalore pannosus. Ad militandum omnis ætas aptissima, & pari pectoris robore senex ad prociectum ducitur & adultus, gelu duratis artubus & labore assiduo multa contempturus, & formidanda. Nec eorum aliquando quisq; (ut in Italia) munus martium pertimescens, pollicem sibi pręcidit, quos iocaliter Murcos appellant. Vini auidum genus, affectans ad uini similitudinem multiplices potus, & inter eos humiles quidam obtusis ebrietate continua sensibus (quam furoris uoluntarię speciem esse catoniana sententia definiuit) raptantur discursibus uagis. Ut uerū illud uideatur, qđ ait defendens Fonteium Tullius, Gallos post hęc dilutius esse poturos, qđ illi uenenum esse arbitrabantur. Hęc regiones, pręcipueq; confines Italicis, paulatim leuius odere sub imperium uenire Romanum, primo tentatę per Fuluium, deinde pręliis paruis quastatę per Sextium, ad ultimum per Fabium Maximum domitę. cui negotii plenus effectus, asperiore Allobrogum gente deuicta, hoc indidit cognomentū. Nam omnes Gallias (nisi quę paludibus inuię fuere) Sallustio docetur auctore, post decēnalis belli mutuas clades perpeffas, societatiq; nostrę fœderibus iunxit æternis. Euectus sum longius, sed remeabo tandem ad cępta. Domitiano crudeli morte consumpto, Musonianus eius successor in Oriente prętoriam regebat potestatem Pręfecti, facundia sermonis utriusque clarus, unde sublimius qđ sperabatur eluxit. Constātinus em̄ cum limatius superstitionum quæreret sectas Manicheorum & similitū, nec interpret inueniretur idoneus, hunc sibi cōmendatum ut sufficientem elegit. quem officio functum perite Musonianum uoluit appellari, ante Strategium dictitatum. & ex eo percursis honorum gradibus multis, ascendit ad pręfecturam, prudens alia, tolerabilisq; prouinciis, & mitis, & blandus, ex qualibet occasione, maximeq; ex controuersis litibus, quod nefandum est, & in totum, lucrādi auiditate fordescens, ut inter alia multa euidenter apparuit in quęstionibus agitatatis super morte Theophili Syrię consularis, ob proditionem Cęsaris Galli impetu plebis promiscue discerpti. ubi damnatis pauperibus, quos cum hęc agerentnr peregre constabat fuisse auctores diri facinoris, exutis patrimoniis absoluti sunt diuites. Huc Prosper adequitabat pro Magistro Equitū agente, etiam tum in Galliis militem regens abiecte ignauus, & ut ait Comicus, Arte despecta furtoꝝ rapiens propalam. Quis concordantibus mutuaq; cōmercia uicissim sibi conciliando locupletatis, Persici duces uicini fluminibus, Rege in ultimis terrarū suarū terminis occupato, per prędatorios globos nostra uexabāt, Nunc Armeniam, aliquot Mesopotamiam confidentius incurfantes, Romanis ductoribus ad colligendas obeuntium exuuies occupatis.

AMMIANI · MAR CELLINI

RERVM · GESTARVM

LIBER · SEXTVS

DECIMVS



HÆC per Orbem Romanum Fatoꝝ ordine contexto uersante, Cæsar apud Viennam in Collegium Factorum à consule octies Augusto ascitus urgente gemino uigore pugnarum, fragores cædesq; barbaricas somniabat. colligere prouinciæ fragmenta iam parâs se, affuit face tandem secunda. Quia igitur res magnæ, quas per Gallias uirtute felicitateq; correxit, multis Vetere factis fortibusq; præstant, singula serie progrediente monstrabo. instrumenta omnia mediocris ingenii, si suffecerint, comoturus. Quicquid autem narrabitur (quod non falsitas arguta concinnat, sed fides integra rerum absoluit, documentis euidentibus fulta) ad laudatiuam penè materiam pertinebit. Videtur enim lex quædam uitæ melioris hunciuuenem à nobilibus cunis adusque spiritum comitata supremum. Nâq; incrementis uelocibus ita domi forisq; colluxit, ut prudentia Vespasiani filius Titus alter æstimaretur, bellorum gloriosis cursibus Traiani similimus, clemens ut Antoninus, rectæ perfectæq; rationis indagine congruens Marco, ad cuius æmulationem actus effingebat & mores. Et quoniam, ut tulliana docet auctoritas, Omnium magnarum artium, sicut arborum, altitudo nos delectat, radices stirpesq; non item. sic præclaræ huius indolis rudimenta tunc multis obnubilantibus tegebantur, quæ anteferri gestis eius postea multis & miris hac ratione deberent, quæ adolescens primæuus, ut Erechtheus in secessu Mineruæ nutritus, ex Academia quietis umbraculis, non è militari tabernaculo, in puluerem martium tractus, strata Germania, pacatisq; rigentis Rheni motibus, cruenta spirantium Regum hic sanguinem fudit, alibi manibus catheras affixit. Agens itaque negociosam hyemem apud oppidum antedictum, inter rumores qui uolitabant assidui, comperit Augustuduni ciuitatis antiquæ muros, spaciosi quidem ambitus, sed carie uetustatis inualdos, Barbarorum impetu repentino infessos, torrente præsentium militum manu, ueteranos concussatione peruigili defendisse. ut solet abrupta sæpe discrimina salutis ultima desperatio propulsare. Nihil itaque remittentibus curis, ancillari adulatione posthabita, qua eum proximi ad amcenitatem flecebant & luxum, satis omnibus comparatis VIII. Cal. Iul. Augustudunum peruenit. uelut dux diuturnus uiribus eminent & consiliis, per diuersa palantes Barbaros, ubi dedisset Fors copiam, aggressurus. Habita itaque delibera-

tione,

LIBER · XVI.

39

tione, assistentibus locorum peritis, quodnam iter eligeretur, ut tutum, multa ultro citroq; dicebantur. paludem per arborosam quibusdam de lacu & corbitis iri debere firmantibus. sed cum subsererent quidam, Siluanum paulo ante Magistrum peditum, per cõpendiosas uias uerum suspectas, qui ante in umbris multis umbrantur, cum VIII auxiliarium milibus aggre transisse, fidentius Cæsar audaciam uiri fortis imitari magnopere nitebatur cunctis uiribus. Et ne qua interueniret mora, adhibitis cataphractariis solis, & balistariis parum ad tuendum rectorem idoneis, percurso eodem itinere ad arua Succorum peruenit. Vbi breui, sicut solebat, ocio cum milite recreatus, ad Tricastinos tendebat. & Barbaros in se cateruatim ruentes, partim cum timeret ut ampliores, confertis lateribus obseruabat. alios occupatis habilibus locis decursu facili proterens. nonnullos pauore traditos cœpit. residuos, in curam celeritatis omne quod poterant conferentes, qui sequi non ualebant grauitate præpeditos armorum, innocuos abire perpeffus est. Proinde certiori iam spe ad resistendum ingruentibus confirmatus, per multa discrimina uenerat Tricastum adeo insperatus, ut eo portas penè pulsante, diffusæ multitudinis barbaræ metu aditus urbis non sine anxia panderetur ambage. & paulisper moratus, dum fatigato consulit militi, ciuitatem Remos nihil prolatandum existimans petit. ubi in unum congregatum exercitum Vesuntii iusserat operiri præsentiam suam, cui præsidebat Vrsicini successor Marcellus, & ipse Vrsicinus adusque expeditionis finem agere præceptus iisdem in locis. Post uariatas itaque sententias plures, cum placuisset, per Decempagos Alamaniam aggredi plebem densatis agminibus tendebat illuc solito alacrior miles. Et quia dies humectus, & decolor uel contiguum eripiebat aspectum, iuuante locorum gnaritate hostes tramite obliquo discusso post Cæsar's terga, legiones duas arma cogentes adorti penè delessent, ni subito concitus clamor locioꝝ auxilio cœgisset. Hinc & deinde, nec itinera, nec flumina transire posse sine insidiis putans, erat prouidus, & cunctator. præcipuum bonum in magnis ductoribus, opem ferre solet exercitibus & salutem. Audiens itaque Argentoratum, Brotomagum, Tarbellos, Sebusianos, & Nemetes, & Vangionas, & Moguntiacum ciuitates Barbaros possidentes territoria corum habitare (nam ipsa opida, ut circũdata retibus Lustra, declinant) primam omnium Brotomagum occupauit. eiq; iam aduentanti Germanorum pugnam intentans occurrit. Cũq; in bicornem figuram acie diuisa collato pede res agi cœpisset, exitioq; hostes urgerentur ancipiti, captis nonnullis, aliis in ipso prælii furore truncatis, residui discessere celeritatis præsidio tecti. Nullo itaq; post hac repugnante, ad recuperandam ire placuit Agrippinam, ante Cæsar's in Gallias aduentum excisam. Per quos tractus nec ciuitas ulla uisitur nec castellum, nisi quæ apud Confluentes, locum ita cognominatum ubi amnis Mosella confunditur Rheno, Rigomagum oppidum est, & una prope ipsam Coloniam turris. Igitur Agrippinam ingressus, non ante motus est exinde, quàm Francorum Regibus furore mitescente perterritis, pacem firmaret, Reipublicæ interim profuturam,

D iiii

& urbem reciperet munitissimam. Quibus uincendi primitiis lætus, per Treueros hyematurus apud Senonas oppidum tunc opportunum abscessit. Vbi bellorum inundantium molem humeris suis, quod dicitur, uehens scindebatur in multiplices curas. ut Militares, qui a solitis desciuere præfidiis, reducerentur ad loca suspecta, & conspiratas gentes in noxam Romani nominis disiectaret, ac præuideret ne alimenta deessent exercitui per uaria discursuro. Hæc solícite perpensantem hostilis aggreditur multitudo, oppidi capiundi spe in maius accensa, ideo confidentes, quæ & nec scutarios adesse, & quæ de multis perfugis didicerant, ire gentiles per municipia distributos, ut commodius uescerentur. Cum autem

Clausa ergo urbe, murorumque in tuta parte firmata, ipse cum armatis die noctuque inter propugnacula uisebatur & pinnas, ira exundante substridens cum erumpere sæpe conatus, paucitate præsentis manus impediretur. Post tricesimum denique diem abiere Barbari tristes, inaniter stultaque cogitasse ciuitati subsidium mussitantes. & quæ indignitati rerum est assignandum, periclitanti Cæsari distulit suppetias ferre Marcellus, quietem agens in stationibus proximis. cum etiam si ciuitas absque principe uexaretur, opposita multitudine malis obsidionalibus expediri deberet. Hoc metu solutus efficacissimus Cæsar, providebat constanti solícitudine, ut militum diuturno labori quies succederet aliqua, licet breuis, ad recreandas tamen sufficiens uires, quamq̃ ultima squalentes inopia, terræ sæpe uastitate, exigua quædam uictui congrua aggerabant. Verum hoc diligenti quoque accurato peruigili adfusa lætiores per prosperum sublato animo exequenda plurima consurgebant. Primum igitur, factuque difficile, temperantiam ipse sibi indixit, atque retinuit, tanquam adstrictus Suptuariis legibus uiueret, quas ex Rhetris Lycurgi, id est Axonibus, Romam translatas, diuque obseruatas, & senescentes paulatim, reparauit Sylla dictator, reputas ex prædictis Democriti, quæ Ambitosam mensam fortuna, parca uirtus apponit. Id enim etiam Tusculanus Cato prudenter definiens, cui Censorii cognomentum castior uitæ indidit cultus, Magna, inquit, cura cibi, magna uirtutis incuria. Denique cum legeret libellum assidue, quem Constantius ut priuignum ad studium mittens, manu sua conscripserat, prælicenter disponens quid in conuiuio Cæsaris impendi deberet, phasianum, & uuluam, & fumen exigui uetuit, & inferri, munificis militis uili & fortuito cibo contentus. Hinc contingebat ut noctes ad officia diuideret tripartita, quietis, & publicæ rei, & musarum, quod factitasse Alexandrum legimus Magnum, sed multo hic fortius. Ille namque ænea concha supposita, brachio extra cubile protento pilam tenebat argenteam, ut cum neruorum uigorem sopor laxasset infusus, gestaminis lapsi tinnitus abrumperet somnum. Iulianus uero absque instrumento quoties uoluit euigilauit, & nocte dimidiata semper exurgens, non è plumis uel stragulis sericis ambiguo fulgore nitentibus, sed ex tapete, & *εἰς ὄρα*, quam uulgaris simplicitas Sufurnam appellat, occulte Mercurio supplicabat, quem mundi uelociorem sensum esse, motum mentium suscitantem, theologicæ prodidere

prodidere doctrinæ. Atque in tanto rerum defectu exploranter ei curabat postquam ut ardua & serua terminata ad procudendum ingenium uertebatur. & incredibile quo quantoque ardore rerum principalium noticiam celsam indagans, & quasi pabula quædam animo ad sublimiora scandenti conquirens, per omnia philosophiæ membra prudenter disputando currebat. Sed tamen cum hæc effecte, pleneque colligeret, nec humiliora despexit. Poeticam mediocriter, & rhetoricam, ut ostendit orationum epistolarumque eius cum grauitate comitas incorrupta, & nostrarum externarumque rerum historiam multiformem. Super his aderat latine quoque differendi sufficiens sermo. Si itaque uerum est, quod scriptores uarii memorant, Cyrum regem, & Simonidem Lyricum, & Hippium Hælium sophistarum acerrimum, ideo ualuisse memoria, quæ epotis quibusdam remediis id impetrarunt, credendum est hunc etiam tum adultum totum memoriæ dolium, si usque reperiri potuit, exhausisse. Et hæc quidem pudicitia uirtutumque sunt signa nocturna. Diebus uero quæ ornate dixerit & facete, quæue in apparatu uel in ipsis egerit congressibus pliorum, aut in re ciuili magnanimitate correxit & libertate, suo quæque loco singula demonstrabunt. Cum exercere præludia disciplinæ Castrensium philosophus cogere ut princeps, artemque modulatus incedendi per Pyrrhicam concinentibus differeret fistulis, ait illud prouerbium, Clitellæ boui impositæ sunt, plane non est nostrum onus. Platonem crebro nominans exclamabat, Tu duces, & eius quædam solènia *ἀπορίηται* agens, irruit in consistorium, ut auxilium acciperet inter alios quidam ex eorum consortio, non ut moris est, pansa chlamyde, sed utraqque manu cauata suscepit. & Imperator, Rapere, inquit, non accipere sciunt Agentes in rebus. Audito à parentibus uirgines raptas, eum qui uiolarat conuictum relegari decreuit. Hisque indigna pati querentibus, quæ non sit morte mulctatus, responderat, Hactenus incusent iura clementiam, sed Imperatorem mitissimi animi, legibus præstare cæteris decet. Egressurum eum ad expeditionem plures interpellabant, ut læsi, quos audiendos prouinciarum rectoribus commendabat. Et reuersus, quid egerint singuli quærens, delictorum uindictas genuina lenitudine mitigabat. Ad ultimum exceptis uictoriis, per quas cadentes sæpe incolumi contumacia Barbaros fudit, quæ profuerit anhelantibus extrema penuria Gallis, hinc maxime claret, quæ primitus partes eas ingressus, pro capitibus singulis tributum nomine uicinos quinos aureos reperit flagitari, discedens uero, septenos tantum munera uniuersa complentes. Ob quæ tanquam solem sibi serenum post squalentes tenebras affulsisse cum alacritate & tripudiis lætabantur. Denique id eum ad usque imperii finem & uitæ scimus utiliter obseruasse, ne per indulgentias, quas appellant, tributariæ rei concederet reliqua. Norat enim hoc factum se aliquid locupletibus addituræ, cum constet ubique pauperes inter ipsa dictorum exordia soluere uniuersa sine laxamento compelli. Inter has tantum regendi moderandique uias, bonis principibus æmulandas, barbarica rabies exarserat in maius, utque bestia custodum negligentia raptu uiuere solita, ne his quidem remotis, appositisque fortioribus abscesserunt, sed tumescentes

sed tumefcentes inedia sine respectu salutis armenta uel greges incurfant, Ita etiam illi, cunctis quæ diripere consumptis, fame urgente tegebant aliquoties prædas. interdum antequam contingerent aliquid, oppetebant. Hæc per eum annum spe dubia, euentu tamen secundo, per Gallias agebantur. In Comitatu uero Augusti circūlatrabat Arbetionem inuidia, uelut summa mox adepturum decora cultus imperatorii præstruxisse. instabatq; ei strepens immania Comes Verissimus nomine, arguens coram, quod a gregario ad magnum militiae culmen euectus. Hoc quoque non contentus, & paruulo cum appeteret principalem. sed specialiter eum insectabatur Dorus quidam ex medico Scutariorum, quem Nitentium rerum centurionem sub Magnetio Romæ prouectum retulimus, accusasse Adelphium urbi præfectum ut altiora cœptantem. Cūq; res in inquisitionē ueniret, necessariisq; negotio tentis, obiectorum probatio speraretur, tanq̄ per satyram subito cubiculariis suffragantibus, ut loquebatur perrinax rumor, & uinculis sunt exuta personæ, quæ stringebantur ut conscia, & Dorus euauit, & Verissimus ilico tacuit, uelut auleo deposito scenæ. Iisdem diebus allapsorum ore Constantius doctus, obfesso apud Senonas Cæsari auxilium non tulisse Marcellum, eum sacramento solutum abire iussit in larem. Qui tanq̄ iniuria graui percussus, quædā in Iulianum moliebatur, auribus Augusti confisus in omne patentibus crimen. ideoq; cum discederet, Eutherius præpositus Cubiculi mittitur statim post eum, si quid finxerit, conuicturus. Verū ille hoc nesciens, mox uenit Mediolanum strepens & tumultuans, ut erat uanidicus, & amenti propior, admissus in consistorium Iulianum ut procacem insimulat. Iāq; ad euagandum altius, ualidiores sibi pennas aptare. Ita enim cum motu quodam corporis loquebatur ingenti. Hæc eo fingente licentius, Eutherius ut postulauit indutus, iussusq; loqui quod uellet, uerecunde & modice docet uelari ueritatem mendaciis. Magistro enim armorum (ut credebatur) cessante, consulto industria uigili, Cæsarem diu obfessum apud Senonas Barbaros repulisse, apparitoremq; fidum auctori suo, quoad uixerit, fore obligata ceruice sua spondebat. Res monuit super hoc eodem Euthero pauca subserere forsitan non credenda, ea re, q; si Numa Pompilius uel Socrates bona quædam dicerent de spadone, dictisq; religionum adderent fidem, a ueritate desciuisse arguerentur. Sed inter uepres rosa nascuntur, & inter feras nonnullæ mitescunt. Itaq; carptim præcipua quæ sunt comperta, monstrabo. Natus in Armenia sanguine libero, captusq; a finitimis hostibus, etiā tum paruulus, abstractus geminis Romanis mercatoribus uenundatus, ad palatium Constantini deducitur. ubi paulatim arte curaq; rationem recte uiuendi, solertiāq; ostendebat. literis, quantum tali fortunæ satis esse poterat, eruditius. cogitandi, inueniendiq; dubia & scrupulosa, acumine nimio præstans. immensum, quantum memoria uigens. bene faciendi auidus, plenusq; iusti consilii. Quem si Constantius Imperator olim ex adulto spectasset, pluraq; tanq̄ maturum audiret honesta suadentem & recta, nulla, uel uenia certe digna, peccasset. Is Præpositus

Cubiculi

Cubiculi etiam Iulianum aliquoties corrigebat, Asiaticis coalitum moribus, ideoq; leuem. Denique digressus ad otium, ascitusq; postea in palatium, semper sobrius, & in primis consistens, ita fidem continentiamq; uirtutes coluit amplas, ut nec prodidisse aliquando arcanum, nisi tuendæ causæ alienæ salutis, nec exarsisse cupidine plus habendi, arcesseretur ut cæteri. Vnde factum est, ut subinde Romam secedens, ibiq; fixo domicilio consenscens, comitem circūferens conscientiam bonam, colatur a cunctis ordinibus, & ametur. cum soleant id genus homines post partas ex iniquitate diuitias, latebras captare secretas, ut lucifugæ, uitantes multitudinis læsæ conspectus. Cui spædonum ueterum hunc comparare debeam, Antiquitatem replicando compluries inuenire non potui. Fuerunt enim apud ueteres, licet oppido pauci, fideles & frugi, sed ob quædam uitia maculosi. Inter præcipua enim, quæ eorum quisque studio possederat uel ingenio, aut rapax, aut feritate contentior fuit, aut propensior ad lædendum. ut Ligendimus nimium blandus, aut potentia fastu superbior. Ex omni latere autem ita peritum, neque legisse me, neque audisse confiteor, ætatis nostræ testimonio locupleti confisus. Verum si forte scrupulosus quidam lector Antiquitatum, Menophilum Mithridatis Pontici regis eunuchum nobis opponat, hoc monitu recordetur, nihil superiore lætum, præter id solum, qd̄ in supremo discrimine gloriose monstrauit. Ingenti prælio superatus a Romanis & Pompeio rex prædictus, fugiensq; ad regna Colchorum, aduectam filiam nomine Direptim, nam uexatam asperitate armorum, in castello Sinhorio huic Menophilo commissam reliquit. Quibus originem omni remediorū solatio plene curatam patri tutissime seruans, cum a Manlio Prisco Imperatoris legato, monumentum quo clauderetur, obsideri cœpisset, defensoresq; eius deditionem meditari sentiret, ueritus ne parentis opprobrio puella nubilis captiua superesset & uiolata, interfecta illa, mox gladium in uiscera sua compegit. Nunc redeam unde diuertit. Superato (ut dixi) Marcello, euerfaq; Serdica, unde oriebatur, in castris Augusti per simulationem tuendæ maiestatis imperatoris multa & nefanda perperabant. Nam si super occentu soricis, uel occurso mustelæ, uel similis signi gratia consuluisset quenq̄ peritum, aut anile incantamentum ad leniendum adhibuisset dolorem, qd̄ medicinæ quoque admittit auctoritas, reus unde non poterat opinari delatus, raptusq; in iudicium pœnaliter interibat. Per id tempus fertur fuisse uiræ quendā nomine Danum, quæ tergotenus uxor res leuiū incusarat, certū an incertū reū non libet affirmare, indefensum inde Rufinus eluserat, quo iudicæte quædā cognita per Gaudentiū Agentem in rebus consularem Pannoniæ tunc Africanum, cū retulissent Præfectū Apparitionis præfecturæ Prætorianæ. dum etiā princeps ob deuotionem bis ut loquebantur, iactantius uersabilem sceminā post nefandum concubitū periculosam in fraudem illexit, suasitq; consarcinatis mendaciis læsæ maiestatis arcessere maritum infontem, & fingere, q; uelamen purpureum a Diocletiani sepulcro furatus, quibusdam consciis occultabat. Hisq; ad multorum exitum ita formatis,

formatis, ipse spe potiorum ad Imperatoris peruolat castra, excitaturus calumnias consuetas. reque cōperta iubetur Mauortius tunc Præfectus prætorio, uir sublimis constantiæ, crimen acri inquisitione spectare, iuncto ad audiendi societatem Vrsulo Largitionum Comite, sæueritatis itidem non improbandæ. Exaggerato itaque negotio ad arbitrium temporum, cum nihil post tormenta multorum inueniretur, iudicesque hærent ambigui, tandem ueritas respirauit oppressa, & in abrupto necessitatis mulier Rufinum totius machinæ confitetur auctorem, nec adulterii sceditate suppressa. statimque legibus contemptis, multa ultro citroque discussa, tandem ordo & iustitia ambo sententia damnauere letali. Quo cognito Constantius fremens, & tanquam uindicem salutis suæ lugens extinctum, missis equitibus citis, Vrsulum redire ad Comitatum minaciter iussit, territatis & suppeditatis qui prohibebant, perripit intrepidus. ingressusque consistorium, ore & pectore libero docuit gesta. hacque fiducia linguis adulatorum oclusis, & perfectum & se discrimine graui subtrahit. Tunc illud apud Aquitanos euenit, quod latior fama uulgarat. Veterator quidam ad lautum conuiuium rogatus, & nondum qualia sunt in his regionibus, plurima cum uidisset linteorum toralium per duos clauos ita latissimos, ut sibi uicissim arte ministrantium cohærent, mensamque operimentis paribus tectam, anteriorem chlamydis partem utraque manu uehens. intrinsecus autem structuram omnem ut amictus adornauerat, principalesque res patrimonium diues euertit. Malignitate simili quidam Agens in rebus in Hispania, ad cœnam itidem inuitatus, cum inferentes uespertina lumina pueros exclamasse audisset, ex usu, Vincamus

lem ne
interpretatum,

atrociter deleuit nobilem domum. Hæc aliaque ideo magis magisque credebant, quod Constantius, cum impendio timidus esset, semper se ferri sperabat. ut Dionysius tyrannus ille Siciliae, qui ob hoc idem uitium & tonstrices docuit filias, ne cui alieno ora committeret leuiganda. eodemque breuem, ubi cubitare sueuerat, alta circumdedit fossa, eamque ponte solubili superstrauit. cuius disiectos asses et axiculos secum in somnum abiens transferebat. eosdemque cōpaginabat lucis initio processurus. Inflabant itidem has malorum ciuiliū buccinas potentes in regia. ea re, ut damnatorum petita bona suis adcorporarent, essetque materia peruicacitati eorum late crassandi. Namque ut documenta liquida prodiderunt, proximorum fauces aperuit primus omnium Constantinus. sed eos medullis prouinciarum saginauit Constantius. Sub hoc enim ordinum singulorum auctores infinita cupidine diuitiarum arserunt sine iustitiæ distinctiōe, uel recti. inter ordinarios iudices Rufinus primus Præfectus prætorio, & inter militares equitum Magister Arbetio, Prepositusque Cubiculi, & Vrsicinus equestris ordinis Præfectus. quæstor & in Vrbe Anitius, qui in regiam æmulationem posteritate tendens, satiari nunquam potuit cum possessiōne multo maiore. At Persæ in Oriente per furta & latrocinia potiusque, ut

solebant

solebant antea, per concursatorias pugnas hominum prædas agitabant & pecorum. quis nonnunquam lucrabatur, ut repente aliquoties superati multitudine militum amittebant. Interdum nihil prospicere, prorsus quod poterat rapi, procul mittebant. Musonianus tamen Præfectus prætorio, multis (ut ante diximus) bonis artibus eruditus, sed uenalis & flecti à ueritate pecunia facilis, per emissarios quosdam, fallendi perstringendique gnarus, Persarum sciscitabatur consilia, assumpto in deliberationes huiusmodi Cassio Mesopotamiæ duce, stipendiis & discriminibus indurato diuersis. Qui cum, fide concinente speculatorum, aperte cognoscerent, Saporem in extremis regni limitibus suorum sanguine fuso multiplici agere propulsare gentes infestas, Tansaporem ducem partem nostre contiguum occultis per ignotos milites tentauere colloquiis. ut si copiam fors dedisset, suaderet Regi per literas pacem tandem aliquando cum principe Romano firmare. ut hoc facto latere, ad omnes securus perduelles aduolare assiduus. Paruit Tansapor, hisque fretus refert ad Regem, quod bellis acerrimis Constantius implicatus postulat pacem precantium. Dumque ad Chionitas & Halanos hæc scripta mittuntur, in quorum confiniis agebat hyemem Sapor, tempus intercessit longum. Hæc dum per eas partes & Gallias pro captu temporum disponuntur, Constantius quidem clauso Iani templo, Istratisque hostibus cunctis, Romam uisere gestiebat. post Magnentii exitum absque nomine & sanguine Romano triumphaturus. Nec enim gentem ullam bellicentem per se superauit, aut uitam fortitudine suorum comperit ducum, uel addidit quædam imperio, aut usque in necessitatibus summis primus, uel inter primos est uisus. & ut pompam nimis extentam, rigentiaque auro uexilla, & pulchritudinem stipatorum ostenderet, agenti tranquillius populo hæc uel simile quicquam uidere, nec speranti unquam, nec optanti. ignorans fortasse quosdam ueterum principum in pace quidem licitoribus fuisse contentos, ubi uero præliorum ardor nihil perpeti poterat segne. alium anhelanter audio flatu uentorum lenunculo se commississe piscantis. alium, ad Deciorum exempla, uouisse pro Republica spiritum. alium hostilia castra per semetipsum cum militibus infimis explorasse. diuersos denique actibus inclaruisse magnificis, ut gloriosas suas res posteritati celebri memoria commendarent. Ut igitur multa quæque consumpta sunt in apparatu regio, pro meritis cuiuslibet munera reddita, secunda Orphiti præfectura transcurso Oriculo elatus honoribus magnis, stipatusque agminibus formidandis, tanquam acie ducebatur instructa, omnium oculis in eo contuitu pertinaci intentis. Cumque urbi propinquaret, Senatus officia, reuerendasque patriæ stirpis effigies ore sereno contemplans, non ut Cyneas ille Pyrrhi legatus in unum coactam multitudinem Regum, sed asylum Mundi totius adesse æstimabat. Unde cum se uertisset ad plebem, stupebat qua celeritate omne quod ubique est hominum genus confluxerit Romam. & tanquam Euphratem armorum specie territurus aut Rhenum, altrinsecus præcuntibus signis insidebat aureo solus ipse carpento, fulgenti claritudine lapidum uariorum. Quo micante, lux quædam misceri

E

uidebatur, alternūq; potestatis gressus multiplices. alios purpureis subteg-
minibus texti circūdedere dracones, hastarum aureis gemmatisq; summi-
tatibus illigati, hiatu vasto perflatiles, & ideo uelut ira perciti sibilantes, cau-
darūq; uolumina relinquentes in uentum. Et incedebat hincinde ordo gemi-
nus armatorū clypeatus atque cristatus, corusco lumine radians, nitidis lo-
ricis indutus, sparsiq; cataphracti equites, quos Clibanarios dicitant, perso-
natim thoracū muniti ligaminibus, & lumbis ferro cinctis, ut Praxitelis ma-
nu polita crederes simulacra, nō uiros. quos laminarū circuli tenues apti cor-
poris lufibus ambiebant, per omnia mēbra deducti ad quoscūq; artus reces-
sim actus cōmouisset uestitus, congrueret iunctura cohærenter apta sinus
per angustos. Itaq; faustis uocibus appellari uocū lictorūq; intonante frago-
re cohorrui, talem se, tāq; immobile, qualis in puinciis suis uisebatur, osten-
dens. Nam & corpus perhumile curuabat portas ingrediens celsas, & uelut
collo munito rectā aciem luminū tendens, nec dextra uultū, nec leua flecte-
bat, tanq; figmentū hominis, non cum rota concuteret, nutans, nec spuens,
aut os aut nasum tergens, uel fricans, manūue agitans, est uisus unq;. Quæ li-
cet affectabat, erant tamen hæc & alia quædā in citeriore uita patientiæ non
mediocris indicia, ut existimari dabatur, uni illi concessa. Quod aut per omne
tempus imperii, nec in confessum uehiculo quenq; suscepit, nec in trabea sociū
priuatū asciiuit, ut facere principes cōsueuere, & similia multa, elatus in arduū
supercilium tanq; leges æquissimas obseruauit, prætereo, memor ea me retu-
lisse quæ incidissent. Proinde Romam ingressus, imperiū uirtutūq; omnium
larem, cum uenisset ad Rostra, perspectissimū prisq; potentiae Forum, obstu-
puit, perq; omne latus quo se oculi contulissent, miraculorū densitate præstri-
ctus, alloquutus nobilitatem in curia, populūq; pro tribunali, in palatium re-
ceptus fauore multiplici, lætitia fruebatur petita. Et sæpe cū Equestres æderet
ludos, dicacitate plebis oblectabatur, nec superbe, nec libertate coalita discis-
sentis, reuerenter modum ipse quoque debitum seruans. Non em̄, ut per ciui-
tates alias, ad arbitriū suum certamina finiri patiebatur. sed, ut mos est, ua-
riis casibus permittebat. Deinde intra septem montiū culmina per accliuita-
tes, planiciemq; posita Urbis mēbra collustrans & suburbana, quicquid pri-
mum id eminere inter alia cuncta spectabat Iouis Tarpei delubra, quantum
terrenis diuina præcellunt, Lauacra in modū prouinciarū extructa, Amphit-
theatri molem solidatam lapidis tyburtini compage, ad cuius summitatem
ægre uisio humana conscendit, Pantheon uelut regionem teretem tā specio-
sa celsitudine fornicatam, elatosq; uertices rasili suggestu consurgunt, prio-
rum principum imitamenta portantes & Urbis, Forum Templumq; Pacis,
& Pompei Theatrum, & Odæum, & Stadium, aliaq; inter hæc decora Urbis
æternæ. Verum cum ad Traiani forum uenisset, singularem sub omni cælo
structuram, ut opinamur, etiam numinū assensione mirabilem, herebat atto-
nitus per giganteos contextus circūferens mentem, nec relatu effabiles, nec
rursus mortalibus appetendos. Omni itaq; spe huiusmodi quicquā conandi
depulsa,

depulsa, Traiani equum solum, locatum in atrii medio, qui ipsum principem
uehit, imitari se uelle dicebat, & posse. Cui propè astans regalis Hormisda,
cuius ē Perfide discessum supra monstrauius, Ante, inquit, Imperator stabu-
lum tale condi iubeto, si uales. equus, quem fabricare disponis, ita late succe-
dat, ut iste, quem uidemus. Is ipse interrogatus, quid de Roma sentiret: id tm̄
sibi placuisse aiebat, q; didicisset ibi quoque homines mori. Multis igitur cum
stupore uisis horrendo, Imperator de Fama quærebatur ut inualida uel ma-
ligna, qd̄ augens omnia semper in maius, erga hæc explicanda, quæ Romæ
sunt, obsolescit. Deliberāsq; diu quid ageretur, his addere statuit ornamentis,
ut in proximo Circo erigeret obeliscum. Cuius originem formamq; loco con-
decenti monstrabo. Inter hæc Helenæ, sorori Constantii, Iuliani coniugi Cæ-
saris Romani, successionis specie ductæ, Regina tūc insidiabatur Eusebia, ipsa
quoad uixerat sterilis, quæsitumq; uenenum bibere per fraudem illexit. ut
quotiescūque concepisset, immaturum abüceret partum. Nam & pridem in
Galliis cum marem genuisset infantem, hoc perdidit dolo, q; obstetrix corru-
pta mercede, mox natum præfecto plusq; conuenerat umbilico necauit, tanta
tamq; diligens opera nauabatur, ne fortissimi uiri soboles appareret. Cupi-
ens itaq; augustissima omnium sede morari diutius Imperator, ut ocio puri-
ore frueretur & uoluptate, assiduis nunciis terrebarur & certis, indicantibus
Sueuos Rhetias incurfare. Quadosq; Valeriā, & Sarmatas latrocinandi peri-
tissimum genus Superiorem Mæsiā, & Secundam populari Pannoniam.
Quibus percitus XXX postq; ingressus est die IIII Cal. Iunias ab Urbe
profectus, per Tridentum iter in Illyricum festinauit. Vnde missō in locum
Marcelli Seuero, bellorum usu & maturitate firmato, Vrsicinum ad se uenire
præcepit. Et ille literis gratanter acceptis, Syrmium uenit, comitantibus so-
ciis, libratiscq; diu super pace consiliis, quam fundari posse cum Persis Muso-
nius retulerat, in Oriente cum Magisterii remittitur potestate, profectis à con-
sortio nostro ad regendos milites natu maioribus, adolescentes eum sequi iu-
bemur quicquid pro Rep. mandauerit impleturi. At Cæsar exacta apud Se-
nonas hyeme, re turbulenta, Augusto nouies, seq; iterum, consule, germani-
cis undiq; circūfremantibus minis, secundis ominibus motus Remos pro-
perauit alacrior, magisq; lætus quod exercitum regebat Seuerus, nec discors,
nec arrogans, sed longa militiæ frugalitate compertus, & eum recta præeun-
tem sequuturus, ut ductorem morigerum, miles. Parte alia Barbatio post Sil-
uani interitum promotus ad peditum Magisterium ex Italia iussu principis
cum XXV millibus armatorum Rauracos uenit. cogitatum est enim, solici-
teq; præstructum, ut sæuientes ultra solitum Alamanni, uagantesq; fustus
multitudine geminata nostrorum forcipis specie trusi in angustias cæderen-
tur. Dum hæc tamen rite disposita celerantur, læti Barbari ad tempestiua
furta solertes inter utriusq; exercitus castra occulte transgressi, inuasere Lug-
dunum incautam. eamq; populatam nifu auido concremassent, ni clausis
aditibus repercussi, quicquid extra oppidum potuit inueniri, uastassent.

Qua clade cognita agili studio Cæsar missis Cuneis tribus equitum expeditorum & fortium, tria obseruauit itinera, sciens per ea irrupturos proculdubio crassatores. Nec conatus destinanti irritus fuit. Cunctis enim, qui per eos tramites exiere truncatis, præceptaq; præda omni intacta, hi solum innoxii absoluti sunt, qui per uallum Barbationis transire securi. ideo labi permitti, q; Bainobaude tribunus, & Valentinianus postea Imperator, cum equestribus turmis, quas regebant, ad exequendum id ordinati à Cella tribuno Scutariorum, qui Barbationi sociatus uenerat, ad procinctum iter obseruare sunt ueriti, unde redituros didicere Germanos. Quo non contentus Magister perditam ignauus, & gloriarum Iuliani peruicax obtrectator, sciens se id contra utilitatem eius Romam isse. Hoc enim cum argueretur, Cella confessus est relatione sefellisse Constàtium, finxitq; hos eosdem tribunos ad sollicitandos milites quos duxerat, per speciem uenisse negocii publici. qua causa abrogata potestate ad lares redire priuati. Hisdem diebus exercituum aduentu perterriti barbari, qui domicilia fixere cis Rhenum, partim difficiles uias, & suapte natura diuolas concedibus claufere solerter, arboribus immensi roboris cæsis. alii occupatis insulis sparsi, crebro per flumen Rhenum ullulantes lugubre, & conuiciis Romanos incessabant & Cæsarem. qui grauiori motu animi percitus, ad corripiendos aliquos, septem à Barbatione petierat naues, ex his quas uelut transiturus amnem, ad compaginandos parauerat pontes, qui ne quid per eum impetraretur, omnes incendit. Doctus denique exploratorum delatione recens captorum, æstate iam torrida fluuium uado posse transiri, hortatus auxiliares uelites cum Bainobaude Cornutorum tribuno misit. facinus memorabile (iussisset Fors) patratturos, qui nunc incedendo per breuia, aliquoties scutis in modum alueorum suppositis nando, ad insulam uenere propinquam. egressiq; promiscue uirile & muliebre sexus sine ætatis ullo discrimine trucidabantur ut pecudes. nactiq; uacuas lintres, per eas licet uacillantes euecti, huiusmodi loca plurima perruperunt. & ubi cædendi satias cœpit, opimitate prædarum onusti, cuius partem ui fluminis amiserunt, rediere omnes incolumes. Hoc quoque comperto residui Germani, ut infido præsidio insularum relicto, ad ulteriora necessitudines & fruges opesq; barbaricas contulerunt. Conuersus hinc Iulianus ad reparandas Tres Tabernas, munimentum ita cognominatum, haud ita dudum obstinatione subuersum hostili (quo ædificato constabat ad intima Galliarum, ut consueuerant adire, Germanos arceri) & opus spe celerius consumauit, & uicti defensoribus ibi locandis ex barbaricis messibus non sine discriminis metu collectum militis manu condidit in usus anni totius. Nec sanè hoc solo contentus, sibi quoque XX dierum alimenta parata collegit. Libentius enim bellatores quæsito dexteris propriis utebantur, admodum indignati, quoniam ex comineatu qui eis recens aduectus est, ideo nihil sumere potuerunt, quòd partem eius Barbatio cum transiret iuxta superbe præsumpsit. residuum quod superfuit, congestum in acruum exussit. Quæ utrum ut uanus gerebat, & demensum

mandatum

mandatum principis confidenter nefandi multi tentabant, quæ in id temporis latuit. Illud tamen rumore tenus ubique iactabatur, q; Iulianus non leuaturus incommoda Galliarum electus est, sed ut possit per bella deleri sæuissima. rudis etiam tum, ut æstimabatur, ac ne ad sonitum quidem duraturus armorum. dum castrorum opera mature confurgit, militisq; pars stationes præterdit agrarias, illa frumenta insidiarum metu, colligit, caute multitudo Barbarica rumorem nimia uelocitate præuertit, Barbationem cum exercitu quem regebat (ut dictum est) Gallico uallo discretum, impetu repentino aggressa, sequensq; fugientes adusque Rauracos & ultra, quoad potuit, rapta sarcinarum & iumentorum cum calonibus parte maxima, redit ad sua, Et ille, tanq; expeditione euentu prospero terminata, milite disperso per stationes hybernas, ad comitatum Imperatoris reuertit, crimen compositurus in Cæsarem, ut solebat, grauiter semper incessens. Quo dispalato fœdo terrore Alamannorum reges Chonodomarius, & Vestralpus, Vrius quineriam & Vrsicinus cum Serapione, & Suomario, & Hortario in unum robore uirium suarum omni collecto belli. Cumq; federet prope urbem Argentoratum, extrema metuentem Cæsarem arbitrati retrocessisse, cum ille etiam perficendi munimenti studio stringeretur. Erexit autem confidentiam caput altius attollentum scutarius perfuga, qui cõmissi criminis metuens pœnam, transfessus ad eos, post ducis fugati discessum, armatorum XIII milliũ tantum remansisse cum Iuliano. maior enim numerus eum sequebatur, barbara feritate certaminum rabiem undiq; concitante. Cuius assicuratione eadem subinde replicantis ad maiora stimulatæ fiducia, missis legatis satis pro imperio Cæsari mandauerunt, ut terris abscederet uirtute sibi quæsitis & ferro. Qui ignarus pauendi, nec ira nec dolore percussus, sed fastus barbaricos ridens, reuoluentis Legatis adusque perfectum opus castrorum, in eodem gradu constantiæ stetit immobilis. Agitabat autem, miscebatq; omnia, sine modo ubiq; sese diffunditans, & princeps audendi periculosa Rex Chonodomarius, ardua subrigens supercilia, ut sæpe secundis rebus elatus. Nam & Decentium Cæsarem superauit æquo Marte congressus, & ciuitates erutas multas uastauit & opulentas, licentiusq; diu nullo refragante Gallias perfultauit. Ad cuius roborandam fiduciam recens quoque fuga ducis accessit numero præstantis & uiribus. Alamanni cõ scutorũ insignia contuentes, norant eos milites permisisse paucis suorũ latronibus terrã, quorũ metu aliquoties in aliquem gradum conferrent, amissis pluribus abiire dispersi. quas anxie ferebat sollicitus Cæsar, q; trudente ipsa necessitate digressus periculis, cū paucis licet fortibus, populosis gentibus occurrere cogebatur. Iaq; Solis radiis rutilatibus, tubarũq; concinente clangore, pedestres copie lentis incessibus educuntur. earũq; lateri equestres coniunctæ sunt turmæ. inter quas cataphractarii erant, & sagittarii formidabile genus armatorum. Et cum à loco unde Romana promota sunt signa, adusq; uallum Barbaricum quarta leuca signabatur & decima, id est unũ & uiginti millia passuum, utilitati securitatiq; recte consulens Cæsar,

E iii

reuocatis præcursoribus iam ante egressis, indictaq; solitis uocibus quiete, cuneatim circumsistentes alloquitur genuina placiditate sermonis. Urget ratio salutis tuendæ communis, ut parcissime dicam, non iacentis animi Cæsarem uos hortari, & orare commilitones mei, ut adulta robustaq; uirtute confisi, cautiorem uiam potius eligamus ad toleranda uel ad depellenda quæ sperantur, quæ præproperam & ancipitem. Ut enim in periculis uirtutem impigram esse conuenit & audacem, ita cum res postulat regibilem, & consultâ. Quod igitur censeo (si arbitrium affuerit uestrum) iustaq; sustinet indignatio, paucis absoluiam. Iam dies in meridiem uergit, lassitudine nos in itinere fatigatos scrupulosi tramites excipient & obscuro, nox senescente luna nullis sideribus adiuuanda, terræ protinus æstu flagrantem nullis aquarum subsidiis fultâ, quas si dederit quisq; cõmode posse transire ruentibus hostium examinibus, post ocium cibiq; refectionem & potus, quid nos agimus? quin uigore, inedia, siti, laboreq; mēbris marcentibus occurramus usque? Ego quoniam negotiis difficillimis sæpe dispositione tempestiua prospexi, & statum nutantiũ rerum, recto consilio in bonam partem accepto, aliquoties diuina remedia repararunt. Hic quæso uallo fossaq; circumdati, diuisis uigiliis quiescamus. somnoq; & uictu congruis potiti pro tempore (pace dei sit dictum) triũphanturas aquilas & uexilla uictricia, primo lucis moueamus exordio. Nec finiri perpeffi quæ dicebantur, stridore dentium infrendentes, ardoremq; pugnandi, hastis illidendo scuta monstrantes, in hostem se duci iam conspicuũ exorabant. Quippe qui dei fauore, fiduciaq; sui, & fortunati rectoris exptis uirtutibus freti, atq; (ut exitus docuit) salutaris quidã Genius præsens ad dimicandũ eos, dũ adesse potuit, incitabat. Accessit huic alacritati plenus Celsæ Potestati assensus, maximeq; Florenti præfecti Prætorio, periculose quidem, sed ratione secunda pugnandũ esse consentientis, dum instarent Barbari conglobati, qui si deflexissent, motũ militis in seditiones natiuo calore propensioris ferri non posse aiebat extortã sibi uictoriã, ut putauit, non sine ultimorũ conatu grauius toleratur. Addiderat autē fiducia nostris consideratio gemina, recordantibus, q; anno nuper emenso Romanis per transrhenana spacia fusius uolitantibus, nec uisus est quisq; laris sui defensor, nec obuius stetit, sed concederantur dēnsa undiq; semitis clausis, sydere urente brumali ægre uixere Barbari longius amandati. q;que Imperatore terras eorum ingresso, nec resistere ausi, nec apparere, pacem impetrarunt suppliciter obsecrantes. Sed nullus mutatam rationem temporis aduertebat, q; tunc tripertito exitio premebantur. Imperatore urgente per Rhetias Cæsare proximo nusq; elabi permitte finitimis, quos hostes fecere discordiã, modo non occipitia conculcantibus. Hinc indeq; cinctorum. Postea uero pace data, discesserat Imperator. & sedata iurgiorum materia, uicinæ gentes iam concordabant, & turpissimus ducis Romani digressus ferociam natura conceptã auxit in maius. Alio itidem modo res est aggrauata Romana, ex negotio tali. Reges duo fratres uinculo pacis astricti, quã anno præterito impetrauerat à Constantio, nec tum

multuare

multuare nec commoueri sunt ausi. Sed paulo postea uno ex his Gundomardo, qui potior erat fideiq; firmioris, per insidias interempto, omnis eius populus cum nostris hostibus conspirauit, & confestim Vadomarii plebs subinde, ut assererat, agminibus bella cientiũ Barbarorũ sese coniunxit. Cunctis igitur summis infimisq; approbantibus tunc oportune cõgrediendũ, nec de rigore animorũ quicq; remittentibus, exclamauit subito signifer, Perge felicissime omniũ Cæsar quod te Fortuna p̄superior ducit, tandem per te uirtutem & consilia militaria sentimus. præuius, ut faustus antesignanus & fortis, experieris quid miles sub conspectu bellicosi ductoris, testisq; indiuidui generorũ (modo adsit Superũ numen) in rebus efficiet excitatis. His auditis, cum nullæ laxarentur induciæ, permotus exercitus prope collem aduenit molliter æditũ, opertum segetibus iam maturis, à superciliis Rheni haud longo intervallo distantem. E cuius summitate speculatores hostium tres equites exciti, subito nunciaturi Romanum exercitum aduentare, festinarunt ad sua. unus uero pedes, qui sequi non potuit, captus agilitate nostrorum, indicauit, per triduum & trinoctium flumen transisse Germanos. Quos cum iam propè densantes semet in cuneos nostrorum conspexere ductores, steterunt uestigiis fixis, antepilanis hastatisq; & ordinum primis ueluti insolubili muro fundatis, & pari cautela hostes steterunt cunctati. Cumq; ita, ut antedictus docuerat perfuga, equitatum omnem à dextero latere sibi uidissent oppositum, quicquid apud eos per equestres copias præpollebat, in lauo Cornu locauere confertum. Iisdemq; sparsim pedites miscuere discursatores & leues, profecto ratione tuta poscente. Norant enim, licet prudentem ex equo bellatorem cum clibanario nostro congressum, frena retinentem & scutũ, hastæ una manu uibratæ, tegminibus ferreis abscondito bellatori nocere non posse. Peditem uero inter ipsos discriminum uertices, cum nihil cauere solet præter id quod occurrit humiliter, occulte tentantem latere forato sumentem incautum rectorem præcipitem agere leui negotio trucidandum. Hoc itaque disposito, dexterum sui latus struxere clandestinis insidiis & obscuris. Ductabat autem populos omnes pugnaces & sauos Chonodomarius & Serapio potestate excelsiore ante alios Reges. Et Chonodomarius quidem nefarius belli totius incentor, cuius uertici fulmen horrebat, anteibat cornu sinistrum audax & fidus ingenti robore lacertorum. ubi ardor prælii sperabatur immanis, equo spumante sublimior, erectus in iaculum formidandæ uastitatis, armorumq; nitore conspicuus, antea strenuus & miles, & utilis præter cæteros ductor. Latus uero dextrum Serapio agebat etiam tum adultæ lanuginis iuuenis, efficacia præcurrens ætatem, Mederici fratris Chonodomarii filius, hominis quoad uixerat perfidissimi. ideo sic appellatus, quod pater eius diu obsidatus pignore tentus in Galliis, doctusq; græca quædam arcana, hunc filium suum Agenarichum genitili uocabulo dictitatum, ad Serapionis transtulit nomen. Hos sequebantur potestate proximi Reges numero quinque, Regalesq; decem, & Optimatum series magna, armatorũq;

E iiii

millia triginta & quinque ex uariis nationibus, partim mercede, partim pacto uicissitudinis reddendæ, quæ sita. Iamq; toruum concrepantibus tubis, Sæuerus dux Romanorum aciem dirigens læuam, cum prope fossas armatorum refertas uenisset, unde dispositum erat ut abditis repente exorti cuncta turbarent, stetit impavidus, suspectiorq; de obscuris, nec referre gradû, nec ulterius ire tentauit. Quo uiso, animosus contra labores maximos Cæsar, ducentis equitibus septus, ut ardor negotii flagitabat, agmina peditum impetu ueloci discurrerent, uerbis hortabatur. Et cû alloqui pariter omnes, nec longitudo spatiorum extenta, nec in unû coactæ multitudinis pmitteret crebritas (& alioqui uitabat grauioris inuidiæ pondus, ne uideretur id affectasse, quod sibi soli deberi Augustus existimabat) cautior sui hostiû tela præteruolans, his & similibus notos pariter & ignotos ad faciendû fortiter accendebat, Aduenit ò socii iustû pugnandi iam tempus, olim exoptatû mihi uobiscû, quod antehac arcessentes arma inquietis motibus poscebat. Is itê cû ad alios postsignanos, in acie locatos extrema, uenisset, En, inquit, cõmilitones diu speratus præsto est dies, cõpellens nos omnes elutis pristinis maculis Romanæ maiestatis reddere propriû decus. Hi sunt Barbari, quos rabies & immodicus furor ad perniciem rerû suarum coëgit occurrere, nostris uiribus opprimendos. Alios item, bellandi usu diutino callentes, aptius ordinans, his exhortationibus adiuuabat, Exurgamus uiri fortes, propellamus fortitudine congrua, illisa nostris partibus probra, quæ contèplans, Cæsar's nomen cunctando suscepi. Quoscûq; aut pugnæ signum inconsulte poscentes, rupturosq; imperiû irrequietis motibus præuideret, Quæso, inquit, ne hostes uertendos in fugâ sequentes audius, futuræ uictoriæ gloriâ uioletis, neu quis ante necessitatem ultimâ cedat. Nam fugituros proculdubio deserâ, hostiû terga cæsuris adero indiscretus, si hoc pensatione moderata fiat & cauta. Hæc aliaq; in eundem modû sæpius replicando, maiorem exercitus partem primæ Barbarorum opposuit fronti, & subito Alamannorum peditû fremitus indignationi mixtus auditus est, unanimi conspiratione uociferantiû, relictis equis secû oportere uersari Regales, ne si quid contigisset aduersum, deserta miserabili plebe, facilem discedendi copiam reperirent. Hoc cõperto, Chonodomarius iumento actutum desiluit, & secuti eum residui idem facere nihil morati, nec enim eorum quisq; ambigebat, partem suam fore uictricem. Dato igitur æneatorum occentu solènter signo ad pugnandum, utrinque magnis concursum est uiribus, præpilabantur missilia, & promentes scuta q̄ considerato cursu Germani, telaq; dextris explicantes, inuoluere nostrorum equitum turmas frendentes immania, eorumq; ultra solitum sæuientium comæ fluentes horrebant, & elucebat ex oculis quidam furor. Quos contra pertinax miles scutorum obicibus uertices tegens, eiectansq; gladios, uel tela concrispans mortem minantia perterrebat. Cûq; in ipso præliorum articulo eques se fortiter conturmaret, & muniret latera sua firmius pedes frontem artissimis conferens parmis, erigebantur crassi pulueris nubes, uariiq; fuere discursus, nunc resistentibus, nunc cedentibus nostris,

& obnixa

& obnixa genibus quidam Barbari peritissimi bellatores hostem repellere laborabant, sed destinatione nimia dexteræ dexteris miscebantur, & umbo trudebat umbonem, Cælumq; exultantium eadentiumq; resonabat uocibus magnis. & cum Cornu Sinistrum altius gradiens, urgentium tot agmina Germanorum uim nimia propulisset, iretq; in Barbaros fremens, equites nostri Cornu tenentes Dextrum, præter spem inconditæ discesserunt. Dumq; primi fugientium postremos impediunt, gremio legionum protecti, fixerunt integrato prælio gradum. Hoc autem exinde acciderat, q; dum ordinum restituitur series, Cataphracti equites uiso rectore suo leuiter uulnerato, & con sorte quodam per ceruicem equi labentis pondere armorum oppressi, dilapsi qua quisque poterat, peditesq; calcando cuncta turbassent, ni conferti illi sibiq; uicissim innixi stetissent immobiles. Igitur cum equites, nihil præter fugæ circûspectantes præsidia, uidisset longius Cæsar, concito equo eos uelut repagulum quoddam cohibuit. Quo agnito, purpureum signum Draconis summitati hastæ longioris apratum, uelut senectutis pandentis exuuias, stetit unius turmæ tribunus, & pallore timoreq; perculsus, ad aciem integrandâ recurrit. Utq; in rebus amat fieri dubiis, eosdè lenius increpans Cæsar, Quo, inquit, cedimus uiri fortissimi? an ignoratis fugam, quæ salutem nunq; reperit, irriti conatus stultitiam indicare? Redeamus ad nostros, saltem gloriæ futuri participes, si eos pro Reip. dimicantes non relinquimus inconsulte. Hæc reuerenter dicendo, reduxit omnes ad munia subeunda bellandi, imitatus ueterem Syllam. Qui contra Archelaum Mithridatis ducem educta acie, prælio fatigabatur ardenti, relictus à militibus cunctis, cucurrit in ordinem primum, raptosq; & coniecto uexillo in partem hostilem, Ite, dixerat, socii periculorum electi, & scitatis ubi relictus sim Imperator, respondete nihil fallentes, solus in Bœotia pro omnibus nobis cû dispendio sanguinis sui decernēs. Proinde Alamanni pulsus disiectisq; equitibus nostris, primâ aciem peditum inceserunt, eam abiecta resistendi animositate pulsuri. & postq; cominus uentum est, pugnabatur paribus diu momentis. Cornuti enim & Brachati, usu præliorum diuturno firmati, eos iam gestu terrentes barritum ciere uel maximum. qui clamor ipso feruore certaminum à tenui susurro exoriens, paulatimq; adolescens, ritu extollitur fluctuû cautibus illisorum, iaculorum deinde stridentium crebritate hinc indeq; conuolante, puluis æquali motu assurgens, & prospectû eripiens, arma armis, corporaq; corporibus obtrudebant. Sed uiolentia iraq; incõpositi Barbari in modum exarsere flammarum, nexaq; scutorum compagem, quæ nostros in modum testudinis tuebatur, scindebât ictibus gladiorum assiduis. Quo cognito, opitulatû conturmaliibus suis celeri cursu Bataui uenere cû regibus formidabilis manus, extremæ necessitatis articulo circûuentos, si iuuisset Fors, eraptura, toruûq; canëtib; classicis, adultis uiribus certabatur. Verû Alamanni bellû acriter inuēntes, alius anhelabât, uelut quodâ furoris affectu opposita omnia deleturi. Spicula tamen uerutaq; missilia nō cessabant, ferrataq; arundines fundebantur.

quanq; enim

quanq̄ enim cominus mucro feriebat contra mucronem, & lorice gladiis fin-
 debantur, & uulnerati nondum effuso cruore ad audendum conlurgebant.
 Pares enim quodammodo coiere cum paribus. Alamanni robusti & celsiores,
 milites usu nimio dociles. illi feri & turbidi, hi quieti & cauti, animis isti fiden-
 tes, grandissimis illi corporibus freti. Resurgebat tamen aliquoties armorum
 pondere pulsus loco Romanus, lassatis atque impressis genibus leuam refle-
 ctens poplitem, barbarus subsidebat hostem ultro lacessens, quod indicium
 est obstinationis extremæ. Exiliuit itaque subito ardens optimatum globus
 (inter quos decernebant & Reges) & sequente uulgo ante alios agmina no-
 strorum irrupit, & iter sibi aperiendo adusque Primariorum Legionem per-
 uenit locatam, in medioq; confirmatio castra prætoria, dicitator ubi den-
 sior, & ordinibus frequens miles, instar turrium fixa firmitate consistens, præ-
 lium maiore spiritu repetiuit. & uulneribus declinandis intentus, seq; in mo-
 dum mirmillonis operiens hostium latera, quæ nudabat ira flagrantior, distri-
 ctis gladiis perforabat. At illi, prodere uitam pro uictoria contendentes, ten-
 tabant agminis nostri laxare compagem, sed continuata serie peremptorum,
 quos Romanus iam fidentior strauit, succedebant Barbari superstites inter-
 fectis, auditq; occumbentium gemitu crebro, pauore perfusi torpebant.
 Fessi denique tot erumnis, & ad solam deinceps strenui fugam, per diuersos
 tramites tota celeritate aggredi festinabant, ut è mediis sequentis pelagi flucti-
 bus quocūq; auerit uentus, deiici nautici properant uectores, quod
 magis q̄ spei fuisse fatebitur quilibet. tunc præfens aderat propiciati numinis
 arbitrium clemens & secans terga cædētium miles, cum interdum flexis ensi-
 bus ferendi non suppeterent instrumenta, ipsis Barbaris tela eorum uitali-
 bus immergebat, nec quisq; uulnerantium sanguine iram expleuit, nec satia-
 uit cæde multiplici dexteram, uel miseratus supplicantem abcessit. Iacebant
 itaq; plurimi transfixi letaliter, remedia mortis compendio postulant. alii
 femineces labente iam spiritu lucis usuram oculis morientibus inquirebant.
 quorundam capita discissa trabalibus telis, & pendentia iugulis cohærebant.
 pars lutosum & lubricum solum sociorum cruore lapsi, intectis ferro corpo-
 ribus, acerbis superruentium obruti necabantur. Quæ ubi satis euenere pro-
 sperime, ualidius instante uictore, acumina densis ictibus hebescebāt, splen-
 dentesq; galeæ sub pedibus uoluebantur & scuta. Ultimo deniq; trudente
 discrimine Barbari, cum elati cadauerum aggeres exitus impedirent, ad sub-
 sidia fluminis petiuere, quæ sola restabant. eorum terga iam perstringentes,
 & qua cursu sub armis concito fugientes, miles indefessus urgebat. Quidam
 nandi peritia eximi se posse discriminibus arbitrati, animas fluctibus cōmi-
 serunt. Qua causa celeri corde futura præuidens Cæsar, cum Tribunis, & du-
 cibus, clamore obiurgatorio prohibebat, ne hostem auidius sequens nostro-
 rum quisq; segurgitibus committeret uerticosis. Vnde id obseruatum est, ut
 marginibus insistentes confoderent telorum uarietate Germanos. quorum
 si quem morti uelocitas subtraxisset, icti corporis pondere ad ima fluminis
 subsidebat.

subsidebat, & uelut in quodam theatriali spectaculo auleis miranda monstnan-
 tibus, multa licebat iam sine metu uidere. nandi strenuis quosdam nescios ad-
 herere. fluitates alios cū expeditionibus linqueretur, ut stipites euoluti luctate
 amnis uiolētia uocari. quosdā fluctibus inuolutos. nonnullos clypeis uectos,
 præruptas undarū occurstantiū moles obliquatis meatibus declinantes, ad ri-
 pas posteriores post multa discrimina peruenire. Spumans denique cruore bar-
 barico decolor alucus insueta stupebat augmenta. Dum hac Rex Chonodo-
 marius reperta copia discedendi, lapsus per funes strues cū satellitibus paucis
 celeritate rapida properabat ad castra, quæ propè Tribuncos & Concordiam,
 munimenta Romana, fixit intrepidus, ut accensis nauigiis dudū paratis ad
 casus ancipites in secretis secessibus emendaret. et quia non nisi Rheno tran-
 sito ad tentoria sua poterat peruenire, uultū ne agnosceretur operiens, sensim
 retulit pedem. Cūq; propinquaret iam ripis, lacunā palustribus aquis inter-
 fusam circūgrediens, ut transiret, calcata mollitiæ glutinosa, equo est euolu-
 tus. & confestim, licet obeso corpore grauior, ad subsidiū uicini collis euasit.
 Quem agnitū (nec em̄ potuit celari, qui fuerat fortunæ prioris magnitudine
 proditus) statim anhelato cursu cohors cum tribuno secuta armis circūdatum
 aggerem nemorosum cautius subsidebat, perumpere uerita, ne fraude latēti
 inter ramorū tenebras exciperetur occultas. Quibus uisis compulsus ad ulti-
 mos metus, ultro se dedit, solus egressus. Comitesq; eius ducenti numero, &
 tres amici iunctissimi, flagitiū arbitrati post Regem uiuere, uel pro Rege non
 mori, si ita tulerit casus, tradidere uinciendos. Vtq; natiuo more sunt Barbari
 humiles in aduersis, disparesq; in secundis, seruus alienæ uoluntatis traheba-
 tur pallore confusus, claudente noxarū conscientia linguā, immensum quan-
 tum ab eo differens, qui posteros lugubresq; terrores cineribus Galliarum
 insultans, multa minabatur & sæua. Quibus ita fauore superni numinis ter-
 minatis, post exactum iam diem occinente liticine, reuocatus inuictissimus
 miles prope supercilia Rheni tendebat. scutorumq; ordine multiplicato ual-
 latus, uictu fruebatur & somno. Ceciderunt autem in hac pugna Romani
 quidem CCXLIII. Rectores uero quatuor, Bainobaudes Cornutorum
 tribunus, Adæquelaiso, & Innocentius Cataphractarios ducens, & ua-
 cans quidem tribunus, cuius non suppetit nomen. ex Alamannis uero sex,
 ex aliis millia corporum sunt inuenta in campo constrata, &
 inestimabiles mortuorum acerui per undas fluminis ferebantur. Tunc Iulia-
 nus, ut erat fortuna suis spectatior, meritisq; magis q̄ imperio potens, Augu-
 stus acclamatione concordie totius exercitus appellatus, ut agentes petulan-
 tius milites increpabat. id se nec sperare, nec adipisci uelle iurando confir-
 mans, nec ut augeter euentus secundos læticia cōciliabili cōtendebat. Chono-
 domarium iussit offerri. qui primo curuatus, deinde humi suppliciter fusus,
 gentiliq; pace ueniā poscens, bono animo esse est iussus. Et diebus postea pau-
 cis ductus ad Comitatum Imperatoris, missusq; exinde Romam, in Ca-
 stris Peregrinis, quæ in monte sunt Cælio, morbo ueterni consumptus est.

His tot ac

His tot ac talibus prospero peractis euentu, in palatio Constantii quidam Iulianum culpantes, ut princeps ipse delectaretur uictoria sine uictore, non ideo nominabant, quod uerecunde referens quoties imperaret, superatos indicabat sæpe Germanos. Inter quæ exaggerationem inanum laudum, obtestationemq; aperte lucentium inflabant ex usu, Imperatorem suopte ingenio nimium, quicquid per omnem terræ ambitum agebatur felicibus eius auspiciis assignantes, prosperaq; fortuna. Quocirca magniloquentia elatus adulatorum, tunc & deinde edictis propositis arroganter satis multa mentiebatur, se solum (cum gestis non affuisset) & dimicasse, & uicisse, & supplices Reges gentium erexisse, aliquoties scribens. & si, uerbi gratia, eo agente tunc in Italia dux quidam egisset fortiter contra Persas, nulla eius mentione per textum longissimum facta, laureatas literas ad prouinciarum signa mittebat, se inter primores uersatum cum odiosa sui iactatione significans. Extant denique eius edicta in tabulariis principis publicis condigne scriptis, memoria delata narrandi, extollendiq; semet in cælum. ab Argentorato cum pugnaretur mansione quadragesima disparatus, describens prælium, aciem ordinasse, & stetisse inter signiferos, & Barbaros fugasse præcipites, sibiq; oblatum falso indicat Chonodomarium, proh rerum indignitas, super Iuliani gloriosis actibus conticescens. quos sepelierat penitus, ni Fama res maximas, uel obumbrantibus plurimis, filere nesciret.

AMMIANI . MAR
CELLINI
RERVM . GESTARVM
LIBER . DECIMVS
SEPTIMVS



ANC rerum quis uarietatem iam digessimus, ita conclusam iuuet artius, Rheno post argentoratensem pugnam ociose fluente, securus, sollicitusq; ne dire uolucres consumerent corpora peremptorum, sine discretionem cunctos humari mandauit. Absolutisq; Legatis, quos ante certamen superba quædam portasse prædiximus, ad Tres Tabernas reuertit. Vnde cum captiuis omnibus prædam, Mediomaticos seruandam adreditum usque suum, duci præcepit. & petiturus ipse Mogontiacum, ut ponte compacto transgressus in suis requireret Barbaros, cum

ros, cum nullum reliquisset, & in nostris refragante uetabatur exercitu. uerum facundia iucunditateq; sermonū allectum, in uoluntatem traduxerat suam. Amor enim, post documenta flagrantior, sequi libenter hortatus est omnis operæ conturmalem, auctoritate magnificum ducem, plus laboris indicare sibi q̄ militi (sicut perspicue contigit) assuctū. Mox ut ad locum prædictum est uentū, flumine pontibus contratis transmissis, occupauere terras hostiles. At Barbari præstricti negotii magnitudine, qui se in tranquillo positos socios, tunc parū inquietari posse sperabant, aliorū exitio quid fortunis suis immineret anxie cogitantes, simulata pacis petitione, ut primæ uertiginis impetum declinarent, miserunt Legatos cum uerbis compositis, quæ denunciant concordem fœderum firmitatem. incertūq; quo consilio stat institutos, mutata uoluntate per alios, cursu celeri uenire compulsos, acerrimum nostris minati sunt bellum, ni eorum regionibus excessissent. Quibus clara fide cōpertis, Cæsar prima noctis quiete nauigiis modicis & uelocibus octingentos imposuit milites. eorum uiginti fursum uersum decursi egressiq; quicquid inuenire potuerunt ferro uiolarunt & flāmis. Quo ita disposito, Solis primo exortu, uisis per montium uertices Barbaris, ad celsiora ducebatur alacrior miles. nemineq; inuento (hoc siquidem opinati discessere cōfestim) eminus ingentia fumi uolumina uisebantur, indicantia nostros perruptas populari terras hostiles. Quæ res Germanorum perculit animos. atque desertis insidiis, quas per arcta loca & latebroso struxerant nostris, trans Menum nomine fluuium ad opitulandum suis necessitudinibus auolarunt. Ut enim rebus amat fieri dubiis & turbatis, hinc equitum nostrorum accursu, inde nauigiis uectorum militum impetu repentino perterrefacti, euadendi subsidium uelox locorum inuenere prudentes. Quorum digressu miles libere gradiens, opulentas pecore uillas & frugibus rapiebat, nulli parcendo. Extractisq; captiuis, domicilia cuncta curatius ritu Romano constructa, flammis subditis exurebat. Emensiq; æstimatione decimi lapidis, cum prope syluam uenisset squalore tenebrarum horrendam, stetit diu cunctando, indicio perfuge edoctus per subterranea quædam occulta, fossasq; multifidas latere plurimos, ubi habile uisum fuerit erupturos. Ausi tamen omnes accedere fidentissime, ilicibus incisis & fraxinis, roboreq; abiecto magno, semitas inuenire constratas. Ideoq; gradientes cautius retro non nisi per anfractus longos & asperos ultra progredi posse, uix indignationem capientibus animis, aduertebant. Et quoniam aeris urente sæuitia, cum discriminibus ultimis laborabat incassum (Æquinoctio quippe Autumnali exacto per eos tractus superfusæ niues oppleuere montes simul & campos) opus arreptum est memorabile. et dum nullus obsisteret, Monumentum, quod in Alamannorū solo conditum Traianus suo nomine uoluit appellari, dudum uiolentius oppugnatum, tumultuario studio reparatum est. Locatisq; ibi pro tempore defensoribus ex Barbarorum uisceribus alimenta congesta sunt. Quæ illi maturata ad suam perniciem contemplantes, metuq; rei peractæ uoluerit con-

gregati, precibus & humilitate suprema petiere missis Oratoribus pacem. Quam cæsar omni consiliorum uia firmatam causatus uerisimilia plurima per decem mensium tribuit interuallum. Id nimirum solerti colligens mente, q̄ castra supraq̄ aptari potuit occupata sine obstaculo, tormentis muralibus & apparatu deberent ualido communiri. Hac fiducia tres immanissimi Reges uenerunt, tandem aliquando iam trepidi ex his, qui misere uictis apud Argentoratum auxilia, iurantes conceptis ritu patrio uerbis, linquentiū acturos se fœdera ad præstitutū usque diem, quia id nostris placuerat cum munimento seruatuos intacto, frugesq̄ portatuos humeris, si defuisset, si decuerit defensores, quod utriūque metu perfidiam frenante fecerunt. Hoc memorabile bello, comparando quidem Punicis & Teutonicis, sed dispendio rei Romanæ pacto leuissimis, ut faustus Cæsar exultabat & felix. Crediq̄ obtrectatoribus potuit, ideo fortiter eum ubique fecisse fingentibus, q̄ oppetere dimicando gloriose magis optabat, q̄ damnatorum Forte (sicut sperabant) ut frater Gallus, occidi, ni pari proposito, post excessum quoq̄ Constantii, actibus mirandis inclaruisset. Quibus ut in tali re compositis firmiter, ad sedes reuertens hybernas, sudorū reliquias repperit tales. Remos Seuerus Magister equitum per Agrippinam petens & Iuliacum, Francorum ualidissimos cuneos sexcentis uelutibus, ut postea claruit, uacua præsiidiis loca uastantes, offendit. hac oportunitate in scelus audaciam erigente, q̄ Cæsare in Alamanorum secessibus occupato, nullosq̄ uetante, expleri se posse prædæ opimitate sunt arbitrati. Sed metu iam reuersi exercitus, munimentis duobus, quæ olim exinanita sunt occupatis, se quoad fieri poterat, tuebantur. Hac Iulianus rei nouitate percussus, & coniciens quorsum erumperet, si iisdem transisset intactis, retento milite circūuallare disposuit Castellum oppidū, quod Mosā fluuius præterlambit. Et adusque quartum & quingessimū diem, Decembri scilicet & Ianuario mense, obsidionales tractæ sunt moræ, destinatis Barbarorum animis incredibili pertinacia reluctatis. Tunc pertimescens solertissimus Cæsar, ne obseruata nocte illuni, Barbari gelu uinctum amnem peruaderent, quotidie à Sole in uesperam flexo adusque lucis principium lursoriis nauibus discurrere flumen ultro citroq̄ milites ordinauit, ut crustis pruinarum diffractis, nullus ad erumpendi copiam facile perueniret. Hocq̄ commentato, inedia & uigiliis & desperatione postrema lassati, sponte se propria dederunt. statimq̄ ad Comitatum Augusti sunt missi aliquot eximendo periculo. Multitudo Francorum egressa, cum captos comperisset & asportatos, nihil amplius ausa, repedauit ad sua. Hisq̄ perfectis acturus hyemem reuertit Parisios Cæsar. Quia igitur plurimæ gentes ui maiore collaturæ capita sperabantur, dolum bellorum coniectans sobrius rector, magnis curarum molibus stringebatur. Dumq̄ per inducias, licet negociosas & breues, erumnosis possessorū dānis mederi posse credebat, tributū rationia dispensauit. Cūq̄ Florentius præfectus Prætorio cuncta p̄mensus, ut contendebat, quicquid in captatione deesset ex conquisitis se supplere firmaret,

Et talium

Et talium gnarus, animam prius amittere, q̄ hoc finire fieri memorabat. No rat enim huiusmodi prouisionum, immo euerisionum, ut uerius dixerim, insanabilia uulnera sæpe ad ultimam egestatem prouincias contraxisse. Quæ res, ut docebitur postea, penitus euertit Illyricum. Ob quæ præfecto prætorio fieri non posse clamante, se repente factum infidum, cui Augustus summam commiserit rerum, Iulianus cum sedatus leniens scrupulose computando & uere, docuit non sufficere solum, uerumetiam exuberare captationes calculum ad cōmeatum necessarios apparatus. Nihilominus tñ diu postea Indictionale augmentum oblatum sibi, nec recitare nec subnotare perpessus, humi proiecit. literisq̄ Augusti monitus, ex relatione præfecti, non agere ita perplexæ, ut uideretur parum Florentio credi, rescriptis, Gratandum esse, si prouincialis hincinde uastatus, saltem solēnia præbeat nedum incrementa, quæ nulla egenis supplicia possent hominibus extorquere. factum est tunc & deinde unius animi firmitate, ut præter solita nemo Gallis quicq̄ exprimere conaretur Camelasii nomine inique inusitato exemplo id petendo, Cæsar impetrauerat à præfecto, ut Secundæ Belgicæ multiformibus malis oppressæ dispositio sibi committeretur. ea uidelicet lege, ut nec præfectianus, nec præfidialis apparitor ad soluendum quenq̄ urgeret. Quo leuati solatio cuncti, quos in curam æs alienum separat suam, nec interpellati ante præstitum tempus debita contulerunt. Inter hæc recreandarum exordia Galliarum, administrante secundam adhuc Orphito præfecturam, obeliscus Romæ in Circo erectus est Maximo. Super quo nūc, quia tempestiuum est, pauca discurrem. Urbem prisca seculis conditam, ambitiosa mœnium strue, & portarum centum quondam aditibus celebrem, Hecatompilos Thebas institutores exacto cognominarunt. cuius uocabulo prouincia nunc usque Thebas appellatur. Hanc inter exordia pandentis se late Carthaginis ex improviso occursum duces oppressere Pœnorum. posteaq̄ reparatam Persarum Rex ille Cambyses, quoad uiixerat alieni cupidus & immanis, Ægypto perrupta aggressus est, ut opes exinde raperet inuidendas, ne deorum quidem donariis parcens. Qui dum inter prædatores turbulenter concursat, laxitate præpeditus indumentorum, concidit pronus, ac suomet pugione, quem aptatum scemori dextro gestabat, subita ui ruinæ nudato uulneratus penè letaliter interisset. Longe autem postea Cornelius Gallus, Octauiano res tenente Romanus Ægypti procurator, exhausit ciuitatem plurimis interceptis. reuersusq̄ cum furtorum arcesseretur & depopulatæ prouinciae, metu nobilitatis acriter indignatæ, cui negocium spectandum dederat Imperator, stricto incubuit ferro. Is est, si recte existimo, Gallus poëta, quem flens quodāmodo in postrema Bucolicorum parte Virgilius carmine leni decantat. Inter hæc in hac urbe inter labra ingentia, diuersasq̄ moles, figmenta Ægyptiorum numinum exprimentes Obeliscos uidimus plures, aliosq̄ iacentes & comminutos. quos antiqui Reges bello domitis gentibus, aut prosperitatibus summarū rerum elati, montium uenis uel apud extremos Orbis incolas perscrutatis excisos

F ii

erectosq; Diis Superis in religione dicarunt. Est autem obeliscus asperrimus lapis in figuram metæ cuiusdam, sensim ad proceritatem confurgens excelsum, utq; radium imitetur gracilescens paulisper, specie quadrata in uerticem productus angustum, manu leuigatus artificii. Formarum aut innumeras notas Hieroglyphicas appellatas, quas ei undique uidemus incisas, initialis sapientiæ uetus insigniuit auctoritas. Volucrum enim ferarumq; etiam alieni mundi, genera multa sculpendes, ad æui quoq; sequentis ætates Imperatorum uulgatius peruenire memoria, promissa uel soluta Regum uota monstrabant. Non enim, ut nunc literarum numerus præstitutus & facilis exprimit quicquid humana mens concipere potest, ita prisca quoque scriptitarunt Ægyptii, sed singulæ literæ singulis nominibus seruebant & uerbis, non nunq; significabant integros sensus. Cuius rei scientia, in his inferam duobus exemplum, per uulturem, Naturæ uocabulum pandunt, quia mares nullos posse inter has alites inueniri rationes memorant physicæ, perq; speciem apis mella conficientis indicant Regem moderari cum iucunditate, Aculeos quoq; innasce debere his significant ostendentes, & similia plurima. Et quia sufflantes adultores ex more Constantium, id sine modo strepebant, q; cum Octavianus Augustus obeliscos duos ab Heliopolitana ciuitate translulisset Ægyptia (quorum unus in Circo Maximo, alter in Campo locatus est Martio) hunc recens aduectum difficultate magnitudinis territus, nec contrectare ausus est, nec mouere. Discant qui ignorât, ueterem principem translatis aliquibus hunc intactum ideo præterisse, quod deo Soli speciali munere dedicatus, fixusq; intra ambitiosi templi delubra, quæ contingi non poterant, tanq; apex omnium eminebat. Verum Constantinus id parui ducens, auulsam hanc molem sedibus suis, nihilq; committere in religionem recte existimans, si ablatum uno templo miraculum Romæ sacraret, id est in templo Mundi totius, iacere diu perpeffus est, dum translationi pararentur utilia. Quo conuecto per alueum Nili proiectoque Alexandriae nauis amplitudinis ante hac inuisitatae ædificata est sub trecentis remigibus agitata. Quibus ita prouisis, digressoque uita principe memorato, ugens effectus intepuit, tandemq; sero impositus nauis per maria fluentaq; Ibridis uelut pauentis, ne quod penè ignotus miserat Nilus, ipse parum suo meatu sine discrimine mœnibus alumnis inferret, defertur in Vicum Alexandri, tertio lapide ab Vrbe seiunctum, unde carrucis impositus tractusq; lenius per Ostiensem portam, Piscinamq; Publicam Circo illatus est Maximo. Sola post hæc restabat erectio. quæ uix, aut ne uix quidem sperabatur posse compleri, id est absque periculo. Altis trabibus, ut machinarum cerneres nemus, innectuntur uasti funes & longi, ad speciem multiplicium liciorum cælum densitate nimia subtexentes, quibus colligatus mons ipse effigiatus scriptilibus elementis, paulatimq; id per arduum inane protentus, diuq; pen filis, hominum millibus multis tanquam molendarias rotantibus metas, cauea locatus in media, æque sphaera superponitur ænea, aureis laminis nitens.

Qua confestim

Qua confestim ui ignis diuini contacta. ideoq; sublata facis imitamentum in figura æreum, itidem auro imbracteatum uelut abundanti flamma cauentis. Sequutaq; ætates alios transfulerunt, quorum unus in Vaticano, alter in Hortis Sallustii, duo in Augusti Monumento erecti sunt. Qui autem notarum textus obelisco incisus est ueteri, quem uidemus in Circo, Hermapi-
onis librum sequuti interpretatum literis subiecimus Græcis: ΑΡΧΗΝΑΤΙΟ
ΤΟΥΝΟΠΟΥΔΙ ΕΡΜΗΝΕΜΕΝΑ ΕΧΕΙ ΣΤΕΧΟΣΤΙΡΡΟΤΟ ΣΤΑΔΕΣΤΕΤΝΑΙΟΣ
ΒΑΣΙΑΤΡΑΝΑΕΣ ΤΗΔΕ ΑΩΡΗΜΕΑΣΟΙΝΑΣΟΝΟΝΣΟ

& reliqua,
Datiano & Cereali consulibus, cum uniuersa per Gallias studio cautiore dis-
ponerentur, formidoq; præteritorum barbaricos hebetaret excusis, Rex

Perfarum in confiniis agens adhuc gentium extimarum, iamq; cum Chionitis & Halanis omnium acerrimis bellatoribus, pignore icto societatis, rediturus ad sua, Tanfaporis scripta suscepit, pacem romanum principem nunciantis poscere præcatuam. Ideoq; non nisi firmato imperii robore tentari talia suspicatus, latius semet ostentans pacis amplectitur nomen, & conditiones proposuit graues. missoq; cum muneribus Narseo quodam Legato, literas ad Constantium dedit, nusq; à genuino fastu declinans. Quarum hunc fuisse accepimus sensum. Rex regum Sapor, particeps siderum, frater Solis & Lunæ, Constantio Cæsari fratri meo salutem plurimam dico. Gaudeo quod tandem mihi placet ad optimam te uiam reuertisse, & incorruptum æquitatis agnouisse suffragium, rebus ipsis expertum pertinax alieni cupiditas quas aliquoties ædiderit strages. Quia igitur ueritatis oratio soluta esse debet & libera, & celsiores fortunas idem loqui decet atque sentire, propositum meum in pauca conferam, reminiscens hæc quæ dicturus sum, me sæpius replicasse. Adusque Strymona flumen, & Macedonicos fines tenuisse Maiores meos, antiquitates quoque uestræ testantur. Hæc me conuenit flagitare, ne sit arrogans, quod affirmo splendore uirtutum, qui insigni serie uetustis Regibus antestans elucescit. Sed ubique mihi cordi est recordatio, cui coalitus ab adolescentia prima, nihil unq; pœnitendum admisi. Ideoq; Armeniam recuperare cum Mesopotamia debeo, auo meo composita fraude præreptam. Illud apud nos nunq; inacceptum frætus qd' asseritis uos exultantes, nullo discrimine uirtutis ac doli, prosperos omnes laudari debere bellorum euentus. Postremo, si morem gerere suadenti uolueris recte, contemne partem exiguam semper luctificam & cruentam, ut cætera regas securus. ac prudenter reputans, medelarum quoque artifices urere nonnunq; & secare, & partes corporum amputare, ut reliquis uti liceat integris. hocq; bestias factitare, quæ cum aduertant cur maximo opere capiuntur, illud propria sponte amittant, ut uiuere deinde possint impauide. Id sanè pronuntio, qd' si hæc mea legatio redierit irrita, post tempus hyemalis quietis exemptum, uiribus totis accinctus, fortuna conditionumq; ætate, æquitate spem successus secundi fundante uenire, quoad ratio siuerit, festinabo. His literis diu libratis, recto pectore (qd' dicitur) consyderateq; responsum est hoc modo. Victor terra mariq; Constantius semper augustus fratri meo Saporis Regi salutem plurimam dico. Sospitati quidem tuæ gratulor, ut futurus (si uelis) amicus. Cupiditatem uero, semper inflexam fufiusq; uagantem, uehementer infimulo. Mesopotamiam poscis ut tuam, perindeq; Armeniam. & suades integro corpore adimere mēbra quædam, ut eius salus deinde locetur in solido. qd' infundendum est potius q̄ ulla consensione firmandum. Accipe igitur ueritatem, non oblectam præstigiis, sed perspicuam, nullisq; minis inanibus perterrendam. Præfectus Prætorio meus, opinatus aggredi negocium publicæ utilitati conducens, cum duce tuo per quosdam ignobiles, me inconsulto, sermones conseruit super pace. Non refu-

tamus hanc,

tamus hanc, nec repellimus, adsit modo cum decore & honestate, nihil pudori nostro præreptura uel maiestati. Est enim absconum & inuidens, cum gestarum rerum ordine non placatæ sint aures, quas inuidiæ nobis multipliciter incluserunt, cum deletis tyrannis totus Orbis Romanus nobis obtemperet, ea prodere, quæ contra si in Orientales angustias diu seruiamus illibata. Cessent autem quæso formidines, quæ nobis intentantur ex more. cum ambigi nequeat, non inertia nos, sed modestia pugnas interdum excepisse potiusq; intulisse, & nostra quoties laceessimur fortissimo beneuolentiæ spiritu defensare. id experiendo legendoq; scientes, in præliis quibusdam raro rem titubasse Romanam, in summa uero bellorum nunq; ad deteriore prolapsam. Hanc legationem nullo impetratore missam (nec em̄ effrenatæ Regis cupiditati responderi amplius quicq; potuit) post paucissimos dies secutus est Prosper Comes, & Spectatus tribunus & notarius, itemq; Eustathius Musoniano suggerente philosophus ut opifex suadendi, Imperatoris scripta perferentes & munera. enisuri apparatus interim Saporis arte quadam suspendere, ut supra humanū modum prouinciæ munirentur Arctoæ. Inter quæ ita ambigua, et Thiutungi Alamannorum pars Italicis conterminans tractibus, obliti pacis & fœderum, quæ adepti sunt obsecrando, Rhetias turbulente uastabant, adeo ut etiam oppidorum tentarent obsidia præter solitum. Ad quos repellendos cum ualida manu missus Barbatio in locum Siluani, peditum promotus magister, ignauus, sed uerbis effusior, alacritate militum uehementer erecta, prostrauit acerrime multos, ita ut exigua portio, quæ periculi metu ædedit fugam, ægre dilapsa res suas non sine lachrymis reuiferet & lamentis. Huic pugne Neuitta, postea consul, equestris præpositus turmæ, & affuisse & fortiter fecisse firmatur. Iisdem diebus terræ motus horrendi per Macedoniam, Asiamq;, & Pontum assiduis pulsibus oppida multa concusserunt & montes. Inter monumenta tamen multiforium crumnarum eminere Nicomediæ clades, Bithyniæ urbium matris. Cuius ruinarum euentum uere breuiterq; absoluam. Primo lucis exortu, diem nonum Cal. septembrium, concreti nubium globi nigrantium, lætam pauloante cæli speciem confuderunt, & amandato Solis splendore, nec contigua uel apposita cernebantur. ita oculorum obtutu præstricto, humo inuolutus crassæ caliginis squalor insedit. Dein, uelut numine summo fatales contorquente manubias uentosq; ab ipsis excitante cardinibus, magnitudo furentiū incubuit procellarum. Cuius impetu pulforum auditus est montium gemitus, & elisi litoris fragor. Hæc q; secuti Typhones, atque Præsteres cum horrifico tremore terrarū, ciuitatem & suburbana funditus euerterunt. Et quoniam ad ciuitatem collium ædes pleræque uehebatur, aliæ super alias concidebant, relanguentibus cunctis sonitu ruinarum immenso. Interimq; clamoribus uariis excelsa culmina resultabant, quærantium coniugum, liberosq;, & si quid necessitudinis arte constringunt. Post horā denique secundā, multo ante tertiā, ær iam sudus & liquidus latentes retexit funereas strages.

F iiii

*huc refer terram
alterum Asiae. Tu
aeno, septem dies
ante Christi non
annis quattuordec
sicut A. V. C. 77
Coss. C. Coelio et L
Pomponio. Tacitus
Tacitus. lib. 2. 560
lib. 12. Item alter
Traiani aeno. epist
Dionis, ad eius uir
Alterum uel Iulianu
perio, apud eundem
cellinus lib. 22. p.
Nicomediæ.*

Nonnulli eñ superruentium ruderum ui nimia constipati, sub ipsis interi-
 ponderibus. Quidã collogenens aggeribus obruti, cū superesse possent si qui
 iuissent, auxilioꝝ inopia necabantur. Alii lignorum extantium à culmini-
 bus fixi pendebant. Vno ictu cæsi complures pauloante homines, tunc pro-
 miscue strages cadauerum cernebantur. Quosdam domorum inclinata fa-
 stigia intrinsecus ferebāt intactos, angore & inedia consumendos. Inter quos
 Aristenetus affectatã regens diocesim, curans uicaria potestate, quam Con-
 stantius ad honorem uxoris Eusebiæ Pictatis eò cognominarat, animam
 hoc casu cruciatam diutius, exhalauit. Alii subita magnitudine oppressi, iis-
 dem adhuc molibus coneguntur. Collisis quidam capitibus, uel humeris
 præfectis aut cruribus, inter uitæ mortisq; confinia, aliorum adiumenta pa-
 ria perferentium implorantes, cum obtestatione magna deserebantur. Et su-
 peresse potuit ædium sacrarum & priuatarum, hominumq; pars maior, ni
 palantes abrupti flammæ ardores per quinquaginta dies & noctes, quicquid
 consumi poterat, exussissent. Adesse tempus existimo pauca dicere, quæ
 de terræ pulsibus coniectura Veteres collegerunt. Ad ipsius eñ ueritatis ar-
 cana non modo hæc nostra uulgaris inscitia, sed ne sempiterna quidem, lucu-
 brationibus longis nondum exhausta, physicorum ingenia penetrarunt.
 Vnde & in ritualibus, & pontificiis obtemperantibus sacerdotiis, cauetur
 ne, alio deo pro alio nominato (cum qui eorum terram concutiat, sit in ob-
 struso) piacula committantur. Accidunt autem (ut opiniones æstimant, in-
 ter quas Aristoteles estuat & laborat) aut in cauernis minutis terrarum, quas
 Syringas appellamus, impulsu crebriori aquis undabundis. aut certe, ut
 Anaxagoras affirmat, uentorū ui subeuntium ima terrarum. Qui cum soli-
 ditatibus con crustatis inciderint, eruptiones nullas reperientes, eas partes
 soli conuibrant, quas subrepserint humidi. Vnde plerūq; obseruatur, terra
 tremente uentorum apud nos spiramina nulla sentiri, quòd in ultimis eius
 secessibus occupantur. Anaximenes ait, arescentem nimia æstuum siccitate,
 aut post madores imbrium, terram rimas pandere grandiores, quas penetrat
 supernus aër uiolentus & nimius, ac per eas uehementi spiritu quassatã cieri
 propriis sedibus. Qua de causa terrores huiusmodi uaporatis temporibus,
 aut nimia aquarum cælestium superfusione contingunt. Ideoq; Neptunum
 humentis substantiæ potestatem Ennosigæon & Sisichthona poëtæ ueteres
 & theologi nuncuparunt. Fiunt autem terrarū motus modis quatuor. Aut
 enim Braimatiæ sunt, qui humū molestius suscitantes, sursum propellunt im-
 manissimas moles, ut in Asia Delos emerit, & Hiera, & Anaphe, & Rho-
 dus, Ophiusa, & Pelagia prioribus sæculis dictitata, aureo quondã imbrī p-
 fusa, & Eleusina in Bœotia, & apud Tyrrenos Vulcanus, insulæq; plures.
 aut Climatiæ, qui limes ruentes & obliqui, urbes edificiã montesq; compla-
 nant. aut Chasmatiæ, qui grandiori motu patefactis subito uoratrinis ter-
 rarum partes absorbent, ut in Atlantico mari, Europeo orbe Potior insu-
 la, & in Chriseo sinu Helice, & Bura, & in Ciminia Italiæ parte apud oppidū
 Succunium

Succunium esse profundos hiatus terræ, qui æternis tenebris occultantur.
 Inter hæc tria genera terræmotuū Mycematię sonitu audiuntur minaci, cum
 dissolutis elementa compagibus ultra affiliunt uel relabuntur confidentibus
 terris. Tunc eñ necesse est uelut taurinis reboare mugitibus, fragores fremi-
 tusq; terrenos. Sed hinc ad exorsa. At Cæsar hycmem apud Parisios agens,
 Alamannos preuenire studio maturabat ingenti, nondum in unum coactos,
 sed ad insaniam post Argentoratū audaces omnes & sæuos. operiensq; Iulium
 mensem, unde sumunt Gallicani procinctus exordia, diutius angebatur. Nec
 enim egredi poterat, anteq̃ ex Aquitania estatis remissione solutis frigoribus
 & pruinis, ueheret̃ annona. Sed ut est difficultatū penè omniū diligens ratio
 uictrix, multa mente uersans & uaria, id tandem reperit solum, ut anni matu-
 ritate non expectata, Barbaris occurreret insperatus. firmatoq; consilio XX
 dierum frumentū ex eo quod erat in sedibus consumendū, ad usus diuturnita-
 tem excoctū, bucellatū, ut uulgo appellant, humeris imposuit libentium mi-
 litum. Hocq; subsidio fretus secundis ut ante auspiciis profectus est, intra
 mensum quintum uel sextum duas expeditiones consumari posse urgentes &
 necessarias, arbitratus. Quibus paratis, petit primos omniū Francos, eos ui-
 delicet, quos consuetudo Salios appellauit, ausos olim in Romano solo apud
 Toxiandriam locū habitacula sibi fingere prælicenter. Cui, cum Tungros ue-
 nisset, occurrit legatio prædictorū, opinantium reperiri Imperatorem etiam
 tū in hybernis, pacē sub hac lege pretendentes, ut quiescētes eos tanq̃ in suis,
 nec lacefferet quisq; nec uexaret. Hos Legatos, negotio plene digesto, oppo-
 sitaq; conditionū perplexitate, ut in iisdem tractibus moraturus, dum rede-
 unt, muneratos absoluit, dictoq; citius sequutus, Præfecto Seuero duce mis-
 so per ripam subito cunctos aggressus, tanq̃ fulminis turbo percussit, iamq;
 precantes potiusq; resistentes in opportunam elementiarum partem effectu ui-
 ctoria flexo, dedentes se cum opibus liberisque suscepit. Chamauos itidem
 ausos familia adortus, eadem celeritate partim cecidit, partim acriter repu-
 gnantes, uiuosq; captos compegit in uincula. alios præcipiti fuga trepidan-
 tes, ad sua, ne militem spacio longo defatigaret, abire interim permisit inno-
 cuos. Quorum Legatis, paulo postea missis precatum consultumq; rebus
 suis, humi prostratis sub obtutibus eius, pacem hoc tribuit pacto, ut ad sua
 redirent incolumes. Cunctis igitur ex uoto currentibus studio peruigili pro-
 perans modis omnibus utilitatem fundare prouinciarum, munimenta tria
 recta serie superciliis imposita fluminis Mosæ, subuersa dudum obstinatio-
 ne barbarica, reparare pro tempore cogitabat. & ilico sunt instaurata, procin-
 ctu paulisper omissis. atq; ut consiliū prudens celeritas faceret tutū, ex anno-
 na decem dierū & septem, quã ad expeditionem pergens uehebat ceruicibus
 miles, portionem subtractam in iisdem condidit castris. sperans ex Chama-
 uorum segetibus id suppleri posse, quod ablatum est. Longe autem aliter ac-
 cidit. Frugibus enim nondum etiam maturis miles expensis, quæ portabat,
 nusquam reperiens uictus, extrema minitans, Iulianum compellationibus
 incessabat

incedebat & probris, Asianum appellans, Græculum, & fallacem, & specie sapientiæ stolidum. utq; inueniri solent quidam inter armatos uerborum uolubilitate conspicui, hæc & similia multa strepebant, Quò trahimur spe meliorum, abolita olim quidem dura & perpessu asperrima, per niues tolerantes & acumina crudelium pruinarum? Sed nunc, proh nephas, cum ultimis hostium factis instamus, fame ignauissimo mortis genere tabescentes. & ne quis nos turbarum existimet concitores prouincia, qui sola testamur non aurum, neque argentum poteritis, quæ olim nec contrectare potuimus, nec uidere. ita nobis negata uelut contra Rempublicam tot suscepisse labores & pericula confutatis? Et erat ratio iusta querelarum. Inter tot enim rerum probabiliū cursus, articulosq; necessitatum ancipites, sudoribus gallicanis miles exhaustus, nec donatiuum meruit, nec stipendium, iam inde, ut illò est missus. ea re, q; nec ipsi qd daret suppetere poterat usq;, nec Constantius erogari more solito permittebat. Hocq; exinde claruit fraude potiusq; tenacitate committi, q; cum idem Cæsar petenti ex usu gregario cuidam, ut barbas detonderet, dedisset aliquid uile, contumeliosus calumniis appetitus est a Gaudentio, tunc notario ad explorandos eius actus diu morato per Gallias, quem postea ipse interfici iusserat, loco monstrabitur competenti. Lenito tandem tumultu non sine blandiciarum genere uario, contextoq; nauali ponte Rheno transitò, terris Alamannorum calcatis, Seuerus Magister equitum, bellicosus ante hæc & industrius, repente cõmarcuit. Et qui sæpe uniuersos ad fortiter faciendū hortabatur & singulos, tunc dissuasor pugnandi contẽptus uidebatur & timidus (mortem fortasse metuens aduentantem. ut in Tagetis thusci libris legitur Vegonicis, fulmine mox tangendos adeo hebetari, ut nec tonitrum nec maiores aliquos possint audire fragores) & iter ignauiter rexerat præter solitum. ut ductores uiarum præeuntes alacri gradu ultima minitendo terreret, ni omnes conspirantes in unum se loca penitus ignorare firmarent. Qui, interdicti metuentes auctoritatem, nusq; deinde sunt progressi. Inter has tamen moras Alamannorum Rex Suomarius ultro cū suis improuisus occurrit, ferox ante sæuiensq; in damna romana, & tum lucrum exiltimans insperatum, si propria retinere permetteretur. Et quia uultus incessusq; supplicem indicabat, susceptus bonoq; animo esse iussus & placido, nihil arbitrio suo relinquens, pacem genibus curuatis orabat. Et eam cum concessione præteritorum sub hac meruit lege, ut captiuos redderet nostros, & quoties sit necesse militibus alimenta præberet, susceptorum uilium more securitates accipiens pro illatis. quas si non ostendisset in tempore, sciret se rursus ea defatigandum. Quod ita recte dispositum est, impræpedite completū, Hortarii nomine petendus erit Regis alterius pagus. & quia nihil uidebatur deesse præter ductores, Nesticæ tribuno Scutariorum, & Cariettoni uiro fortitudinis miræ imperauerat Cæsar, ut magna quæsitum industria comprehensumq; offerrent sibi captiuū. Et correptus uelociter adolescens ducitur, Alamannis pacto obtinendæ salutis pollicitus itinera se monstraturum.

Hoc progresso

hoc progresso sequutus exercitus, celsarum arborum obsistente concedere ire protinus uetabatur. Verum per circuitus longos, & flexus dissonos uentum est tandem ad loca. & ita quisque percitus armorum urebat agros, pecora diripiebat & homines, resistentesq; sine ulla parsimonia contruncabat. His malis percussus Rex, cum multiplices regiones, uicorumq; reliquias cerneret exultorum, ultimas fortunarum iacturas adesse iam contemplatus, orauit ipse quoque ueniam, facturum se imperanda, iurandi execratione, restituere uniuersos promisit. id enim cura agebatur impensiore. detentisq; plurimis, reddidit paucos. Quo cognito ad indignationem iustam Iulianus erectus, cum munerandus uenisset ex more quatuor Comites eius, quorum ope & fide maxime nitebatur, non ante absoluit, dum omnes rediere captiui. Ad colloquium tamen accitus à Cæsare, tremantibus oculis adorato, uictorisq; superatus aspectu, conditione difficili premebatur. hac scilicet, ut quomodo consentaneum erat, post tot secundos euentus, ciuitates quoque reparari, ui Barbarorum excisas, carpenta & materias ex opibus suis suorumq; præberet. & hæc pollicitus, imprecatuq; si perfidum quicq; egisset, iubenda sibi cruore supplicia, ad propria remeare permissus est. Annonam enim transferre, ita ut Suomarius, ea re compelli non potuit, q; ad internitionem regione eius uastata nihil inueniri poterat quod daretur. Ita Reges illi, tumentes quondam immaniter, rapinisq; ditescere asueti nostrorum, Romanæ potentia iugo subdidere colla iam domita. & uelut inter tributarios nati & educati obsecundabant imperio ingrauate. Quibus hoc modo peractis, disperso per stationes milite consuetas, ad hyberna egressus est Cæsar. Hæc cum in Comitatu Constantii subinde noscerentur (erat enim necesse tanquam apparitorem Cæsarem super omnibus gestis ad Augusti referre scientiam) omnes qui plus poterant, in palatio adulandi professores iam docti, recte consulta prospereq; completa uertebant in deridiculum. talia sine modo strepentes insulse, In odium uenit cum uictoriis suis capella, non homo. ut hirsutum Iulianum carpentes, appellantesq; loquacem talpam, & purpuratam simiam, & literionem græcum. & his congruentia plurima, atque uernacula, principi resonantes (audire hæc, taliaq; gestienti) uirtutes eius obruere uerbis impudentibus conabantur, ut segnem incessentes & timidum & umbratilem, gesta q; secus uerbis comptioribus exornantem. Quod non tunc primitus accidit. namq; (ut solet amplissimi gloria obiecta esse semper inuidiæ) legimus in Veteres quoque magnificos duces uitia criminaq; etiam si inueniri non poterant, finxisse Malignitatem, spectatissimis actibus eorum offensam. Ut Cimonem Milciadis filium insimulatū sæpe ante, qui propè Eurymedonta pamphilium flumen, Persarum populum deleuit innumerum. coëgitq; gentem insolentia Regis elatam, obsecrare suppliciter pacem. Emilianum itidem Scipionem, ut somniculosum æmulorū inculsari maleuolentia, cuius impenetrabili uigilantia, obstinata in pnciem Rome, due sunt potentissime urbes excisæ. Necnon etiam in Pompeium obtrectatores iniqui multa

iniqui multa scrutantes, cum nihil unde uituperari deberet, inueniretur, duo hæc obseruarunt ludibriosa & irrita. q̄ genuino quodam more caput digito uno scalpebat. q̄ que aliquandiu, tegendi ulceris causa deformis, fasciola candida crus colligarat. quorum alterum factitare ut dissolutum, alterum ut nouarum rerum cupidum asserebant. nihil interesse, oblatrantes argumento subfrigido, quam partem corporis redimiret regiæ maiestatis insigni, in eum uirum, quo nec fortior, nec cautior quisq̄ patriæ fuit. ut documenta præclara testantur. Dum hæc ita aguntur, Romæ Artemius curans uicariam præfecturam pro Basso quoque agebat, qui recens promotus Vrbi præfectus, fatali decesserat sorte. Cuius administratio seditiones perpeffa est turbulenta, nec memorabile quicq̄ habuit, qd̄ narrari sit dignum. Augusto inter hæc quiescenti per hycmem, apud Sirmium indicabant nuntii graues & crebri, permixtos Sarmatas & Quados, uicinitate & similitudine morum armaturæq̄ concordēs, Pannonias Mœsiarūq̄ alteram cuneis incurfare dispersis. Quibus ad latrocinia, magis q̄ aperto habilibus marti, hastæ sunt longiores, & lorice ex cornibus rasas & leuigatis, plumarum specie linteis indumentis in-nexæ. Equorūq̄ plurimi ex usu castrati, ne aut sceminarum uisu exagitati capentur, aut in subsidiis ferocientes prodant hinnitu densiore uectores, & per spacia discurrant amplissima sequentes alios, uel ipsi terga uertentes insidendo uelocibus equis & morigeris, trahentesq̄ singulos, interdum & binos, uti permutatio uires foueat iumentorū, uigorq̄ ocio integretur alterno. Æquinoctio itaque temporis uerni confecto, Imperator coacta militum ualida manu, ductu lætioris Fortunæ profectus, cum ad locum aptissimum peruenisset, flumen Istrum exundantem pruinarum iam resoluta congerie, super nauium foros ponte contexto transgressus, populandis Barbarorum incubuit terris. qui itinere festinato præuenti, cateruasq̄ bellatoris exercitus iugulis suis imminere cernentes, quem nondum per anni tempus colligi posse rebantur nec spirare ausi nec stare, sed uitantes exitium insperatum semet omnes effuderunt in fugam. stratisq̄ plurimis, quorum gressus uinxerat timor, hi quos exemit celeritas morti, inter latebrosas conualles montium occultati, uidebant patriam ferro pereuntem. quam uindicassent profecto, si uigore quo discesserant, restitissent. Gerebantur hæc in ea parte Sarmatiæ, quæ secundam prospectat Pannoniam. pariq̄ fortitudine etiam Valeriam, opes barbaricas urendo rapiendo occurrentia, militaris turbo uastabat. Cuius cladis immensitate permoti, posthabito concilio latenter arma petendo, specie pacis agmine tripertito agentes, securius nostros aggredi cogitarunt. ut nec expedire tela, nec uim uulnerum declinare, nec qd̄ est in rebus arctissimis ultimū, uerti possent in fugam. Aderant auxilio Sarmatis, periculorū quoq̄ participes, qui noxarū sæpe socii fuerant indiscreti. Sed ne eos quidem prompta iuuat audacia in discrimina ruentes aperta. Cæsis em̄ compluribus, pars que potuit superesse, per notos colles euasit. Quo euentu uires & animos incitante, iunctis densius cuneis, ad Quadorum regna properabat exercitus, qui ex

qui ex præterito casu impendentia formidantes, rogaturi suppliciter pacem, fidentes ad principis uenere conspectum. Ergo hæc similia leniter dictoq̄ die statuendis conditionibus, modo Zizais quoque etiam tum regalis propè ui corporis iuuenis, ordine Sarmatarum more certaminis instruxit ad preces. uisq̄ Imperatore abiectis armis pectore toto procubuit exanimis stratus. et amisso uocis officio præ timore, tum cum orare deberet, maiorem misericordiam mouit, conatus aliquoties parumq̄ impediēte singultu, permissus explicare que poscebat. Recreatus deniq̄ tamen, iussusq̄ exurgere, genibus nixus usu linguæ recuperato, concessionem delictorum sibi tribui supplicauit & ueniam. eoq̄ ad precandum admissa multitudo, cuius ora formidomuta claudēbat periculo adhuc præstantioris ambiguo. ubi ille solo iussus at tolli, orandi signū expectantibus diu monstrauit, omnes clypeis telisq̄ proiectis manus precibus dederunt. plura excogitantes, ut uincerent humilitate supplicandi regalem. Duxerat potior cum cæteris armatis etiam Rumonem & Zinaphrum & Fragiledum subregulos, plurimosq̄ optimates, cum impetrandi spe cosimilia petituros. Qui licet elati gaudio salutis indultę conditionum sarcinā compensare inimice facta pollicebantur, seq̄ cum facultatibus & liberis & coniugibus terrarumq̄ suarum ambitu Romanæ potentie libenter efferrent. præualuit tamen equitati iuncta benignitas. iussiq̄ ab itinere secedere impauidi nostros reddidere captiuos, duxeruntq̄ obsides postulatos, & obedire præceptis deinde promptissime sponponderunt. Hortante hoc exemplo clementie aduolarunt Regales cū suis omnibus Arabarius & Vsafer, inter optimates excellentes agminum gentilium duces. Quorū alter Transgigitanorum, Quadorumq̄ parti. alter quibusdam Sarmatis præerat, locorum confiniis & feritate iunctissimis. Quorum plebem acrius Imperator (ne ferire fœdera simulans in arma repente consurgeret) discreto confortio, pro Sarmatis obsecrantes iussit paulisper abscedere, dum Transgigitanorum & Quadorum negotium spectaretur. Qui cum eorum ritu oblatis stantes curuatis corporibus, facinora graua purgare non possent, ultimæ sortis infortunia metuentes, dederunt obsides imperatos, nunq̄ antea pignora fœderis exhibere compulsi. His ex æquo bonoq̄ compositis, Vsafer in præces admissus est, Arabario pertinaciter obstrepente, firmanteq̄ pacem, quam ipse meruit, ei quoque debere proficere ut participi, licet inferiori & obtemperare suis imperiis consueto. Verum quæstione discussa, aliena potestate eripi Sarmatiæ iussi, ut semper Romanorum clientes, offerre obsides, quietis uincula conseruanda, gratanter amplexi sunt. Ingerebat autem se post hæc maximus numerus cateruarum confluentium nationum & Regum, suspendi à iugulis suis gladios obsecrantium, postq̄ Arabarium impune compererant abcessisse. Et pari modo ipsi quoque adepti pacem quam poscebant, accitos ex intimis regni procerum filios, obsidatus sorte, opinione celerius, obtulerunt, itidemq̄ captiuos (ut placuerat) nostros. quos haud minori gemitu perdidere q̄ suos. Quibus ordinatis, translata est in Sarmatas commi-

seratione dignos potius quam similitate. Quibus incredibile quantum inde prosperitatis hæc attulit causa. ut uerum illud æstimaretur, quod opinatur quidam, Fatum uinci principis potestate, uel fieri. Potentes olim ignobiles erant huius indigenæ regni, sed coniuratio clandestina seruos armauit in facinus, atque ut barbaris esse omne ius in uiribus assueuit, uicerunt dominos ferocia pares, & numero præeminentes. qui, confundente metu consilia, ad Victobalos discretos longius confugerunt. obsequi defensoribus ut in malis optabile, quam seruire mancipiis, arbitrati. Quæ deplorantes post impetratam ueniam recepti in fidem, poscebant præsidia libertati. eosque, iniquitate rei permotus, inspectante omni exercitu conuocatos, allocutus uerbis mollioribus Imperator, nulli nisi sibi ducibusque Romanis parere præcepit. Atque ut restitutio libertatis haberet dignitatis augmentum, Zizain Regem iisdem præfecit conspicuæ fortunæ, tum insignibus aptum profecto, ut res docuit, & fidelem. Nec discedere quisquam post hæc gloriosa gesta permissus est, antequam (ut placuerat) remearent nostri captiui. His in Barbarico gestis, Bregerionem castra commota sunt. Ut etiam ibi belli Quadorum reliquias, circa illos agitantium tractus, lacrymæ uel sanguis extingueret, quorum regalis Iutrodorus Viduarii filius Regis, & Agilimundus subregulus, aliique optimates & iudices uariis populis præsidentes, uiso exercitu in gremio regni solique genitalis, sub gressibus iacere militum, & adepti ueniam, iussa fecerunt, sobolemque suam obsidatus pignore, ut obsequuturi conditionibus impositis, tradiderunt. eductisque mucronibus, quos pro numinibus colunt, iurauere se permanuros in fide. His (ut narratum est) secundo finitis euentu, ad limitantes Sarmatas seruos ocyus signa transferri utilitas publica flagitabat, quos erat admodum nefas impune multa & nefaria perpetrasse. Nam uelut oblitum proprium tunc erumpentibus Liberis, ipsi quoque tempus aptissimum nacti, limitem perirumpere Romanum, ad hanc solam fraudem dominis suis hostibusque concordem, deliberatum est tamen, id quoque lenius uindicari, quam criminum magnitudo poscebat, hæc ueniam ultione perrecta, ut ad longinqua translata amitterent copiam nostra uexandi, quos pericula formidare monebat scelerum conscientia diutius commissorum. Ideoque in se pugnae molem suspicati uertendam, dolos parabant & ferrum & preces. Verum aspectu primo exercitus tanquam fulminis ictu percussus, ultimaque cogitantes, uitam precati, tributum annuum, delectumque ualidæ iuuentutis, & seruitium sponderunt. annuere parati, si iuberentur aliorum migrare, ut gestibus indicabant & uultibus, locorum confisi præsidio. ubi lares, post exactos inde dominos, fixere securi. Has enim terras Parthiscus irruens obliquatis meatibus Istro miscetur. sed dum solus licentius fluit, spacia longa & lata sensim præterlabens, & ea coarctans prope exitum in angustias, accolas ab impetu Romanorum aluco Danubii defendit, à barbaricis uero excursibus suo tutos præstat obstaculo, ubi pleraque, humidioris soli natura & incrementis fluminum redundantia, stagnosa sunt & referta salicibus, ideoque inuia,

nisi perquam

nisi perquam gnaris. & super his insularem anfractum aditu Parthisci penè contiguum amnis potius ambiens, terræ consortio separauit. Hortante igitur principe, cum genuino fastu ad citeriorem uenire fluminis ripam, ut exitus docuit, non iussa facturi, sed ne uiderentur militis præsentiam formidasse. stabantque contumaciter, ideoque propinquasse monstrantes, ut iubenda repudiarent. Quæ Imperator accidere posse contempnens, in agmina plurima clam distributo exercitu, celeritate uolucris migrantes, intra suorum acies clausit. stansque in aggere celsiore cum paucis, & stipatorum præsidio tectus, eos ne ferocirent, lenius admonebat. Sed fluctuantes ambiguitate mentium in diuersa rapiebantur, & furori mixta uersutia tentabant cum precibus prælium. uicinumque sibi in nostros parantes excursus, proiecere consulto longius scuta. ut ad ea recuperanda sensim progressi, sine ullo fraudis indicio spacia furarentur. Iamque uergente in uesperum die, cum moras rumpere lux moneret, excedens erectis uexillis, in eos igneo miles impetu ferrebatur. qui conferti, acieque densiore contracta, aduersus ipsum principem stantem (ut dictum est) altius omnem impetum contulerant, cum oculis incessantibus & uocibus truculentis. Cuius furoris amentiam exercitus iræ ferre non potuit. eosque Imperatori, ut dictum est, acriter imminentes, desinente in angustum fronte, quem habitum Caput porci simplicitas militaris appellat, impetu disiecit ardenti. & dextra pedites cateruas peditum obruncabant, equites læua equitum se turmis agilibus infuderunt. cohors Prætoriana ex aduerso angustum cautius stipans resistentium pectora, moxque terga fugientium incidebat. Et cadentes insuperabili contumacia Barbari, non tam mortem dolere, quam nostrorum lætitiæ, horrendo stridore monstrabant. & iacentes absque mortuis plurimi succisis poplitibus, ideoque adempto fugiendi subsidio, alii dexteris amputatis, nonnulli ferro quidem intacti, sed superuentium collisi ponderibus, cruciatus alto silentio perferebant. Nec eorum quisquam inter diuersa supplicia ueniam petiit, aut ferrum proiecit, aut exorauit celere mortem. sed arma iugiter retinentes, licet afflicti, minus criminis æstimabant alienis uiribus, quam conscientia suæ iudicio uinci. Mussantesque audiebantur interdum, fortunæ non meriti fuisse, quod euenit. Ita in semihore curriculo, discrimine præliorum emenso, tot procubere subito Barbari, ut pugnam fuisse sola uictoria declararet. Vix dum populis hostilibus stratis, gregatim peremptorum necessitudines ducebantur, humilibus extracti è tuguriis, ætatis sexusque promiscui. & fastu uitæ prioris abolito, ad infimitatem obsequiorum uenere seruilium. & exiguo temporis intervallo decurso, cæcorum aggres & captiuorum agmina cernebantur. Incitante itaque feruore certaminum fructuque uincendi, consurrectum est in perniciem eorum, qui deseruere prælia, uel in tuguriis latitantes occultabantur. Hos cum ad loca uenisset audis barbarici sanguinis miles, disiectis culmis lenibus obruncabat. nec quenquam casa uel trabibus compacta firmissimis periculo mortis extrusit. Denique cum inflammarentur omnia,

G ii

nullusque latere iam posset cunctis uitae praesidiis circumcisus, aut obstinate igni peribat absumptus, aut incendium uitans egressusque, uno supplicio declinato ferro sternebatur hostili. Fugientes tamen aliqui tela, incendiisque magnitudinem, amnis uicini se committere gurgitibus, peritia nandi ripas superiores occupare posse sperantes. quorum plerique submersi necati sunt, alii iaculis perire confixis. adeo ut abunde cruore diffuso, meatus fluminis spumaret tumens. Ita per elementum utriusque armatos uincuntium ira uirtusque deleuit. Placuerat igitur post hunc rerum ordinem cunctis adimi spem omnem, uitaeque solatium. & post lares incensos, raptaeque familias, nauigia iussa sunt colligi ad indagandos, quos a nostrorum acie ulterior discreuerat ripa. Statimque, ne alacritas intepesceret pugnatorum, impositi lintribus per abdita ducti, uelites expediti occuparunt latibula Sarmatarum. quos repentinus fefellit aspectus, gentiles lembos & nota remigia conspicantes. Vbi uero procul micantibus telis, quod uerebantur, propinquare senserunt, ad suffugia locorum palustrium contulerunt. Eosque secutus infestius miles caesis plurimis, ibi uictoria repperit, ubi nec caute posse consistere, nec audere aliquid credebatur. Post absumptos penè diffusosque Amicenses, petiti sunt sine mora Picenses. ita ex regionibus appellati conterminis. quos tutiores fecere sociorum erumnæ, rumorum assiduitate compertæ. Ad quos opprimendos (erat enim arduum sequi per diuersa conspersos, imprudentia uiaque arcente) Taisalorum auxilium & Liberorum atque Sarmatarum assumptum est. Cumque auxiliorum agmina locorum ratio separaret, tractus contiguos Mæsie sibi miles elegit, Taisali proxima suis sedibus obtinebant, Liberi terras occupauerant è regione sibi oppositas. Limigantes territi recentibus subactorum exemplis & prostratorum, diu hæsitabant ambiguis mentibus, utrum oppeterent an rogarent, cum utriusque rei suppeterent documenta non leuia. Vicit tamen ad ultimum cœtu seniorum urgente dedendi se consilium. uariæque palmæ uictoriarum accessit eorum quoque supplicatio, qui armis libertatem inuaserant. & reliquere cum precibus, ut superatos & imbelles dominos aspernati, fortioribus uisis inclinauere ceruices. Accepta itaque publica fide, deserto montium propugnaculo, ad castra Romana conuolauit eorum pars maior, diffusa per spatia ampla camporum cum parentibus, & natis, atque coniugibus, opumque uilitate, quam eis celeritatis ratio furari permisit. & qui animas amittere potius cogi solum uertere putabantur, dum licentem amentiam libertatem existimarent, parere imperiis, & sedes alias suscipere sunt assensu tranquillæ & fidas. ut nec bellis uexari nec mutari seditionibus possint. Hisdemque ex sententia, ut credebatur, acceptis, quieuerunt paulisper, post feritate natiua in exitiale scelus erecti. ut congruo docebitur textu. Hoc regis prospero currente successu, tutela Illyrico cõpetens gemina est ratione firmata. Cuius negotii duplicem magnitudinem Imperator aggressus, utraqque perfecit infidis exules populos licet mobilitate supra res acturos, tamen paulo uerecundius tandem reductos, in auitis sedibus collocauit. uisdemque ad gratiæ cumulum, non ignobilem

non ignobilem quæpiam Regem, sed quem ipsi antea sibi præfecere, Regalem imposuit, bonis animi corporisque præstantem. Tali textu recte factorum Constantius iam metuente sublimior, militarique consensu secundo Sarmaticus appellatus ex uocabulo subactorum. iamque discessurus conuocatis cohortibus, & centuriis, & manipulis omnibus, tribunal insistens, signisque ambitus, & aquilis, & agmine multiplicium potestatum, his exercitum allocutus est ore omnium fauorabilis, ut solebat. Hortatur recordatio regis gloriose gestarum, omni iucunditate uiris fortibus gratior, admodum uerecunde replicare, quæ diuinitus delata sorte uincendi, & ante prælia & ipso correximus feruore pugnatum, Romanæ rei fidissimi defensores. Quid enim tam pulchrum, tamque posteritatis memoria iusta ratione mandandum, quam ut miles strenue factis, ductor prudenter consultis exulteret? Perfultabat Illyricum furor hostilis, absentiam nostram inanitate tumentis despiciens, dum Italos tueremur & Gallos. uariisque discursibus uastabat extrema limitum. nuncque cauatis roboribus, aliquoties peragratis pedibus flumina, non congressibus, nec armis fretus aut uiribus, sed latrocinii assuetus occultis, astu & ludificandi uarietate iam inde ab instituta gente, nostris quoque Maioribus formidatus. Longiusque disparati, quæ ferri poterant, tumimus leuiore iacturas, efficacia ducum uerari posse sperantes. Vbi uero per licentiam scandens in maius, ad funestas provinciarum clades erepsit & crebras. cõmunitis aditibus Rheticis, tutelaque peruigili Galliarum securitate fundata, terrore nullo relicto post terga, uenire in Pannonias placuit, nomine sempiterno labentia firmaturi. cunctisque paratis (ut nostis) Vere adulto egressi arripuimus negotiorum maximas moles. primum ne struendo textis cõpagibus ponti telorum officeret multitudo. Quo opera leui profecto, uisis terris hostilibus & calcatis, obstinatis ad mortem animis conatos resistere Sarmatas absque nostrorum dispendio strauimus. pari que petulantia ruentes in agmina nobilium legionum Quados, Sarmatis adiumenta ferentes, attriuimus. Qui post erumno la dispendia inter discursus, & repugnandi minaces anhelitus, quid nostra ualeat uirtus experti, manus, ad dimicandum aptatas, armorum abiecto munimine, ponere terga uinxerunt, restareque solam salutem contemplantes in precibus, affusi sunt uestigiis Augusti clementis. cuius prælia sepe cõpeterant exitus habuisse felices. His sequelstratis, Limigantes quoque fortitudine superauimus pari. Interfectisque pluribus, alios piculi declinatio ad egit suffugia petere latebrarum palustrium. Hisque secundo finitis euentu, lenitatis tempus aderat, tempestiue Limigantes ad loca migrare cõpulimus longe discreta, ne in perniciem nostrorum se cõmouere possent ulterius. Et pepercimus plurimis, & Zizain præfecimus Liberis, dicatum nobis futuræ & fidum. plus æstimantes creare, quam afferre Barbaris Regem. Hoc decore augente solenitatem, qui iisdem quoque rector Tributis ante hoc electus est & acceptus. Quadruplex igitur præmiu, qui unus procinctus absoluit, nos quæ sciuimus, & Respub. primo ultione parta de grassatoribus noxiis, deinde qui uobis abunde sufficient ex hostibus captiuis. His enim uirtutem oportet esse contentam, quæ sudore quesuit & dextris. nobis

amplæ facultates opum, quæ sunt magni thesauri, integra omnium patrimonia nostri laboris & fortitudinis seruariint. Hoc enim boni principis menti, hoc successibus congruit prosperis. Postremo ego quoque hostilis uocabuli spoliū præ me fero secundi Sarmatici cognomentum. quod uos unū idemque sentientes mihi, ne sit arrogans dicere, merito tribuistis. Post hunc dicendi finem, concio omnis alacrior solito, aucta spe potiorum & lucris, uocibus festis in laudes Imperatoris assurgens, demumque ex usu testata nō posse Constantium uinci, tentoria repetit læta. Et reductus Imperator ad regiam, ocioque bidui recreatus, Sirmium cū pompa triūphali regressus est. & militares Numeri destinatas remearunt sedes. Hisce hisdem diebus Prosper & Spectatus atque Eustathius, legati ad Persas (ut supra docuimus) missi, Ctesiphonta reuersum Regem adire, literas præferentes Imperatoris & munera, poscebantque rebus integris pacē. & mandatorum memores nusquam ab utilitate Romanæ rei maiestateque discedebant. amicitiaæ fœdus sub hac lege firmari debere asseuerantes, ne super turbando Armenia, uel Mesopotamia statu, quicquam moueretur. Diu igitur ibi morati, cum obstinatissimū Regem, nisi hæc regionū dominio sibi adiudicato obdurescentem ad suscipiendā cernerent pacem, negotio redierunt infecto. Post quod id ipsum conditionum robore pari impetraturi Lucillianus missus Comes, & Procopius tunc Notarius, qui postea nodo quodam uiolentæ necessitatis astrictus, ad res consurrexit nouas.

AMMIANI . MARCELLINI

RERVM . GESTARVM

LIBER . DECIMVS

OCTAVVS



HEC per Orbis uarias partes uno eodemque anno sunt gesta. At in Galliis cū in meliore statu res esset, & Eusebium atque Hipatium fratres sublimarent uocabula consulum, Iulianus contextis successibus clarus, apud hyberna sequestratis interim sollicitudinibus bellicis, haud minore cura prouinciarum fortunis multa conducentia disponebat. diligenter obseruans, ne quem tributorū sarcina prægrauaret, neue potentia præsumeret aliena. aut hi uersarentur in medio, quorum patrimonia publicæ clades augebant, uel iudicum quisque ab æquitate deuiaret impune. Idque

pune. Idque ea re leui labore correxit, quod ipse iurgia dirimens, ubi causarum cogebat magnitudo uel personarum, erat indeclinabilis iustorum iniustorumque distinctor. Et licet multa sint eius laudanda in huiusmodi controuersis, unū tamen sufficere ponit, ad cuius similitudinem acta uel dicta sunt. Numerium Narbonensis pauloante Rectorem accusatum ut furem, inusitato censorio rigore pro tribunali palam admissis uolentibus audiebat. Qui cum inficiatione defenderet obiecta, nec posset in quoque confutari, Delphidius orator acerrimus uehementer eum impugnans, documentorum inopia percitus exclamauit, Ecquis florentissime Cæsar nocens esse poterit usque, si negare suffecerit? Circa quem Iulianus prudenter motus ex tempore, Ecquis ait, innocens esse poterit, si accusasse sufficere? Et hæc quidem & huiusmodi multa ciuilia. Egressurus autem ad procinctum urgentem, cum Alamannorum pagos aliquos esse reputaret hostiles, & ausuros immania ni ipsi quoque ad cæterorum sternerentur exempla, hærebat anxius qua ui, qua celeritate, cum primum ratio copiam tribuisset, rumore præcurso terras eorum inuaderet repentinus. Seditque tandem multa & uaria cogitanti id temptare, quod utile probauit euentus. Hariobaudem uacantem tribunum, fidei fortitudinisque notæ, nullo conscio legationis specie ad Hortarium miserat Regem iam pacatum. ut exinde facile ad collimitia progressus eorum, in quos erant arma protinus commouenda, scitari possit quid molirentur, sermonis barbarici perquam gnarus. Quo fidenter ad hæc patranda digressus ipse anni tempore opportuno, ad expeditionem undique milite conuocato profectus, id inter potissima mature duxit implendum, ut ante præliorum feruorem ciuitates multo ante excisas, quas introiret, receptaque comuniret horrea. Quinetiam extrueret, pro incensis, ubi condi posset annona, à Britannis sueta transferri. Et utrumque perfectum est spe omnium citius. Nam & horrea ueloci opera surrexerunt, alimentorumque in hisdem satias condita, & ciuitates occupatae sunt septem, Castra Hercules, Quadriburgū, Tricensime, Niuesio, Bonna, Antennacum, & Bingio. Vbi læto quodam euentu etiam Florentius præfectus apparuit subito, partem militum ducens, & com meatuum præferens copiam sufficientem usibus longis. Post hæc impetrata restabat, adigente necessitatum articulo, receptarum urbium moenia reparari, nullo etiam tum interturbante, & quæ claris indicis, aspera tempestate, utilitatis publicæ metu Barbaros obedisse rectoris amore Romanos Reges, ex pacto superioris anni, ædificiis habilia multa suis misere carpentis, & auxiliarii milites, semper munia spernentes huiusmodi, ad obsequendi sedulitatem, Iuliani blanditiis deflexi, Quinquagenarias, longioresque materias uexere ceruicibus ingrauate, & fabricandi ministeriis opem maximam contulerunt. Quæ dum diligenti maturantur effectu, Hariobaudes exploratis omnibus rediit, docuitque comperita. Post cuius aduentum incitatis uiribus omnes uenere Mogontiacum. ubi Florentio & Lupicino Seueri successore destinato, certantibus per pontem illic constitutum transiri debere, renitebatur firmissime Cæsar, asserens

pacatorum terras non debere calcari. ne, ut sæpe contingit, per inciuilitatem militi occurrenti uastitatis abrupte fœdera frangerentur. Alamanni tamen omnes, quos petebat exercitus, confine periculum cogitantes, Suomarium Regem amicum nobis ex pactione præterita, monuerunt minaciter, ut à transitu Romanos arceret. Eius enim pagi Rheni ripis ulterioribus adhærebant. Quo testante resistere solum non posse, in unum coacta barbarica multitudo uenit propè Mogontiacum, prohibitura uiribus magnis exercitum, ne transmitterent flumen. Gemina itaque ratione uisum est habile quod suaserat Cæsar, ne pacatorum terræ corrumperebantur, neue renitente pugnacissima gente, plebs cum multorum discrimine iungeretur in locum ad compaginandū pontem aptissimum. Quod hostes solertissime contemplati, per contrarias ripas leniter incedentes, ubi nostros figere tentoria procul cernebant, ipsi quoque noctes agebant exsomnes. custodientes peruigili studio ne transitus temptaretur. Verum cum nostri locum aduentarent prouisum, uallo fossaq; quieuerunt circūdati, & ascito Lupicino in consilium, Cæsar certis imperauit tribunis, ut trecentenos pararent cū sudibus milites expeditos, quid agi, quò ue iri deberet, penitus ignorantes. Et collecti nocte prouecta, impositiq; omnes (quos lusoriae naues quadraginta, quæ tunc aderant, sola cæperunt) decurrere iubentur per flumen adeo taciti, ut etiam remi suspenderentur. ne barbaros sonitus excitaret undarum. atque mentis agilitate & corporum, dum hostes nostrorum ignes obseruant, aduersus percurrere milites ripas, celeri conatu contendunt. Dum hæc celerantur, Hortarius Rex nobis antea fœderatus, non nouaturus quædam, sed amicus finitimis quoque suis Reges omnes & Regales & Regulos ad conuiuium conrogatos retinuit epulis adusque uigiliam tertiam gentili more extentis. Quos discedentes inde casu nostri ex improviso adorti, nec interficere, nec corripere ullo modo potuerunt, tenebrarum equorumq; adiumento, quo dubius impetus trahitur, abreptos. Lixas uero uel seruos, qui eos pedibus sequebantur, nisi quos exemit discrimine temporis obscuritas, occiderunt. Cognito denique Romanorum transitu, qui tunc, perq; expeditiones præteritas, ibi leuamen sumere laborum opinabantur, ubi hostem contingeret inueniri, perculsi Reges, eorumq; populi, qui pontem ne strueretur, studio seruabant intento, metu exhorrescentes diffuse uertunt in pedes. & indomito furore sedato, necessitudines opesq; suas transferre longius festinabant. Statimq; difficultate omni depulsa, ponte constrato, sollicitarum gentium opinione præuenta, uisus in Barbarico miles, per Hortarii regna transibat intacta. ubi uero terras infestorum etiam tum tetigit Regum, urens omnia, rapinisq; per medium rebellium solū grassabatur intrepidus. Postq; sepimenta fragilium penatium inflammata, & obtruncatam hominum multitudinem, uisusq; cadentes multos, aliosq; supplicantes, cum uentum fuisset ad regionem, cui Capellatii, uel Palas nomen est, ubi terminales lapides Romanorum & Burgundorum confinia distinguebant, castra sunt posita, ea propter, ut Macrianus & Hariobaudes germani fratres & Reges susciperentur

Reges susciperentur impauidi, qui propinquare sibi perniciem sentientes, uenerant pacem anxiiis animis precaturi. Post quos statim Rex quoq; Vadamarius uenit, cuius erat domicilium contra Rauracos. scriptisq; Constantii principis, quibus commendatus est arctius allegatis, leniter susceptus est, olim ab Augusto in clientelam rei Romanæ susceptus. & Macrianus quidem cum fratre inter aquilas admissus & signa, stupebat armorum uiriumq; uarium decus, uisa tunc primitus, proq; suis orabat. Vadamarius uero nostris coalitus, utpote uicinus limiti, mirabatur quidem apparatus ambitiosi prociuctus, sed uidisse se talia sæpe ab adolescentia meminerat prima. Libratis denique diu consiliis, concordie assensione cunctorum, Macriano quidem & Hariobaude pax est attributa. Vadamario uero, qui suam locaturus securitatem in tuto, & legationis nomine precator uenerat pro Vrio, & Vrsicino, & Vestralpo Regibus, pacem itidem obsecrans, interim responderi non poterat. ne ut sunt fluxioris fidei Barbari, post abitum recordati nostrorum, parum acquiescerent per alios impetratis. Sed cum ipsi quoque missis Legatis post messes incensas & habitacula, captosq; plures & interfectos, ita supplicarent, tanq̄ ipsi hæc deliquissent in nostros, pacem conditionum similitudine meruerunt. Inter quas id festinatum est maxime, ut captiuos restituerent omnes, quos rapuerant excursibus crebris. Hæc dum in Galliis cælestis corrigi cura, in Comitatu Augusti turbo nouarum exoritur rerum, à primordiis leuibus ad luctus & lamenta progressus. In domo Barbationis, pedestris militiae tunc Rectoris, examen apes texere perspicuum. Superq; hoc ei prodigiog; gnaros sollicitate consulenti, discrimen magnum portendi, responsum est. coniectura uidelicet tali, q̄ hæc uolucres post compositas sedes, opesq; cõgestas, fumo pelluntur & turbulento sonitu cymbalorum. Huic uxor erat Aslyria nomine, nec taciturna nec prudens. quæ eo ad expeditionem profecto & multiplici metu suspenso, ob ea quæ meminerat sibi prædicta, perculsa uanitate muliebri, ancilla ascita notarum perita, quæ è patrimonio Siluani possederat, ad maritum scripsit intempestiue, uelut flens, obtestans ne post obitum Constantii propinquantem, in imperium ipse (ut sperabat) admissus despecta se, anteponeret Eusebiae matrimonium, tunc Regine, decore corporis inter multas sceminas excellentis. Quibus literis occulte, quantum fieri potuit, missis, ancilla quæ domina dictante perscripserat, reuersis omnibus è procinctu, exemplum ferens ad Barbationem noctis prima quiete confugit, auideq; suscepta chartulam prodidit. Hocq; indicio ille confusus, ut erat ad criminandum aptissimus, principi detulit, atque ex usu, nec mora ulla negotio tributa nec quiete, Barbatio epistolam suscepisse confessus, & mulier scripsisse documento conuicta non leui, ceruicibus interiere præcisus. Hisq; punitis quaestiones longe serpebāt, uexatq; multi nocentes sunt, & innocentes. Inter quos etiam Valentinus ex Primicerio protectoris tribunus, ut conscius inter complures alios tortus aliquoties superuixit, penitus quid erat gestum ignorans. Ideoq; ad iniuriæ periculiq; compensationem, ducis in Illyrico meruit potestatem. Erat autem

Erat autem idem Barbatio subagrestis arrogatisq; propositi, ea re multis exosus, q; & dum Domesticos Protectores sub Gallo regeret Cæsare, proditor erat & perfidus. et post eius excessum nobilioris militiæ fastu elatus, in Iulianum itidem Cæsarem paria confingebat, crebroq; detestantibus bonis sub Augusti patulis auribus multa garriebat & sæua. ignorans profecto uetus Aristotelis sapiens dictum, qui Callisthenem sectatorem & propinquum suum ad Regem Alexandrum mittens, ei sæpe mandabat, ut q̄rarissime & iucunde apud hominem loqueretur, uitæ potestatem & necis in acie linguæ portantem. Ne sit hoc mirum, homines profutura discernere nonnunquam & decencia, quorum mentes cognatas cælestibus arbitramur, animalia ratione carentia salutem suam interdum alto tueri silentio solent. Vt exemplum est hoc perq̄ notum. linquentes Orientem grues ob calorem, plagamq; petentes occiduam, cum montem penetrare cœperint Taurum aquilis abundantem, timentes fortissimas uolucres, rostra lapillis occludunt, ne eis eliciat uel necessitas extrema clangorem. hisdemq; collibus agiliore uolatu transcursis proiiciunt calculos, atque ita securius pergunt. Dum apud Sirmium hæc diligentia quærantur impensa, Orientis Fortunam periculorum terribilis tuba inflabat. Rex enim Persidis, ferarum gentiū quas placarat adiumentis accinctus, augendiq; regni cupiditate supra homines flagrans, arma uiresq; parabat & cōmeatus, consilia tartareis Manibus miscens, & præscitionis omnes cōsulens de futuris. Hisq; satis collectis, puadere cuncta prima uerni temperie cogitabat. Et cum hæc primo rumores, dein nuncii certi perferrent, omnesq; suspensos aduentantium calamitatum complicaret magna formido, Comitensis Fabrica, eandem incudem (ut dicitur) diu noctuq; tundendo, ad spadonum arbitrium, Imperatori suspicaci ac timido intendebat Vrsicinum uelut uultus gorgonei toruitatem. hæc sæpe taliaq; replicans, q; interempto Siluano, quasi penuria meliorum ad tuendas partes Eoas de nouo missus, altius anhelabat. Hac autem assentandi nimia fœditate mercari complures nitebatur Eusebii fauorem Cubiculi tunc Præpositi, apud quem sui reditus debebat multa Constantius. post id antedicti Magistri equitum salutem acriter impugnantis, ratione bifaria, q; omnium solus nec opus eius agebat ut ceteri, & demū se non crederet Antiochiæ, quam molestissime flagitabat, qui, ut coluber copia uirus exuberans, natorum multitudinem etiam tum ægre serpentium excitans ad nocendum, emittebat cubicularios iam adultos, ut inter ministeria uitæ secretioris, gracilitate uocis semper puerilis & blandæ, apud principis aures nimium patulas, existimationem uiri fortis inuidia graui pulsarent. Et breui iussa fecerunt. Horum & similibus tædio, iuuat ueterem laudare Domitianum. Qui licet patris fratrisq; dissimilis, memoriam nominis sui inexpiabili detestatione perfudit, tamen receptissima inclaruit lege, qua minaciter interdixerat, ne intra terminos iurisdictionis Romanæ castraret quisq; puerum. Quod ni contigisset, quis eorum ferret examina, quorum paucitas difficile toleratur? Actum est tamen cautius, ne ut fin-

gebat, rursus

gebat, rursus accitus idem Vrsicinus metu cuncta turbaret, sed cum fors copiam detulisset, raperetur ad mortem. Hæc operientibus illis & ancipiti cogitatione districtis, nobis apud Samosatam Comageni quondam regni clarissimam sedem parumper morantibus, repente noui motus rumoribus densis audiuntur & concretis, quos docebit orationis progrediens textus. Antonius quidam ex mercatore opulento Rationarius Apparitor, Mesopotamiæ ducis tunc Protector, exercitatus & prudens, perq; omnes illas notissimas terras, auiditate quorundam nexus ingentibus damnis, cum iurgando contra potentes se magis magisq; iniustitia frangi contemplaretur, ad defendendam potioribus gratiam, qui spectabant negocium inclinatis, ne contra acumina calcitraret, flexit se in blandicias molliores. confessusq; debitum per colludia in nomen fisci translatum, iamq; ausurus immania rimabatur tectus us Reip. mēbra totius, & utriusq; linguæ literas sciens, circa ratiocinia uersabatur. qui, uel quæ uirium milites, ubi agant, uel procinctus tempore quos intueretur describens, itidem armorum & cōmeatum copiam, aliaq; usui bello futura, an abunde suppetant, indefessa sciscitatione percontans. Et dum totius Orientis didicisset interna uirorum, stipendiiq; parte maxima per Illyricū distributa, ubi destinabatur ex negociis seriis Imperator, allapsura iam præstituto die soluendæ pecuniæ, quam per syngrapham deberè se confiteri uim metuq; compulsus est, cum omnibus se prospiceret undique periculis opprimendum, Largitionum comite ad alterius gratiam infestius perurgente, fugam ad Persas cum coniuge, liberisq; & omni uinculo caritatum ingenti molimine conabatur. atque ut lateret stationarios milites, fundum in Hiaspide, qui locus Tigridis fluentis alluitur, precio non magno mercatur. Hocq; cōmento cum nullus causam ueniendi ad extremas Romani limitis partes iam possessorem cū plurimis, auderet exigere, per familiares fidos peritosq; nandi, occultis sæpe colloquiis cum Sapore habitis, qui tractus omnes aduersus duces potestate tunc tuebatur, & antea cognitus, missus à Persicis castris auxilio uirorum perniciousum lembis impositus, cum omni penatum dulcedine nocte concubia transfretat, res contraria spe Zopyri illius similis Babylo-niæ proditoris. Rebus per Mesopotamiam in hunc statum deductis, Palatina cohors palinodiam in exitium concinens nostrum, inuenit tandem amplā nocendi fortissimo uiro, auctore & incitatore cœtu spadonū, qui feri & auidi semper, carentesq; necessitudinibus cæteris, diuitias solas ut filiolas iucundissimas amplectuntur. Stetitq; sententia, ut Sabinianus uir quidem senex & bene nūmatus, sed imbellis & ignauus, & ab impetrada Magisterii dignitate per obscuritatem adhuc lōge discretus, præficiendis Eois partibus mitteretur. Vrsicinus uero curaturus pedestrem militiā, & successurus Barbationi ad Comitatu reuerteretur, quò præsens rerū nouarum auidus concitor, ut iactabant, a grauibus inimicis & metuēdis incessetur. Dū hæc in castris Constantii quasi per lustra aguntur & scenā & diribitores uenundatæ subito potestatis, precii per potiores diffundit, indomos Antonius ad Regis hyberna per-

ductus

ductus auenter suscipitur, & apicis nobilitatus auctoritate (quo honore participantur mensæ regales, & meritorum apud Persas ad suadendum, ferendasque sententias in concionibus ora panduntur) non contis, nec remulco (ut aiunt) id est, non flexiloquis ambagibus, uel obscuris, sed uelificatione plena in Remp. ferebatur. eundemque incitans Regem (ut quondam Maharbal lentitudinis increpans Hannibalem) posse eum uincere, sed uictoria uti nescire, assidue prædicabat. Educatus enim in medio, ut rerum omnium gnarus, auditorum nactus uigilias, eius sensus & aurium delinimenta captantes, nec laudantium, sed secundum homericos Phæacas cum silentio admirantium, iam inde quadringenti fere anni memoria replicabat, post bellorum assiduos casus, & maxime apud Helæam & Synadā, ubi acerrima illa nocturna concertatione pugnatum est, nostrorum copiis ingenti strage confossis, quasi dirimentā quodam medio faciali Persas nondum Edissam, nec pontes Euphratis tetigisse uictores, quos armipotencia fretos, successibusque magnificis ita dilataste decuerat. arent eo maxime tempore, quo diuturnis bellorum ciuiliū motibus sanguis utrinque Romani roboris fundebatur. His ac talibus subinde inter epulas habitis, perfuga ubi de apparatu bellorum & feriis rebus apud eos Graiorum more ueterum consultatur, Regem incendebat ardentem, ut exacta hyeme statim arma, fretus fortunæ suæ magnitudine, concitaret. ipse quoque in multis ac necessariis operam suam fidenter promittens. Sub hisdem fere diebus Sabinianus adepta repentina potestate sufflatus, & Ciliciæ fines ingressus, decessori suo principis literas dedit, hortantis ut ad Comitatum, dignitate afficiendus superiore, citius properaret, eo necessitatum articulo, quo etiam si apud Thulem moraretur, Vrsicinus acciti eum magnitudine rerum ratione probabili flagitabat, utputa disciplinæ ueteris, & longe usu bellandi artis persicæ scientissimum. Quo rumore prouinciis percitis, ordine ciuitatum, & populi decretis & acclamationibus densis, iniecta manu detinebatur penes se publicum defensorem. memores, quod relictus ad sui tutelam, cum inerti & umbratili milite nihil amiserat per decennium, simul metuentes salutem, quo tempore dubio remoto illo aduenisse hominem comperebant inertissimum, credimus. Neque enim dubium est, per uarios aëriosque tramites Famam præpetem uolitare. cuius indicio hæc gesta pandente, consilioque apud Persas summa præponebat. & multis ultro citroque deliberatis placuit, Antonio suadente, ut Vrsicino procul amoto, despectoque nouello duce, post habitis ciuitatum perniciosis obsidiis, perrumperetur Euphrates, ireturque prorsus, ut occupari possit prouincia (fama celeritate præuenta) omnibus ante bellis, nisi temporibus Gallieni, intacta, paceque longissima locupletis, cuius rei, prosperante deo, ductorem commodissimum fore spondebat. Laudato firmatoque concordii omnium uoluntate consilio, conuersus ad ea quæ erant citius congerenda, commeatus, milites, arma, cæteraque instrumenta, quæ poscebat procinctus aduentans, perpetua hyeme parabatur. Nos interea paulisper cis Taurum morati, ex imperio ad partes Italiæ festinantes, prope flumen uenimus

men uenimus Hebrum ex Odryfarum montibus decurrentem. ibique principis scripta suscepimus, iubentia omni cautione posthabita reuerti Mesopotamiam sine apparitione, nullam expeditionem curaturi periculosam, ad alium omni potestate translata. Quod ideo per molestos formatores imperii struebatur, ut si Persæ frustra habitis redissent ad sua, ducis noui uirtuti facinus assignaretur egregium. si fortuna sequior ingruisset, Vrsicinus reus proditor Reip. deferretur. Agitata itaque summa rationis diu contati, reuersique fastidii plenum Sabinianum inuenimus, hominem mediocris staturæ, & parui angustique animi, uix sine turpi metu sufficientem ad leuem conuiuium, nedum prælii strepitum perferendum. Tamen cum speculatores, apparatus omnes apud hostes feruere Constantii, aduersatione perfugis concinentibus affirmabant, oscitante homunculo, Nisibin prope uenimus utilia paraturi, ne dissimulantes obsidium Persæ ciuitati superuenirent incautæ. Dumque intra muros maturanda perurgerentur, fumus micantesque ignes assidue tacita per castra Maurorum & Silara & conlita reliqua adusque ciuitatem continui per lucebant solito crebriores, erupisse hostium uastatorias manus superato flumine permonstrantes. Qua causa ne occuparentur itinera, celeri cursu prægressi, cum ad secundum lapidem uenissemus, liberali forma puerum Torquatum, ut coniectabamus, octennem, in aggeris medio uidimus eiulantem, ingenui cuiusdam filium, ut aiebat, quem mater dum imminentium hostium terrore percita fugeret, impeditior trepidando reliquerat solum. Hunc dum imperatu ducis miserati commotique, impositum equo præ me ferens, ad ciuitatem reduco, circumuallato murorum ambitu, prædatores latius uagabantur. Et quia me obsidionales erumnæ terrebant, intra semiclausam posticam exposito puero, nostrorum agmen agilitate uolucris repetebam exanimis. nec multum fuit quin caperer. Nam eram abditus, dum quendam tribunum fugientem cum calone ala sequeretur hostilis, lapsoque per fugam domino seruum deprehensum. Cum ergo rapido ictu Transtem interrogassent, quis nam profectus sit iudex? audissentque Vrsicinum pauloante urbem ingressum, montem Izalam petere, inuicem in unum coacti complures, nos irrequietis cursibus sectabantur. Quos cum iumentum agilitate progressus, apud Amudum munimentum infirmum dispersis per pabulum equis recubantes nos securius inuenisset, porrecto extensus brachio, & summitatibus sagi contortis elatus, adesse hostes signo solito demonstrabam. iisdemque iunctis impetu communi ferabar, equo iam fatiscente. Terrebat autem nos plenilunium noctis, & planicies supina camporum, nulla, si occupasset arctior casus, latibula præbere sufficiens. ubi nec arbores, nec fruteta, nec quicquam præter herbas humiles uisebat. Excogitatum est ergo, ut ardente superposita lapade, & circumligata, ne rueret, iumentum solum, quod eam uehebat, solutum sine rectore leuoribus ire permitteretur. cum nos ad montanos excessus dextera positos tenderemus. Ut prælucere serbasem facem duci lenius gradienti Persæ credentes, eum tenerent potissimum cursum. Quod nisi fuisset præuisum, circumuenti & capti sub diti-

onem ueniffemus hostilem. Hoc extracti periculo, cū ad nemorosum quendam locum uineis arbutisq; pomiferis confitū Meiacarire nomine ueniffemus, cui fontes dedere uocabulū gelidi, lapsis accolis omnibus, solum in remoto secessu latentem inuenimus militem, qui oblatu duci & loquutus uaria præ timore, ideoq; suspectus, adigente metu qui intentabatur, pandit rerum integram fidem, docetq; q; apud Parisios natus in Galliis & equestri militans turma uindictam quondam cōmissi facinoris timens, ad Persas abierat profugus. exindeq; morum probitate spectata, fortitus coniugem, liberisq; susceptis, speculatorem se missum ad nostra saepe ueros nuncios reportasse. At nunc se à Tanapore & Hobodario optimatibus missum, qui caeteruas ductauerant prædatorum, ad eos redire quæ didicerat perlaturum. Post hæc adiectis, quæ agi in parte diuersa norat, occiditur. Proinde curarum crescente solitudine, inde passibus citis Amidam pro temporis copia uenimus ciuitatem, postea secutis cladibus inclytam. quo reuersis exploratoribus nostris in uaginæ internis figuris notarum membranam repperimus scriptam à Procopio ad nos perferri mandata, tanq̄ Legatum ad Persas antea missum cum Comite Luciliano, prædici hæc consulto obscurius indicantem, ne captis baiulis, sensuq; intellecto scriptorum, excitaretur materia furentissima, amandatis procul Graiorum Legatis, forsitan & necandis Rex Flongeuus nō cōtentus Helleponto, iūctis Granici & Rhyndaci pontibus, Asiam cum numerosis populis peruasurus adueniet suo pte ingenio irritabilis & asperrimus, auctore & incensore Hadria quondam Romani principis successore, actum & conclamatum est, ni cauerit Græcia. qui textus significabat Persarū Regem, transitis fluminibus Anzaba & Tigride, Antonio hortante dominium Orientis affectare totius. His ob perplexitatem nimiam egerrime lectis, consilium suscipitur prudens. Erat eo tempore Satrapa Cordubena, qui obtemperabat potestati Persarum, Iouinianus nomine appellatus, in solo Romano adolescens, nobiscum occulte sentiens, ea gratia, q; obfidatus sorte in Syria detentus, & dulcedine liberalium studiorum illectus, remeare ad nostra ardenti desiderio gestiebat. Ad hunc missus ego cum centurione quodam fidissimo, exploratus noscendi gratia quæ gerebatur, per auis os montes angustiasq; præcipites ueni. Visusq; & agnitus, comiterq; susceptus, causam præsentia meæ, uni illi confessus, adiuncto taciturno aliquo locorū perito, mittor ad præcellas rupes exinde longe distantes. unde, nisi oculorum deficeret acies, ad quinquagesimū usque lapidem, quod suis etiā munitissimū apparebat. Ibi morati integrum biduū, cum sol tertius affulisset, cernebamus terrarum omnes ambitus subiectos, quos Orizontas appellamus, agminibus opletos innumeris, & antegressum Regē uestis claritudine rutilantem, quem iuxta leuus incedebat Grambates Chionitarum Rex nobilis, ætate quidem media, rugosisq; mēbris, sed mente quadā grandifica, multisq; uictoriarum insignibus nobilis. dextera Rex Albanorum, pari loco atque honore sublimis. post hunc uariū auctoritate & potestate eminentes erant.

quos

quos ordinum omnium multitudo sequebatur, ex uicinarum gentium roboribus lecta, ad tolerandam rerum asperitatem diuturnis casibus erudita. quosq; nobis Doriscum Thraciæ oppidum, & agminatim intra conseptra exercitus recensitos Græcia fabulosa narrabit. cum nos cauti, uel ut uerius dixerim, timidi, nihil exaggeremus, præterita fidei testimonia neque dubia neq; incerta monstraturi. Postq̄ Reges Niniuenæ Hadiabenē ingenti ciuitate transmissa, in medio pontis Anzabæ hostiis cæsis, extisq; prosperantibus transire lectissimi, coniectantes nos residuā plebem omnem agræ penetrare post triduum posse, citius exinde ad Satrapen reuersi quieuimus, hospitibus officiis recreati. Vnde per loca itidem deserta & sola, magno necessitatis ducente solatio, celerius q̄ potuit sperari reuersi, confirmauimus animos hæsitantium, unum è naualibus pontem transisse Reges, absque ulla circuitio ne perdoctos. Extemplo igitur equites citi mittuntur tum ad Cassianum Mesopotamiæ ducem, rectoremq; prouinciæ, tum Euphronium, compulsiuri agrestes cum familiis & pecoribus uniuersis ad tutiora transire, compelli & agiliter deferi Carras oppidum inualidis circūdatum muris. super his campos omnes incendi, ne pabulorum suppeteret copia. His imperatis sine mora completis, iniecto igne furentis elementi uis maxima frumenta omnia cum iam stipula flauenti turgerent, herbasq; pubentes ita contorruit, ut ad usque Euphraten ab ipsis marginibus Tigridis nihil uiride cerneretur. Tunc exultæ sunt feræ complures, maximeq; leones per ea loca sæuientes immaniter, consumi uel cæcari sucti paulatim, hoc modo. inter harundineta Mesopotamiæ fluminum & fruteta leones uagantur innumeri. clementia hymis ibi mollissimæ semper innocui. at ubi Solis radiis exarserit tempus in regionibus æstu ambustis, uapore sideris & magnitudine culicum agitantur, quorum examinibus per eas terras referta sunt omnia. Et quoniam oculos, quasi humida & lucentia mēbra eedem appetunt uolucres, palpebrarum libramentis mordicus insidentes, iidem leones cruciati diutius, aut fluminibus mersi sorbentur, ad quæ remedii causa confugiunt, aut amissis oculis, quos unguibus crebro lacerantes effodiunt, immanius efferefcunt. Quod ni fieret, uniuersus Oriens huiusmodi bestiis abundaret. Dum campi cremantur (ut dictum est) Tribuni cum Protectoribus missi, citerioris ripas Euphratis castellis & præacutis sudibus, omniq; præsidiorū genere cōmunibant, tormenta quæ erant non multū difficilia, locis opportunis aptantes. Dum hæc celerantur, Sabinianus inter rapienda momenta periculorum cōmuniū electissimus moderator belli interneciui, pedū senū sepulcra quasi fundata, cū mortui pace nihil formidās more uitæ remissioris, fluxius agens militari pyrrhico, sonātibus modulis pro histrionicis gestibus in silentio summo delectabatur, ominoso fanè & incepto & in loco. Cum hæc & huiusmodi factu dictuq; tristitia futuros pronunciant motus, uitare optimum quæque debere sæculi progressionem discamus. Interea Reges Nisibi prostratione uili transmissa, incendiis arida nutrimentorum uarietate crescentibus, fugitantes inopiam pabuli,

H ii

sub montium pedibus per ualles gramineas incedebāt. Cūq; Babasē uillam uenissent, unde ad Constantiam usque oppidum, quod centesimo lapide distatur, arefcunt omnia siti perpetua, nisi q; in puteis aqua reperitur, ex illis quid agerent diu cunctati, iamq; suorum duritia fiduciaq; transituri, exploratore fido docente, cognoscūt Euphraten niuib; tabefactis inflatum, late fusis gurgitibus euagari, ideoq; uado nequaquā posse transiri. Conuertuntur ergo ad ea quæ amplectenda fortuita daret occasio, spe concepta præter opinionem exclusi ac proposito pro abrupto reꝝ præsentium statu urgenti consilio Antonius dicere quid sentiat iussus, orditur. flecti iter suadens in dextrum latus, ut per longiorem circuitum, ac omnem rerum usu regionem inferat suos, & consideratione ea qua rectus pergeret hostis, adhuc intactarum castra duo præsidaria Brigantes Ligios peterent sese ductante, ubi tenuis fluius prope originem & angustus, nullisq; adhuc aquis aduenis adolescens facile penetrari poterit ut uadosus. His auditis, laudatoq; suafore & iusso ducere qua norat agmina cuncta, ab instituto itinere conuersa per auium sequebantur. Quo certis speculationibus cognito, nos disposuimus properare Samosatam, ut superato exinde flumine, pontemq; apud Zeugmā & Caperfanam iuncturi, his abscessis hostiles impetus, si iuuisset fors ulla, repelleremus. Sed contigit atrox & silentio omni dedecus obruendum. nāq; duarum turmarū equites circiter septingenti, ad subsidium Mesopotamiæ recens ex Illyrico missi, enerues & timidi, præsidium per eos traductum agentes, nocturnasq; pauentes insidias, ab aggeribus publicis uesperis quodā custodiri magis omnes tramites conuenirent, longius discedebant. Hocq; obseruato, eos uino oppressos & somno, XX millia ferè Persarum Tanfapore & Nobodare ductantibus, nullo prospiciente transgressa, post tumulos celsos uicinos Amidæ occultabantur armata. Moxq; (ut dictum est) cum abituri Samosatam Luce etiā tum dubia pergeremus, oblata quædā specula radiantium armorū splendore præstricti, hostesq; adesse excitatius clamitantes, signo dato, quod ad prælium solet hortari, restitimus conglobati, nec fugā capeffere, cū essent iam in contuitu qui sectarentur, nec congregari cū hoste, equitatu & numero præuallente, & ui indubitate mortis, cautū æstimantes. Deniq; ex ultima necessitate manibus iā conferendis, cum quid agi oporteat cunctaremur, occiduntur quidam nostrorum temere procurfantes, & urgente utraq; parte Antonius ambitiose prægrediens agmina, ab Urficino agnitus & obiurgatorio sono uocis increpitus, proditorq; & nefarius appellatus, sublata tiara quam capiti summo ferebat honoris insigne, desiluit equo, curuatisq; mēbris humum uultu penè contingens salutauit, patronum appellans & dominum, manus post terga connectens, quod apud Assyrios supplicis indicat formam. Et ignosce mihi, inquit, amplissime Comes, necessitate non uoluntate ad hæc quæ noui scelesti prolapsus, egere me præcipitem flagitatores, ut nosti, quorum auaritiæ ne tua quidem excelsa illa fortuna, propugnans miseris meis, potuit refragari. Simul hoc dicens, è medio prospectu abscessit, non auersus,

sed dum

sed dum euanesceret, uerecunde retrogradiens, & pectus ostentās. Quæ dum in curriculo semihoræ aguntur, postsignani nostri qui tenebant æditiora collis, exclamant, aliam cataphractorum multitudinem equitum ponè uisam celeritate q̄ maxima propinquare. Atque, ut in rebus solet afflictis, ambigentes cui nā deberet aut possit occurri, trudente pondere plebis immensæ, passim qua cuiq; proximum uidebatur, diffundimur uniuersi. Dumq; se quisq; expedire discrimine magno conatur, sparsim disiecti hosti concursatori miscemur. Itaque sprete iam uiuendi cupiditate fortiter decernentes, ad ripas pellimur Tigridis alte excisas. Vnde quidam præcipites pulsī, implicantibus armis hæserunt ubi uadosus est amnis. alii lacunarum hausti uertigine uorbantur. nonnulli cum hoste congressi uario euentu certabant. quidam cuneorum densitate perterriti, petebant proximos Tauri montis excessus. Inter quos dux ipse agnitus, pugnantumq; mole circūdatus, cum Aiādalthē tribuno, caloneq; uno, equi celeritate ereptus abscessit. Mihi, dum auis ab itinere comitum quid agerem circūspicio, Verinianus Domesticus Protector occurrit, femur sagitta confixus, quam dum auellere obtestante collega conarer, cinctus undiq; antecedentibus Persis, ciuitatem petebam anhelos cursu, rependo ex eo latere quo incessabamur in arduo sitam, unoq; ascensu per angusto meabilem, quem scissis cautibus molinæ ad calles arcandas educta densius constringebant. Hic mixti cum Persis, eodem ictu procurrentibus ad superiora nobiscum, adusq; ortū alterius Solis immobiles stetimus, ita conferti, ut cælorum cadauera multitudine fulta reperire tuendi spacium nusq; possent, utq; miles ante me quidam discriminato capite, qd̄ in æquas partes ictus gladii fiderat ualidissimus, in stipitis modum undiq; coarctatus hæreret. Et licet multiplicia tela per tormentorum omnia genera uolarent è propugnaculis, hoc tamen periculo murorum nos propinquitas eximebat. Tandemq; per posticam ingressus, refertam inueni confluentem ex finitimis uirile & muliebre sexu. nam & casu illis ipsis diebus in suburbanis peregrina commercia, circumacto anno solita celebrari, multitudo conuenarum augebat agrestium. Interea sonitu uario cuncta miscentur, partim amissa gementibus, aliis cū exitio faucis, multis caritates diuersas, quas præ angustis uidere non poterant, intuoantibus. Hanc ciuitatem, olim perq̄ breuem, Cæsar etiam tum Constantius (ut accolæ suffugiū possint habere tutissimum) eo tempore quo Antoninopolim oppidum aliud struxit, turribus circūdedit amplis & mœnibus. locatoq; ibi conditorio muralium tormentorum, fecit hostibus formidatam, suoq; nomine uoluit appellari. et latere quidem australi geniculato Tigridis meatu subluitur, propius emergentis. quæ Euri opponitur flatibus, Mesopotamiæ plana despectat. unde Aquiloni obnoxia est, Nymphæo amni uicina, uerticibus Taurinis umbra turgentes Transi-gritana dirimentibus & Armeniam. spiranti Zephyro controuersa, Gumatheua contingit regionem uberem, & cultu iuxta fœcundam. in qua uicus est Abarne nomine, hospitalium aquarum lauacris calentibus notus. In ipso au-

H iii

tem Amidæ medicullio sub arce fons diues exudat, potabilis quidem, sed uaporatis æstibus nonnunq̄ fœtens. Cuius oppidi præsidio erat semper quinta Parthica legio destinata, cum indigenarum turma non contemnenda. Sed tunc ingruentem Persarum multitudinem sex legiones raptim percursis itineribus antegressæ muris asistere firmissimis, Magnentiaci, & Decentiaci (quos post consumatos ciuiles procinctus, ut fallaces & turbidos, ad Orientem uenire cōpulsit Imperator, ubi nihil præter bella timetur externa) et Tricentimani, Decimaniq̄, Fortenses, & Superuentores, atque Præuentores cum Eliano iam Comite. Quos tyrones dum etiã nouellos hortantem, memorato adhuc protectore erupisse Singara fusos, Persasq̄ in somnum retulimus trucidasse complures. Aderat Comitum quoque Sagittariorum pars maior, equestres uidelicet turmæ ita cognominatæ, ubi merent omnes ingenui Barbari, armorum uiriumq̄ fortitudine inter alios eminentes. Hæc dum primi impetus conatibus agminatim superatis, Rex cum populo suo gentibusq̄, quas ductabat, aberrasse loco itinere flexo dextrorsus, ut monuerat Antonius per Hermunduros in Ceracates, & Charchaten inde transiturus Amidam, cum propè castella Romana uenisset, quorum unum Reman, alterum Busan appellatur, perfugarum indicio didicit multorum opes illuc transferri, ut in monumentis præcellis & fidis, additumq̄ est, ibi cum suppellectili præciosa inueniri sceminam pulchram cum filia paruula, Craucasinibenam cuiusdam uxorem, municipali ordine, genere, fama, potentiaq̄ circumspecti. Auiditate itaque rapiendi aliena festinans, petit impetu fidenti castella, unde subita animi consternatione defensores armorumq̄ uarietate præstricti, cunctos prodidere qui ad præsidia confugerunt, & degredi iussi, confestim clauas obtulere portarum, patefactisq̄ aditibus, quicquid ibi congestum erat, eruitur. Et productæ sunt attonitæ metu mulieres, & infantes matribus implicati, graues erumnas interniti tenerioris ætatis experti. Cumq̄ Rex percontando, cuius nam coniux esset? Craucasiniperisset, uim in se metuentem propè uenire permisit intrepidam, & uisam opertamq̄ absque ornatu, ipsa atro uelamine certiore iam spe mariti recipiendi, & pudoris inuolati mansuri benignius confirmauit. Audiens em̄, coniugem miro eius amore flagrare, hoc præmio nisibenam se prodicionem mercari posse arbitrabatur.

Inuentas tamen alias uirgines Christiano ritu cultui diuino sacratas, custodiri intactas, & religioni seruire solito more nullo uetante præcepit,

lenitudinem profecto in tempore simulans, ut omnes quos ante

hac diritate crudelitateq̄ terrebat, sponte sua metu remoto

uenirent, exemplis recentibus docti, humani

tate eum & moribus iam placidis

magnitudinem tempe

rasse Fortunæ.

AMMIANI MARCELLINI

RERVM GESTARVM

LIBER DECIMVS

NONVS



HOC miseræ nostrorum captiuitatis euentu Rex lætus, successusq̄ operiēs similes, egressus exinde paulatimq̄ incedens, Amidam die tertio uenit. Cumq̄ primum aurora fulgeret, uniuersa quæ uideri poterant, armis stellantibus coruscabāt, ac ferreus equitatus campos oppleuit & colles. Insidens autē equo, ante alios celsior ipse præibat agminibus cunctis, aureum capitis arietini figmentum interstinctum lapillis pro diademate geltans, multiplici uertice dignitatum & gentium diuersarum comitatu sublimis. Satisq̄ eum constabat colloqui otenus defensores mœnium tentaturum, aliorum Antonii consilio festinantem. Verum cælesti nomen ut Romanæ rei totius erumnas unius regionis concluderet, ambitum adegerat, in immensum se extollentem, credentemq̄ q̄ uiso statim obsessi omnes metu exanimati supplices uenirent in preces, portis obequibat, comitante cohorte regali. Qui dum se propè confidentius inserit, ut etiam uultus eius possit aperte cognosci, sagittis missilibusq̄ cæteris obdecora petitus insignia corruisset, ni puluere iaculantium adimente conspectum, parte indumenti tragule ictu discissa, editurus postea strages innumeras, euasisset. Hinc quasi in sacrilegos uiolati sæuiens templi, temeratumq̄ tot Regum & gentium dominum prædicans, eruendæ urbis apparatu nisibus magnis instabat, & orantibus potentissimis ducibus, ne profusus in iram à gloriōsis descisceret cœptis, lenissima tum petitione placatus, postridie quoq̄ sup deditioe moneri decreuerat defensores. Ideoq̄ cū prima lux aduenisset, Rex Chionitæ Grambates fidenter operā nauaturus tendebat ad mœnia, Cum Romanorū manu promptissima stipatorū. Quem ubi uenientem iā telo forte contiguū contemplator peritissimus aduertisset, contorta balista filiū eius primæ pubis adolescentem, lateri paterno hærentem, torace cū pectore perforato profudit, proceritate & decore corporis æqualibus antestantem. Cuius occasu in fugam dilapsi populares eius omnes, moxq̄ ne raperetur ratione iusta regressi, numerosas gentes ad arma clamoribus dissonis cōcitarūt. Quarū concursu ritu grandinis hincinde conuolantibus telis atrox cōmittit pugna, & post interneciua certamina adusq̄ finem diei protenta, cum iam noctis esset initium, per acruos cælorum & scaturigines sanguinis ægre defensum

ealigine tenebrarum extrahitur corpus. ut apud Troiam quondam super
 comite thessali ducis exanime acies Marte acerrimo conflixerunt. Quo fu-
 nere regia mœsta, & optimatibus uniuersis cum parente subita clade percul-
 sis, indicto iustitio iuuenis nobilitate commendabilis & dilectus, ritu natio-
 nis propriæ lugebatur. Itaque ut armari solebat, elatus in amplo quodam
 suggestu locatur & celso, circaque eum lectuli decem sternuntur figmenta uehen-
 tes hominum mortuorum, ita curate polita, ut imagines essent corporibus
 similes iam sepultis. Ac per dierum spacium septem, uir quidem omnes per
 contubernia & manipulos epulis indulgebant saltando, & cantando trititia
 quædam genera neniarum, regium iuuenem lamentantes. Fœminæ uero mi-
 serabili planctu in primæuo flore succisam spem gentis, solitis fletibus con-
 clamabant. ut lachrymare cultrices Veneris sæpe spectantur in solennibus
 Adonidis sacris, quod simulacrum aliquod esse Phrygum adularum religio-
 nes mysticæ docent. Post incensum corpus ossaque in argenteam urnam con-
 tecta, quæ ad gentem humo mandanda portari statuerat pater, agitata sum-
 ma consiliorum, placuerat busto urbis subuerse expiare perempti iuuenis ma-
 nes. Nec enim Grambates inulta unci pignoris umbra, ire ultra patiebatur.
 biduoque ad ocium dato, ac missis abunde qui pacis modo patentes agros pin-
 gues cultosque uastarent, quinquies ordine multiplicato scutorum cingitur
 ciuitas. ac tertiæ principio lucis corusci globi turmarum impleuerunt cun-
 cta, quæ prospectus humanus potuit undique contueri. Et sorte loca diuisa
 clementi gradu incedentes ordines occuparunt. Persæ, omnes murorum
 ambitus obsidebant. pars quæ Orientem aspectabat, Chionitis eucnit,
 qua funestus nobis ceciderat adolescens. cuius meridiano lateri sunt desti-
 nati. tractum seruabant Septentrionis Albani. occidentali portæ oppositi
 sunt Segestani, acerrimi omnium bellatores. Cum quibus elata in arduum
 specie elephantorum agmina, rugosis horrenda corporibus, leniter incede-
 bant armatis onusta, ultra omnem diritatem tetri spectaculi formidanda, ut
 retulimus sæpe. Cernentes populos tam indomitos, ad Urbis Romanæ incen-
 dium diu quæsitos, in nostrum conuersos exitium, salutis rara desperatione
 gloriosos uitæ exitus, deinde turbamus, iamque omnibus nobis optatos. A so-
 lis itaque ortu usque ad diei ultimum acies immobiles stabant ut fixæ, nullo
 uariato uestigio, nec sonitu uel equorum audito hinnitu. eademque figura di-
 gressi qua uenerant, cibo recreati & somno, cum superesset exiguum noctis,
 æneatorum clangore ductante, urbem ut mox casuram terribili corona cin-
 xerunt. Vixque ubi Grambates hastam infectam sanguine, ritu patrio, nostrique
 more coniecerat sæcialis, armis exercitus concrepans inuolat in muros. con-
 festimque lachrymabilis belli turbo crudescit, rapido turmarum processu in
 procinctum alacritate omni tendentium, & contra acri intentaque occurfatione
 nostrorum. Proinde diffractis capitibus multos hostium scorpionum iactu
 moles saxæ colliserunt. Alii traieci sagittis, pars confixi tragulis humum
 corporibus obstruebant uulnerati, Alii socios fuga præcipiti repetebant. Nec
 minores

minores in ciuitate luctus aut mortes, sagittarum creberrima nube auram spissa
 multitudine obumbrante, tormentorumque machinis (quas direptas in Gaza
 possederant Persæ) uulnera inferentibus plura. namque uiribus collectis pro-
 pugnator omnia uicissim certamina repetens, in maximo defendendi ardore
 faucii perniciose cadebant, aut laniati uiolendo stantes proxime subuertebant,
 aut certe spicula membris infixi uiuentes adhuc, uellendi peritos queritabant. Ita
 strages stragibus implicatas, & ad extremum usque diei productas, ne uespertine
 quidem hebetauerant tenebræ. ea re, que obstinatione utrinque magna decerne-
 batur. Agitatis itaque sub onere armorum uigiliis, resultabant altrinsæcus exor-
 tis clamoribus colles. nostris uirtutes Constantii Caesaris extollentibus. ut
 omnium regum & mundi Persis Saporem & achemenem appellantibus & arto-
 xerxen, quod Rex Regibus imperans, & bellorum uictor, interpretatur. Ac priusquam
 lux occiperet, signo per lituos dato, ad fortiorem similitum præliorum excitæ un-
 dique inestimabiles copiarum in modum altitum ferebantur. Unde longe & late pro-
 spici poterat, campis & conuallibus nihil præter arma micantia ferarum gentium
 demonstrantibus. Moxque clamore sublato, cunctis temere prorumpentibus,
 telorum uis ingens uolabat e muris. utque opinari dabatur, nulla frustra mit-
 tebantur inter hominum cadentia densitatem. Tot enim nos circumstantibus
 malis, non obtinendæ causa salutis (ut dixi) sed fortiter moriendi studio fla-
 grabamus. Et a diei principio adusque lucem obscuram neutrobi prælio incli-
 nato, ferocius quam consultius pugnabatur. Exurgebant enim terrentiumque clamo-
 res, ut præalacritate consistere sine uulnere quisquam uix possit. Tandemque nox
 finem cædibus fecit, & satias erumnarum inducias partibus dederat longio-
 res. Vbi enim quiescendi nobis tempus est datum, exiguas, quæ supererant,
 uires, continuus cum insomnio labor assumpsit, sanguine & pallente expi-
 rantium facie perterrente. quibus ne suprema quidem humandi solatia tri-
 bui sinebant angustiarum spaciorem intra ciuitatis ambitum, non nimium am-
 plæ legionibus septem, & promiscuæ aduenarum ciuiumque sexus utriusque
 plebi, & militibus aliis paucis adusque numerum millium XX concitis inclusis.
 Medebatur ergo suis quisque uulneribus pro possibilitate, uel curantium co-
 pia. cum quidam grauius faucii cruore exhausto spiritus reluctantes efflarent.
 alii confossi mucronibus prostrati, animis in uentum solutis proiciebantur
 extincti. aliquorum foratis undique membris mederi periti uetabant, ne offen-
 sionibus cassis animæ uexarentur afflictæ. Nonnulli uellendis sagittis in an-
 cipi curatione grauiora morte supplicia perferebant. Dum apud Amidam hæc
 partium destinatione pugnatur, Vrsicinus mœrens que ex alterius pendeat
 arbitrio, auctoritatis tunc in regendo milite potioris, Sabinianum etiam tum
 sepulcris hærentem crebro monebat, ut compositis uelitaribus cunctis, per
 imos pedes montium occultis itineribus properaret, quo leuium armo-
 rum auxilio (qua fors iuisset) stationibus interceptis nocturnas hostium
 aggredierentur excubias, quas ingenti circuitu uallauerant, aut lacessitioni-
 bus crebris occuparent, obsidioni fortiter adhærentes. Quibus Sabinianus
 renitebatur

renitebatur ut noxius, palam quidem literas imperiales prætendens, intacto ubique milite, quicquid geri potuisset, impleri debere aperte iubentes. clam uero corde altissimo retinens, sæpe in Comitatu sibi mandatum, ut amplam omnem adipiscendæ laudis decessori suo ardenti studio gloriam circūcideret. etiam ex Rep. processuram. adeo uel cum exitio prouinciarum festinabatur, ne bellicosus homo memorabilis alicuius facinoris auctor nunciaretur, aut socius. Ideoq; his attonitus malis, exploratores ad nos sæpe mittendo (licet ob custodias arctas nullus facile oppidum poterat introire) & utilia agitando complura, nihil proficiens, ui sæuebat, ut leo magnitudine corporis & toruitate terribilis inclusos intra retia catulos periculo ereptum ire non audens. Sanguinibus ademptis & parentibus in ciuitate, ubi sparforū per uias cadauerum multitudo humandi officia superaret, pestilentia tot malis accessit, uerminantium corporum lue tabifica, uaporatis æstibus, uarioq; plebis languore nutrita. Quæ genera morborū unde oriri soleant, breuiter explicabo. Nimietatem frigoris, aut caloris, uel humoris, uel siccitatis, pestilentias gignere philpophi & illustres medici tradiderunt. Vnde accolentes loca palustria uel humectata, est iocularis casus & similia perferunt. contra, confines caloribus tempore febrium arescentes. sed quanto ignis materies cæteris est efficacior, tanto ad perimendum celerior siccitas. Hinc cum decēnali bello Græcia desudaret, ne peregrinus pœnas dissociati regalis matrimonii luctaretur, huiusmodi grassata pernicie telis Apollinis periere complures, qui Sol æstimatur. atque, ut Thucydides exponit, clades illa quæ in Peloponnesiaci belli principiis Athenienses acerbo genere morbi uexauit. ab usq; feruenti Æthiopiæ plaga paulatim proserpens, Atticam occupauit. Aliis placet, auras ut solent, aqua uitiata fœtore cadauerum uel similibus, salubritatis uiolare maximam partem uel certe aëris permutationem subitam ægritudines parere leuiores. Affirmant etiam aliqui terrarum alitu densiore crassatum aëra, emitendis corporis spiraminibus resistentem, necare nonnullos. qua causa animalia præter homines cætera iugiter prona (Homero auctore & experimentis deinceps multis) cum talis inceserit labes, ante nouimus interire. & prima species luis Pandemos appellatur, quæ efficit in aridioribus locis agentes caloribus crebris interpellari. secunda Pidemos, quo tempore ingruens aciem hebetat luminum, & concitat periculosos humores. tertia Loemodes, quæ itidem temporaria est, sed uolucris uelocitate letabilis. Hac exitiali peste quassati, paucis intēperanti æstu consumptis, quos multitudo augebat, tandem nocte quæ diem consequuta est decimum, exiguis imbris dissecto concreto spiritu & crassato, sospitas retenta est corporum firma. Verum inter hæc, inquit Persa uimineis ciuitatem pluteis circūdabat, & erigi aggeres cæpti. turresq; fabricabantur frontibus ferratis excelsæ. quarum fastigiis balistæ locatæ sunt singulæ, ut à propugnaculis propellerent defensores. Leuia tamen per funditores & sagittarios prælia ne puncto quidem cessabant. Erant nobiscum duæ legiones Magnesiæ receptæ ex Galliis tute (ut præ-

diximus)

diximus) uirorum fortium & pernicium, ad palmarios conflictus aptorum, ad eas uero belli artes, quibus stringebamur, non modo inhabiles, sed contra nimii turbatores. Qui cum neq; machinis, neq; in operum constructione iuuantur aliquem, stationibus erumpentes dimicantesq; fidentissime minuto numero reuertebant. tantū proficientes, quantum in publico (ut aiunt) incendio aqua unius hominis manu aggesta. Postremo obseratis portis, precantibusq; Tribunis egredi nequeunt, fredebant ut bestia. Vex sequutis diebus efficacia eorum eminuit, ut docebimus. In semoto loco partis meridiana murisq; despectans fluuium Tigrim, turris fuit in sublimitatem exurgens. sub qua hiabant rupes abscese, ut dispici sine uertigine horrenda nō possent. unde uacantes fornicibus subterraneis per radices montis scalas ad usq; ciuitatis ducebant planiciem. quò ex amnis aluco auriuntur aquæ furtim, ut in omnibus per eas regiones munimentis, quæ contingunt flumina, uidimus affabre polita per has tenebras rupes neglectas oppidano transfuga quodam ductante qui ad diuersam partem descuerat, LXX sagittarii Persæ ex agne regio, arte fiduciaq; præstantes, silentio submoti, defensiq; subito singuli, nocte media ad contignationem turris tertiam ascenderunt. ibiq; occultati, mane sago punici coloris elato, quod erat subeundæ indicium pugnae, cum ex omni parte circūueniri urbem suis copiis inundantibus aduertissent, ex inanitis proiectisq; ante pedes pharetris, clamoris ululatibus incendio tela summa peritia dispergebant. Moxq; acies omnes tensæ terrebant multo infestius q̄ antea ciuitatem, incertos nos & ancipites quibus occurri deberet, instantibus supra multitudini transcensus alarū iā propugnacula ipsa pressanti, diuiditur opera, & translata leuiores quinque balistæ contra turrim locantur. quæ ocyus lignea tela fundentes, nonnunq; binos forabant. è quibus pars grauiter uulnerati ruebant. alii machinarum metu stridentium præcipites acti, laniatis corporibus interibant. Quibus hac celeritate confectis, relatisq; ad loca sueta tormentis, paulo securius moenia omnia concursu defendebantur. Et quoniā augebat curas militum scelestū facinus perfugæ, quasi decurrentes in planum, ita iaculantes diuersa missilia lacertis fortioribus incūbebant, ut uergentem meridiem degentes uulnere acri repulso dissectabāt lacrymantes cum plurimum mortes tentoria repeterent metu. Aspirauit auram quandā salutis fortuna innoxia die cum hostili clade immenso, cuius reliquo tempore ad quietem reficiendis corporibus dato, posteræ lucis initio ex arce innumeram cernimus plebem, quæ Ziata capto castello ad Hosticum ducebatur. ad quem, ut in locum capacissimum & munitum (spacio quippe decem stadiorum ambitur) promiscua confugerat multitudo. Nam etiam alia munimenta iisdem diebus capta sunt & incensa. unde hominū millia extracta complura, seruitura sequebantur. inter quos multi senecta infirmi, & mulieres iam grandæuæ cum ex uariis deficerent causis, itineris longinquitate offensæ, abiecta uiuendi cupiditate, furis uel suffraginibus relinquebantur exectis. Has miserabiles turmas Galli milites cūtuentes rationabili quidem, sed intem-

sed intempestiuo motu, conferendæ cum hostibus manus, copiam sibi dari poscebant. mortem tribunis uetantibus, primisq; ordinibus minitantes, si deinceps prohiberent. Vtq; tentatæ in caueis bestia, tetro pedore acerbius efferatæ, euadendi spe repagulis uersatilibus illuduntur, ita gladiis portas cedebant, quas supra diximus obseratas, admodum anxii ne urbe excisa ipsi quoque sine ullo specioso facinore deleantur, aut exuta periculis nihil egisse opere precium pro magnanimitate gallica memorentur. Licet antea læpe egressi, structoresq; aggerum (confusi quibusdam) impedire conati, paria pertulerunt. Inopes nos consilii, & quid opponi deberet sæuientibus ambigentes, id potissimum (agre eisdem assentientibus) tandem elegimus, ut quomodo ultra ferri non poterant paulisper morati, custodias aggredi permitterentur hostiles, quæ non proculerant à coniectu locati telorum, ut eis perruptis pergerent prorsus. Apparebat enim eos, si impetrassent, strages maximas ædituros. Quæ dum parantur, per uaria certaminum genera desensabantur acriter muri, laboribus & uigiliis & tormentis ad mittenda undiq; saxa telaq; dispositis, duo tamen aggeres celsi, Persarum peditum manu erecti, & expugnatio ciuitatis struebatur operibus lentis. Contra quos nostrorum quoque impensiore cura moles excitabantur altissimæ, fastigio aduersæ celsitudinis æquatæ, propugnatorum uel nimio pondere duraturæ. Inter hæc Galli morarum impatientes, securibus gladiisq; succincti, patefacta sunt egressi postica, obseruata nocte squalida, & interim uocantes celeste presidium, ut propitium adesset & libens, atque ipsum spiritum reprimentes, cum prope uenissent conferti ualido cursu quibusdam stationariis interfecit, exteriores castrorum uigiles, qui in nullo tali metu sopiti, obruncarunt, superuenire ipsum ad Regem, si prosperior esset euentus, occulte meditabantur. Verum audito lixarum ruentium sonitu, gemituq; caesorum discussi omnes, excitatis multis, ad arma pro se quique clamitantes, steterunt milites uestigiis fixis, progredi ultra non ausi. nec enim cautum, deinde expergefatis, quos petebant insidiis, in apertum properauere discrimen. cum iam undiq; frendentium cateruæ Persarum in prælia uenirent accensæ, contra Galli corporum robore, audaciaq; quoad poterant, inconcussis gladiis sectantes aduersas partes, quorum strata uel sagittarum undique uolantium crebritate confixa, cum unum in locum totam periculi molem conuersam, & concurrentium hostium agmina aduertissent, nullo terga uertente, euadere festinabant. & uelut repedantes sub modulis sensim extra uallum protrusi, cum manipulos confertius inuadentes sustinere non possent, tubarum perciti clangore castrensium discedebant. & resultantibus è ciuitate lituis multis portæ panduntur recepturæ nostros, si peruenire illuc usque ualuisent, tormentorumq; machinæ stridebant sine iaculatione ulla telorum, ut stationibus præidentes, post interemptos socios ponere agerentur, ignari urbis oppositi mœnibus nudatis ut uiri fortes susciperentur innoxii. Hac itaque arte Galli portam prope confinia lucis introiere minuto numero, quidam perniciosæ partis

partis leuiter uulnerati, quadringentis ea nocte desideratis. Qui non Rhesium, nec cubitantes pro muris Iliacis Thracas, sed Persarum Regem armatorum centum millibus circuseptum (ni obstitisset uiolentior casus) in ipsis tentoriis obruncarant. Horum campiductoribus, ut fortium factorum antesignanis, post ciuitatis excidium armatas statuas apud Ædissam in regione celebri locari iusserat Imperator. quæ ad præsens seruant intacte. Retectis sequenti luce funeribus, cum inter caesorum cadauera optimates inuenirentur & satrapæ, clamoresq; dissoni fortuna aliâ alibi cum lachrymis indicabant. luctus ubiq; & indignatio Regum audiebatur, arbitratiû per stationes muris obiectas irrupisse Romanos. induciisq; ob hoc tridui datis assensu communi, nos quoque spacium ad respirandum accepimus. Percussæ deinde nouitate rei, efferatæq; gentes, ommissa omni cunctatione operibus quomodo ius minime procedebat, decernere iam cessabant, & concito extremo belli ardore omnes oppetere gloriose iam properabant, aut ruina urbis animis litare caesorum. Iamq; apparatu cunctorum alacritate perfecto, exiliente lucifero, operum uariæ species cum turribus ferratis admouebantur. quorum in uerticibus celsis aptatæ balistæ propugnatores agitantes humiliter disiectabant, & albescente iam die ferrea munimenta membrorum cælum omne subtexunt densitate, acies non inordinatim (ut antea) sed tubarum sonitu leuiter ductante, nullis procurfantibus, incedebant machinarum operi tegminibus, cratesq; uimineas prætendentes. Cumq; propinquantibus ad coniectum uenire telorum oppositis scutis, Persarum pedites sagittas tormentis excussas è muris agrius euitantes laxarunt aciem, nullo penè iaculi genere inuanum cadente, etiam cataphracti hebetati & cedentes, animos auxere nostrorum. Tamen quia hostiles balistæ ferratis impositæ turribus, in humiliora ex supernis ualentes, ut loco dispari, ita euentu dissimili, nostri multo cruore fouebantur. ingruente iam uespera cum requiescerent, cum pars noctis spacium maius consumptum est, ut excogitari possit quicquid exitio ita atroci obiectaretur. & tandem multa uersantibus nobis sedit consilium, quod tutius celeritas fecit, quatuor iisdem balistis scorpiones opponi quidem translatos è regione caute, quæ artis difficillimæ collocantur. lux nobis aduenit mœstissima, Persarum inaniter populos formidatos ostentans, adiectis elephantorum agminibus, quorum stridore, immanitateq; corporum nihil humanæ mentes terribilius cernunt. Cumq; omni ex latere armorum & operum beluarumq; molibus urgeremur, per scorpionum ferreas fundas è propugnaculis subinde rotundi lapides acti, dissolutis turrium coagmentis, balistas earumq; tortores ita fudere præcipites, ut quidam citra uulnere noxas, alii obruti magnitudine ponderum interirent. elephantibus uero magna propulsi, quos flammis coniectis undique circum nexos iam corporibus tactis, gradientesq; retrorsus, retinere magistri non poterant. postq; exustis corporibus nulla quies certaminibus. Rex enim ipse Persarum, qui nunquam ea de certaminibus cogitauit, his turbinum infortunis percitus, nouo & nusquam ante cognito more, præliatoris militis ritu profiliuit in confertos. Et quia conspectior regentium multitudinem procul speculantibus uisebatur, petitus breuitate telorum multis sti-

patoribus stratis abscessit alternatim bello regens acies, & ad extremum diei, nec morientium truci uisu nec uulnerum territus, tandem tempus exiguum tribui quieti permisit. Verum nocte prælia dirimente, somno per breue ociū capto, nitescente iam luce ad potiunda sperata ira & dolore exundans, nec fas ullum præ oculis habiturus, gentes in nos excitabat. Cūq; crematis operibus, ut docueram, pugna per aggeres celsos muris proximos tentaretur, ex aggestis erectis intrinsecus, quantum facere nitiq; poterant nostri, æquis uiribus per ardua resistebant. & diu cruentum prælium stetit, nec metu mortis quisq; ex aliqua parte à studio propugnandi remouebatur, eoq; producta contentione, cum fors partium euentu regeretur indeclinabili, diu laborata moles illa nostrorum uelut terræ quodam tremore quassa procubuit, & tanq; itinerario aggere, uel superposito ponte cōplanatum spatium, quod inter murorum congestamq; forinsecus struem hiabat, præfecit hostibus transiitum, nullis obicibus impeditum. & pars pleraque militum obiectorum oppressa uel debilitata cessabat. Concursum est tamen undiq; ad propulsationem periculi tam abrupti. & festinandi studio, aliis irretientibus alios, audacia hostium ipso successu crescebat. Actis igitur Regis imperio prædatoribus uniuersis, strictoq; cominus ferro, cum sanguis utrobicq; immensis cædibus funderetur, repletę sunt corporibus fossę. latiorq; uia inde pandebatur. & concursu copiarum ardenti iam ciuitate oppleta, cum omnis defendendi uel fugiendi spes esset abscisa, pecorum ritu armati & imbelles sine sexus discrimine truncabantur. Itaque uespera tenebrante, cum adhuc, licet iniqua reluctante fortuna, multitudo nostrorū manu conferta distingueretur, in abstrusa quadam parte oppidi cum duobus aliis latens obscurę præsidio noctis postica, per quam nihil seruabatur, euado. & squalentum peritia locorum, comitūq; adductus celeritate, ad decimum lapidem tandem perueni. In qua statione lenius recreati, cum ire protinus pergeremus, & incedendi nimietate iam superarer ut insuetus, ingenuus ostendit tetrū aspectū, sed lassitudine graui leuamen impendio tempestiuum. Fugaci equo nudo & infreni calonum quidam sedens, ne labi posset, ex more habenā qua ductabat sinistra manu arctius il ligauit. Moxq; decussis uinculis, nodoue, neq; semper auia saltusq; membra tum discerptus, iumentum exhaustum cursu, pondere cadaueris detinebatur, cuius dorluatis comprehensis seruitio usus in tempore, cum iisdem sociis ad fontes sulfureos, aquarum arte naturę calentium, ægre perueni. Et quia per æstum arida siti reputantes aquā diu quæritando, profundum penē uidimus puteum, & neq; descendendi pro altitudine restiū aderat copia, necessitate docente postrema, indumenta lintea quibus tegebamur, in oblōgos discidimus pannulos. unde explicato fune, ingenti centone, quem sub galea unus ferebat e nostris, ultimæ aptauimus summitati funis. coniectus aquas hauriens ad peniculi modum, facile sitim qua hauriebamur extinxit. unde citi ferebamur ad flumen Euphraten, ulteriorem ripam petitori per nauem, quem transire nandi causa iumenta & homines in extractu diu ibi consuetudo locarat.

E cuius

E cuius autem manu agmen cum equestribus signis disiectum eminus cernimus, qđ persequebatur multitudo Persarum, incertum unde impetu tam repente terga uiantum aggressa. Quo exemplo Terrigenas illos non finibus terrę emerfos, sed exuberatim pernecitate credimus natos. Qui quoniam inopini per uaria uisebantur sparsi uocitati, humo exiluisse uetusta matre, fabulosius extollentes sunt æstimati. Hoc conciti, cum omne iam esset in celeritate salutis præsidium, per dumeta & syluas montes petimus celsiores, ex indeq; Melitinam minoris Armeniæ opidū uenimus, nos repertum ducem, Comitatuq; iā profecturum Antiochiam reuissimus. iam Imperator & Perse, quia tendere tum introrsus, præcipiti hædorum sydere exorto prohibebantur, captiuos agentes & prædas, remeare cogitabant ad sua. Inter hæc tamen funera direptionis ciuitati excise Eliano Comite & Tribuno, quorum effectu diu defensa sunt mœnia, stragesq; multiplicatę Persarum, patibulis Lestes infixis, Iacobus & Cesium Numerarię apparitionis Magistri equitum, aliq; protectores post terga uinctis manibus ducebantur, Transigitanis, qui sollicita quærebantur industria, ut infimi sineq; discrimine ad unum omnes con truncatis. Vxor uero Craucasī, quæ retinens pudorem inuiolatum, ut matrona nobilis colebatur, mœrebat uelut Orbem aliū sine marito uisura, quanq; sperabat documentis præsentibus altiora. In rem itaque consulens suam, & accidentia longe ante prospiciens, anxietate bifaria stringebatur, uiduitatem detestans & nuptias. ideo familiarem suum perq; fidum, regionumq; Mesopotamię gnarum, per Zagrum montem inter castella præsidiana duo Maride & Lorne, introiturum Nisibin occulte dimisit. mandatis, arcanisq; uite secretioris maritum exhorans, ut auditis quæ contigerint, ueniret secum beate uicturus. Quibus contentus expeditus uiator per saltuosos tramites & fruteta Nisibin passibus citis ingressus, causatusq; sibi dominam nusq; uisam & forsitan interemptā, data euadendi copia, castris hostilibus abscessisse, & ideo utilis neglectus docet Craucasum gesta. moxq; accepta fide, q; si tuto licuerit, sequetur coniugem, libens euasit exoptatum mulieri nuncium ferens. Hoc cognito, per Tansaporem ducem supplicauerat Regi, ut si daretur facultas anteq; Romanis excederet finibus, in potestatem suam iuberet propitius maritum ascisci. Præter spem itaq; omnium digresso aduena repente no, qui postliminio reuersus statim sine ullius euauit conscientia, percussus pernecione dux Cassianus, præidentesq; ibi proceres, alii minitantes ultimas angustias incessabant, non sine eius uoluntate uel uenisse uel abisse hominem clamitantes. Qui ueri proditoris metuens crimen, impendioq; sollicitus, ne transitione perfugæ uxor eius superesse doceretur, & tractari piissime, per simulationem matrimonium alterius splendidæ uirginis affectauit. & uelut paraturus necessario conuiuia nuptialia, egressus ad uillam, octauo lapide ab urbe distantem, concito equo ad Persarum uastatoriū globū, quem didicerat aduentare, confugit. susceptusq; auenter, qui esset ex his cognitus, quæ loquebatur, Tansapori post diem traditur quintum, perq; eum Regi

I ii

oblatus, opibus & necessitudine omni recuperata cum coniuge, quam paucos post menses amiserat, secundi loci post Antonium, ut ait poeta præclarus, longo proximus interuallo. Ille enim ingenio & usu rerum diuturno firmatus, consiliis ualidis sufficiebat in cuncta quæ conabatur, hic natura simplicior, nominis tamen & idem peruulgati. Et hæc quidem haud diu postea contigerunt. Rex uero licet securitatem referens uultu, exultansque specie tenus urbis excidio uidebatur, profundo tamen animo grauius æstuabat, reputans in obsidionalibus malis sæpe luctuosas se pertulisse iacturas, multoque ampliores seipsum populos perdidisse, quàm e nostris cœperit uiuos, uel certe per diuersas fuderit pugnas. ut apud Nisibin aliquoties euenit & Singara. pari modo cum septuaginta tresque dies Amidam multitudine circumsedit et armatorum, XXX millia perdidit bellatorum, quæ paulo postea per Disce-nem tribunum & notarium numerata sunt, hac discretione facilius, quàm nostrorum cadauera mox cæorum fatiscunt & defluunt, adeo ut nullius mortui facies post quadriduum agnoscat, interfectorum uero Persarum inarescunt in modum stipitum corpora, ut nec relinquentibus membris, nec sanie perfusa madescant, quod uita parcior facit, & ubi nascuntur, exultat calidibus terræ. Dum hæc per uarios turbines in Orientis extimo festinantur, difficultatem aduentantis inopiæ frumentorum Vrbs uerebatur æterna, uique minacissimæ plebis, famem ultimum malorum omnium expectantis, subinde Tertullus uexabatur, ea tempestate Præfectus, irrationabiliter planè, nec enim per eum steterat, quo minus tempore congruo alimenta nauibus ueherentur, quas æstus asperiores solitis, uentorumque procellæ reflantium delatas in proximos sinus introire portum Augusti discriminum magnitudine perterrebant. Quocirca idem sæpe præfectus seditionibus agitur, ac plebe iam se uiente immanius quàm uerebatur impendens exitium ab omni spe tuendæ salutis exclusus, ut existimabat tumultuanti acriter populo, sed accidentia considerare sueto prudenter, obiecit paruulos filios, & lachrimans, en, inquit, ciues uestri (procul omen dii cælestes auertant) eadem perlaturi uobiscum, ni Fortuna affulserit letior. Si itaque his abolitis, nihil triste accidere posse existimatis, præsto in potestate sunt uestra. Qua miseratione uulgus, ad dementiam suapte natura pcliue, lenitum conticuit, equanimiter uenturam operiens sortem. Moxque diuini arbitrio numinis, quod auxit ab incunabulis Romam, perpetuamque fore respondit, dum Tertullus apud ostia in æde sacrificat Castorum, tranquillitas mare molliuit, mutatoque in Austrum placidum uento, uelificatione plena portum naues ingressæ, frumentis horrea referferunt. Inter hæc ita ambigua Constantium Sirmi etiam tum hyberna quiete cubantem permouebant nuncium metuendi & graues, indicantes id quod tunc magnopere formidabant, Limigantes Sarmatasque (quos expulisse paternis auitisque sedibus dominos suos, ante monstrauimus) paulatim posthabitis locis, quæ eis anno præterito utiliter sunt destinata, ne ut sunt uersabiles, aliquid molirentur in eum, regiones confines limitibus occupasse, uagarique licentius genuino more, ni

pellerentur

pellerentur omnia turbaturos. Quæ superbius incitanda propediem Imperator dilato negotio credens, coacta undique multitudine milites ad bella promptissimos, nec tum adhortari egeat procinctum egressus est, gemina consideratione alacrior, quàm expletus prædarum opimitate exercitus æstate nuper emensa, simili in spe fidenter in effectus animabatur prosperos, quæ Anatolio regente tunc per Illyricum Præfecturam, necessaria cuncta uel ante tempus coacta, sine ullius dispendiis affluebant. Nec enim dispositionibus unquam alterius præfecturæ (ut inter omnes constat) ad præsens Arctoæ provinciam bonis omnibus floruerunt, correctione titubantium beneuola & solerti, uehiculariæ rei iacturis, ingentibusque clausuræ domus innumeras & censuali professione speciosa fiducia releuata, indemnesque deinde & innoxii earum incolæ partium quærelarum sopitis materiis uiuerent, ut postea exquisitorum detestando nomine titulorum per offerentes, suscipientesque criminosè in maius exaggerata his propugnari sibi nitentibus illis, attenuatis omnibus opibus se fore sperantibus uictos, adusque proscriptiones, miserorumque suspendia peruenerunt. Rem igitur emendaturus urgentem, profectus cum instrumentis ambitiosus Imperator, ut dictum est, Valeriam uenit partem quondam Pannoniæ, sed ad honorem Valeriæ Diocletiani filiam & institutam & ita cognominatam, sub pellibusque exercitu diffuso per Istri fluminis margines, barbaros obseruabat, ante aduentum suum amicitiam uelamento Pannonias furtim uastandas inuadere hyeme durissimo cogitantes, cum nec dum solutæ uernis caloribus niues amnem undique peruium faciunt, nostrique pruinæ subdiualesque moras difficile tolerabant. Confestim itaque missis ad Limigantes duobus tribunis cum interpretibus singulis explorabant, modestius percontando, quæ obrem relictis laribus post pacem & fœdera petentibus attributa ita palarentur uarii, limitesque contra interdicta pulsarent. Qui uana quædam causantes & irrita, pauore adigente mentiri, principem exorabant ueniam, obsecrantes ut similitate abolita, transmissio flumine ad eum uenire permitterentur, docturi quæ sustinerent incommoda, paratique intra spacia Orbis Romani, si id placuerit, terras suscipere longe discretas, ut diuturno ocio inuoluti, & quietem colentes tanquam salutarem deam, tributarium onera subirent & nomen. His post reditum tribunorum compertis, Imperator exultans, ut negotio quod rebatur inexplicabile, sine ullo puluere consummando, cunctos admisit, cupiditate plus habendi incensus, quam adulatorum cohors augebat, id sine modo strepentium, quod externis sopitis & ubique pace composita, prolaterios lucrabitur plures, & tyrocinia cogere poterit ualidissima, aurum quippe gratanter prouinciales corporibus dabunt, quæ spes rem Romanam aliquoties aggrauabat. Proinde uallo prope Acimincum locato, celsoque aggere in speciem tribunalis erecto, naues uehentes quosdam legionarios expeditos, alueum fluminis proximum ripis obseruare sunt iussæ, cum Innocentio quodam agrimensore huius auctore consilii, ut si Barbaros tumultuare sensissent, aliorum intentos post terga peruaderent. Impro-

uisque Limigantes licet properari sentirent, nihil tamen periculi fingentes stabant in curdo, longe alia quam quæ gestu præferbant & uerbis, altis mentibus perpensantes. Viloque Imperatore, ex alto suggestu iam sermonem parare lenissimum meditante, & alloqui uelut morigeros iam futuros, quidam ex illis furore percitus truci, calceo suo in tribunal contorto, marha marha, quod est signum apud eos bellicum, exclamauit. eumque sequuta incondita multitudo uexillo elato repente barbarico, ululâs ferum, in ipsum principem ferebatur. Qui cum ex alto despiciens plena omnia discurrentis turbæ, cum missilibus uidisset reiectisque gladiis & uerutis, iam propinqua pernicie externis mixtus, & suis ignotus eduxit se. Tum miles, quia neque cõtandi aderat tempus, neque crassandi, equo ueloci impositus, cursu effuso euasit. stipatores tamen pauci, dum ignis moles inundantes conabantur arcere aut uulnerati interierunt, aut ponderibus superruentium solis afflictis. sellaque regalis cum aureo puluinari, nullo uetante, direpta est. Mox autem audito quoad ultimam pœnæ tractos exitium in abrupto staret adhuc Imperator, antiquissimum omnium exercitus ratus cum iubare. Nondum enim exemptum periculis existimauit salutis fastu fidentior, licet ob procurfionem subitam semitectus, sonorum & martium frendens Barbarorum more obstinatorum cateruis semet immersit. Et quia uirtute dedecus purgatura ardens copia nostrorum erupit, iras in hostem perfidum parans, obuia quaque obtruncabat sine parsimonia uiuos conculcans, & semineces, & peremptos. antequam exatiaret cædibus barbaricis manus, acerui constipati sunt mortuorum. Urgebantur enim rebelles, aliis trucidatis, aliis terrore deiectis. quorum pars spem uitæ cassis precibus usurpando, multiplicatis ictibus cædebant. Postque deletos omnes, in receptum canentibus lituis, nostri quoque licet rari uidebantur exanimis, quos impetus conculcauerat uehemens, aut furori resistentes hostili, lateraque nudantes intacta, ordo fatalis absumpsit. Mors tamen emiuit inter alios Cellæ Scutariorum tribuni, qui inter configendi exordia primus omnium in medios Sarmatarum globos immisit. Post quæ tam saue ab illis gesta, pro securitate, militumque ratione mouebantur gentes. Constantius Sirmium redit, ferens de hoste fallaci uindictam, & maturati quæ necessitates temporis poscebant instantes gressus. Exinde Constantinopolim petit, ut Orienti iam proximus, cladibus apud Amidam mederetur acceptis, & reintegrato supplementis exercitu, impetus Regis Persarum pari uirium robore cohiberet. quem constabat (ni cælestis ratio, impensiorque repelleret cura multorum) Mesopotamia relicta post terga, per extenta spacia signa moturum. Inter has tamen sollicitudines, uelut ex recepto quodam antiquitus more, ad uicem bellorum ciuiliu inflabant litui, quædam colorata læsa crimina maiestatis, quorum exequutor & administrator sæpe Dictaneus ille notarius missus est Paulus. Qui peritus artium cruentarum, ut lanista ex commertis Libitine uel ludii, ipse quoque ex eculeo uel carnifice quæstum fructumque captabat. Ut enim erat obstinatum fixumque eius propositum ad lædendum, ita nec furtis abstinuit innocentibus, exitiales causas ad stringendum in

dum in calamitosis stipendiis uersaretur. Materiam autem in infinitum quaestionibus extentis dedit occasio uilis & pura. oppidum est Abydum, in Thebaidis parte situm extrema. hic Bese dei, localiter appellati, oraculum quondam futura pandebat. priscis circumiacentium regionum ceremoniis solitum coli. & quoniam quidam præsentis, pars per alios, desideriorum indice missa scriptura, supplicationibus expresse conceptis, consulta nimium scitabantur, chartulæ seu membranæ, continentes quæ petebantur, post data quoque responsa interdum remeabant in fano. Ex his aliqua ad Imperatorem maligne sunt missa. qui ut erat Augusti rectoris obsurdescens, in aliis etiam nimium serus, in hoc titulo ima (quod aiunt) auricula mollior, & suspicax, & minutus, acri felle concaluit. statimque ab Oriente ocyus remouit. ad Paulum potestate delata, ut instar ducis rerum experientia clari, ad arbitrium suum audiri efficeret causas. Dumque est negocium modeste etiam tum per Orientem comiti apto ad hæc & similia. Hermogenes enim Ponticus ea tempestate præfectus prætorio, ut leuioris ingenii spernebatur, perrexit, ut præceptum est, Paulus funesti mœroris, & anhelitus plenus. dataque calumnia, indiligenter plurimi ducebantur ab urbe, propter terrarum uicinitatem iuxta nobiles & obscuro. quorum aliquos uinculoque affixerant nexus, alios claustra pœnalia consumpserunt. Et electa est spectatrix suppliciorum feralium ciuitas palæstina Scythopolis, gemina ratione uisa magis omnibus opportuna, quod secretior, quod inter Antiochiam Alexandriamque media. unde multi plerumque ad crimina trahebantur. Ductus est itaque inter primos Simplicius Philippi filius ex præfecto & consule, reus hac gratia postulat, quod super adipiscendo interrogasse dicebatur imperio. perque elogium principis torqueri præceptus, qui in his casibus nec peccatum aliquando pietati dederat, nec erratum fato quodam arcente, corpore immaculato lata fuga damnatus est. Dein Pernasius ex præfecto Ægypti homo simplicium morum deductus periculi ut pronunciaretur capitis reus itidem pulsus est in exitiale exilium, sæpe auditus multo antehac retulisse, quod cum Patras Achaicum oppidum, ubi genitus habuit larem, impetranda causa cuiusdam relinqueret potestatis, per quietem deducenda se habitus tragici signa uiderat multa. Andronicus post, à studiis liberalibus & claritudine carminum notus, in iudicium introductus, cum secura mente nullis suspicionibus urgeretur, purgando semper & fidentius, absolutus est. Demetrius item Cythras cognomento philosophus, grandæuus quidem, & corpore durus & animo, sacrificasse aliquoties confutatus, inficiari non potuit. asserens propiciandi causa numinis hæc à prima adolescentia factitasse, non tentandi sublimiora scrutatus. nec enim quenquam id nouerat affectare. Diu itaque adherens eculeo, cum fiducia graui fundatus, nequaquam uarians eadem oraret intrepidus, Alexandriam, unde oriebatur, innoxius abire permissus est. Et hos quidem, aliosque paucos æquafors iteritatis adiutrix, periculis exemit abruptis. Criminibus uero serpentes latius per implicatos nexus sine fine distentos, quidam corporibus

laniatis exinguebantur. alii pœnis ulterioribus damnati sunt bonis ereptis, Paulo succentore fabularum crudelium, quas è promptuaria cella fallaciarum extulit nocendi specie, egitque complures, cuius ex nutu (propè dixerim) pendebat incedentium omnium salus. Nam si qui remedia quartanæ uel doloris alterius collo gestarent, siue per monumentum transisse uesperum, maliorum argueretur indicis, ut ueneficus sepulcrorumque horrores & errantium item animarum ludibria colligens uana, pronuntiatus reus capitis interibat. & prorsus ita res agebatur, quasi clarum Dodoneas arbores & effata delphorum olim solènia in Imperatoris exitium sollicitauerint multi. Vnde blanditiarum tetra commenta palatina cohors exquisite confingens, immunitatem eum fore malorum communium deferebat, Fatum eius ingens semper & præsens in abolendis aduersa conantibus eluxisse, uocibus magnis exclamans. Et inquisitum in hæc negocia fortius nemo, qui quidem recte sapiat, reprehendit. nec enim abnuimus salutem legitimi principis propugnatoris bonorum & defensoris, unde salus quæritur aliis, consociato studio muniri debere cunctorum. cuius redimendæ causæ ualidius ubi maiestas pulsata defenditur à quæstionibus cruentis, nullam Corneliæ legis eximeres fortunam. Sed exultare mœstis casibus effrenate non decet, ne uideantur licentia regi subiecti, non potestate. imitandus sit Tullius, cum parcere uelle de re potuisset, ut ipse affirmat, ignoscendi quærens causas, non puniendi occasiones. quod iudicis lenti & considerati est proprium. Tunc apud Daphnen amœnum illud & ambitiosum Antiochiæ suburbanum, uisu relatuque horrendum natum est monstrum. infans ore gemino, cum dentibus binis & barba, quatuorque oculis, & breuissimis duabus auriculis. Qui partus ita distortus permonebat, Rempublicam in statum uerti deformem. Nascuntur huiusmodi sæpe portenta indicantia rerum uariarum euentus. Quæ quoniam non expiantur, ut apud ueteres, publice inaudita prætereunt & incognita. His temporibus Isauri diu quieti, post gesta quæ superior continet textus, tentantque Seleuciæ ciuitatis obsidium, paulatim reuiuiscetes (ut solent uerno tempore foueis exilire serpentes) saltibus digressi scrupulosis & inuisis, confertique in cuneos densos per furta & latrocinia finitimos afflictabant, & eo prætendentes milites, ut montani fallentes, perque rupes & dumeta ex usu facile discurrentes. Ad quos ui uel ratione sedandos Lauricius adiecta Comitibus dignitate, missus est Rector, homo ciuilibus prudentiæ. Qui minis potius quam acerbitate pleraque correxit. adeo, ut eo diu prouinciam obtinente nihil accideret quod animaduersione dignum æstimaretur.

AMMIANI · MARCELLINI

RERVM · GESTARVM

LIBER · VIGESIMVS



HÆC per Illyricum, perque Orientem rerum series fuit. Consulatu uero Constantii decies, terque Iuliani, in Britannis cum Scotorum Pictorumque gentium ferarum excursu, rupta quiete, conducta loca limitibus uicina uastarent, & implicaret formido prouincias præteritarum cladum congerie fessas, hyemem agens apud Parisios Cæsar, distractusque in sollicitudines uarias, uerebatur ire subsidio transmarinis (ut retulimus ante fecisse Constantem) ne rectore uacuas relinqueret Gallias, Alamannis ad saeuitiã etiã tum incitatis & bella. Mittere igitur ad hæc loca ad rationes componendas Lupicinum placuit, ea tempestate Magistrum Armarum, bellicosum sanè & castrensium rei peritum, sed supercilium erigentem ut cornua, & de tragico (quod aiunt) cothurno strepentem. super quo diu ambigebatur, auarus esset potius, an crudelis. Moto igitur uelitari auxilio, Herulis scilicet & Batauis, numerisque Mœsiacorum pluribus, adulta hyeme dux antedictus Bononiam uenit. quæsitisque nauigiis, & omni imposito milite, obseruato flatu secundo uentorum, ad Rutupias sitas exaduerso defertur, petitque Londinium. ut exinde suscepto pro rei qualitate consilio, festinaret occursum ad procinctum. Quæ cum ita geruntur. post Amidæ oppugnationem, Ursicinum ad comilitum principis & peditum Magistrum reuersum (suscipisse enim cum Barbationi prædiximus) obtrectatores excipiunt. primo disseminantes mordaces susurros, dein propalam ficta crimina subnectentes. Quibus Imperator assensus ex opinione pleraque æstimans, insidiantibus patens, Arbentionem & Florentium Officiorum magistrum quæsitores dederat, spectaturos, quas ob res oppidum sit excisum. Quibus apertas probabilesque refutantibus causas, ueritisque ne offenderetur Eusebius Cubiculi tunc prepositus, si documenta suscepissent perspicue demonstrantia, Sabini ani pertinaci ignauia hæc accidisse, quæ contigerunt, à ueritate detorti, inania quædam longeque à negotio distantia scrutabantur. Qua iniquitate percitus qui audiebat, Et si me, inquit, despicit Imperator, negotii est tamen magnitudo, ut non nisi indicio principis nosci possit & uindicari. sciat tamen uelut quodam præfatio, quod cum mœret super his quæ apud Amidam gesta, emendata didicit fide, dumque ad spadonum arbitrium trahitur, defrustrandæ Mesopotamiæ

potamiæ proximo Vere, ne ipse quidem cum exercitus robore omni opitulari poterit præfens, relatis adiectis cum interpretatione maligna compluribus, iratus ultra modum Constantius, nec discussio negotio, nec pate fieri, quæ scientiam eius latebant, permissis, appetitum calumniis deposita milita digredi iussit ad ocium, Agilone ad eius locum immodico saltu promotus, ex gentiliū Scutarioꝝ tribuno. Eodem tempore per Eoos tractus cælum subtextum caligine cernebatur obscura, & à primo auroræ exortu adusque meridiem intermicabant iugiter stellæ. hisq; terroribus accedebat, q̄ cum lux cælestis operiretur, è mundi conspectu penitus luce abrepta, defecisse diutius Solem pauidæ mentes hominum æstimabant, primo attenuatum in Lunæ corniculantis effigiem, deinde in speciem auctum semestrem, posteaq; in integrum restitutum. Quod aliàs non euenit ita perspicue, nisi cum post inæquales cursus intermenstruum Lunæ ad id reuocatur initium certis temporum interuallis. id est, cū in domicilio eiusdem Signi tota reperitur Luna sub Sole liniamentis obiecta rectissimis, atque in his paulisper consistat minutis, quas geometrica ratio partium partes appellat. Ac licet utriusque sideris conuersiones & motus (ut scrutatores causarum intelligibilium aduerterant) in unum eundemq; finem lunari cursu impleto, perenni distinctione conueniunt, tamen Sol non semper his diebus obducitur. sed cum Luna è regione, uelut libramento quodam, igneo orbi & aspectui nostro opponitur media ad summam, tum Sol occultatur splendore suppresso. & cum ipse & lunaris globus astrorum omnium infimi parili comitatu obtinentes circulos proprios, saluaq; ratione altitudinis interiectæ iunctim locati, ut scienrer & decore Ptolemæus exponit, ad dimensiones uenerint, quos

ANABIBAZONTÆ & KATABIBAZONTÆ ΕΙΚΑΙΝΤΙΚΟΥΣΣΥΝΑΕΣΜΟΥΣΣΟ

agmenta uidelicet defectiua græco dictitata sermone. Et si contigua iisdem iuncturis præstrinxerunt spacia, dilutior erit defectus. si uero articulis ipsis inhæserint, qui coactius ascensus uinciunt & descensus, offunditur densioribus tenebris cælum, ut crassato aere, ne proxima quidem & apposita cernefe queamus. Sol autem geminus ita uideri existimatur, si erecta celsius solito hubes, æternorumq; ignium propinquitate collucens, orbis alterius claritudinem tanq̄ è speculo puriore formauerit. Nunc ueniamus ad Lunam. Apertum & euidentem ita demum sustinet Luna defectum, cum pleno lumine rotunda, Soliq; contraria, ab eius orbe centum octoginta partibus, id est, Signo septimo disparatur. Et quanq̄ hoc per omne plenilunium semper eueniat, non semper deficit tamen. Sed quoniam circa terrenam mobilitatem locata, & à cælo totius pulcritudinis extima, nonnunq̄ ferienti se subserit, luci obiectum & è noctis in conum desinentis anguste latet parumper umbrata. cumq; nigrantibus inuoluitur globis, si Sol ferè inferioris curuamine circumfusus mole obsistente terrena, radiis eam suis illustrare non possit, quã nunq̄ habere proprium lumen opinioniones uarię collegerunt. Et cum ad idem Signum æquis partibus Soli concurrerit, obscuratur (ut dictum est) penitus hebetato candore

tato candore Mene græce synodos nasci autem putatur cum parua declinatione uelut à perpendicularo super erectum gerit Solem. Exortus uero eius ad huc gracilefcens primitus mortalitati uidetur, cum ad secundum relicto Sole migrauerit Signum. Progressus itaque porrectius, iamq; abunde nitens cornutæ habitum *ΜΗΥΟΝΔΙΟ* est appellata. Cum autem Sol longo cœperit interstitio submoueri, & ad quintum peruenerit Signum, radius eius ad se conuersis, maius concipit lumen, & fit græco sermone *ΔΙΧΟΜΥΝΟΟ*. quæ forma semiorbem ostendit. Procedens deinde iam disiunctissimo quintoq; Signo arrepto figurã monstrat Amphicyrti, utrinque prominentibus gibbis. E regione uero cum normaliter steterit contra, lumine pleno fulgebit, domiciliū septimi retinens signi, & in eodem tum etiã agens paululūq; progressa minuitur, quã habitu inuocamus *ΠΑΥΣΕΛΗΝΟΥ*. Atque easdem formas repetit senescendo, graditurq; doctrina multiplici congruente, nō sine tempore intermenstrui deficere insanius q̄ Lunam. Qd̄ autem Solem nunc in æthere, nunc in mundo interiore cursari prædiximus. sciendū est, siderea corpora, quantum ad uniuersitatem pertinet, nec occidere nec oriri. sed ita uideri nostris obtutibus constitutis in terra, spiritus cuiusdã interni motu suspensa, rerūq; magnitudini instar exigui subdita puncti, nunc cælo infixas suspicere stellas, quaz̄ ordo est sempiternus, aliquoties humana uisione languente discedere suis sedibus arbitrari. Verum ad instituta iã reuertamur. Properantem Constātium Orienti ferre suppetias, turbando propediem excursibus Perficis, ut perfugæ concinentes exploratoribus indicabant, urebant Iuliani uirtutes, quas per ora gentium diuersarum Fama celebrior effundebat, magnorum eius laborum, factorumq; uehens adoreas celsas, post Alamanniæ quædam regna prostrata, receptaq; oppida gallicana ante direpta à Barbaris & excisa, quos tributarios ipse fecit & uectigales. Ob hæc & similia percitus, metuensq; ne augerentur in maius, stimulante (ut ferebatur) præfecto Florentio, Decentium tribunum & notarium misit, auxiliares milites exinde protinus abstracturq; Herulos & Batouos, cūq; Petulantibus Celtas & Leucios ex innumeris aliis tricenos, hac specie missos accelerare, ut adesse possint armis primo Vere mouendis in Parthos, & super ex auxiliariis quidam & Tenchtheris cogendis ocyus proficisci, Lupicinus contentus est solus transisse ad Britannias nondum compertas. De Scutariis autem gentibus excerpere quenq; promptissimum, & ipse perducere singulos iubetur. Cæsaris stabuli tunc tribunus conticuit, hisq; acquirerat Iulianus, potioris arbitrio cuncta concludens. Illud tamen nec dissimulare potuit nec silere, ut illi nullas paterentur molestias, qui, relictis laribus transrhenanis, sub hoc uenerant pacto, ne ducerentur ad partes unq̄ transalpinas. uerendum esse affirmans, ne, uoluntarij Barbari militare sæpe sub eiusmodi legibus assueti, transire ad nostra (hoc cognito) deinceps arcerentur. Sed loquebatur incassum. Tribunus enim parui querelas Cæsaris duccens, Augusti iussis obtemperabat. & lecta expeditiore manu, uigore corporumq; leuitate præstanti, cum iisdem profectus est, spe potiorum erectus.

Et quia

Et quia sollicitus Cæsar, quid de residuis mitti præceptis agi deberet, perque uarias curas animum uersans, attente negotium tractari oportere censebat, cum hinc barbara feritas, inde uictorum urgeret auctoritas, maximeque absentia Magistri Equitum suggerente dubietatem, redire ad se Præfectum hortatus est, olim Viennam specie annonæ parandæ digressum, ut se militari eximeret turba. Perpendebant enim ad relationem, quam olim putabatur misisse, abstrahendos è Galliarum defensione pugnaces numeros, Barbarisque iam formidatos. Qui cum suscepisset Cæsaris literas, monentis petentisque ut uenire acceleraret, Remp. consiliis iuuaturus, obstinatissime detrectabat, ea ratione pauore mentis confusa, quod aperta scripta significabant, ab Imperatore nusquam diiungi debere præfectum in ardore terribilium rerum. adiectumque est, quod si procurare dissimulasset, ipse propria sponte proiiceret insignia principatus. gloriosius esse existimans iussa morte oppetere, quam prouinciarum interitum assignari, sed uicit Præfecti propositum pertinax, his, quæ rationabiliter poscebantur, parere contentione maxime reluctantis. Inter has tamen moras absentis Lupicini, motusque militares tumentis Præfecti Iuliano consiliorum adminiculo destitutus, ancipitiq; sententia fluctuans, id optimum factu existimauit, uita solenni cunctos ex stationibus egressos, in quibus hyemabant, maturare disposuit. Hocque cōperto, apud Petulantium signa famosum quidem libellum humi proiecit, occulta inter alia multa etiam id continentem, Nos quidem ad Orbis terrarum extrema ut noxii pelli mur & damnati, caritates uero uestre Alamannis denuo seruiant, quas captiuitate prima post interneciuas liberauimus pugnas. Quo textu ad Comitatum perlato, Iulianus contemplans rationabiles querelas, cum familiis eos ad Orientem proficisci præcepit, clanculari cursu facultateque permitta. & cum ambigeretur diutius qua pergerent uia, placuit, notario suggerente Decentio, per Parisios homines transire, ubi morabatur adhuc Cæsar nusquam motus. Et ita factum est, iisdemque aduentantibus in suburbanis princeps occurrit, ex more laudans quos agnoscebat, factorumque fortium singulos monens animabat lenibus uerbis, ut ad Augustum alacri gradu pergerent, ubi potestas est ample patens & larga, præmia laborum adepturi dignissima. Vtque honoratius procul abituros tractaret, ad conuiuium proceribus conrogatis, petere, iure si quid in promptu esset, edixit. Qui liberaliter ita suscepti, dolore duplici suspensi discesserunt & mœsti, quod eos fortuna quædam inclemens, & moderato rectore, & terris genitalibus dispararet. Hocque angore impliciti, ut in stauis olim cessarunt, nocte uero ceptante in apertum erupere dissidium, incitatisque animis, ut quenque insperata res afflictabat, ad tela conuertuntur & manus, fremituque ingenti omnes petierant palatium. & spaciis eius ambitis, ne ad euadendi copiam quisque perueniret, Augustum Iulianum horrendis clamoribus concrepabant, eum ad se prodire festinatius adigentes, expectareque coacti, dum lux promicaret, tandem progredi compulerunt. Quo uiso iterata magnitudine sonus Augustum appellauere confessione firmissima.

& ille

& ille mente fundata uniuersis resistebat & singulis, nunc indignari, sed meum ostendens, nunc manus tendens, oransque & obsecrans, ne post multas felicissimasque uictorias agatur aliquid indecorum, neue intempestiua temeritas & prolapsio discordiarum materias excitaret. Hæcque adiciebat uidens sedatos leniter alloquutus. Cesset ira, quæso, paulisper, absque dissensione, uel rerum appetitu nouarum impetrabitur facile, quod postulatis. quoniam am dulcedo uos patria retinet, & insueta peregrinaque metuitis loca, redite iam nunc ad sedes nihil uisuri (quia displicet) transalpinum. hocque apud Augustum compotem rationis & prudentissimum ego competenti satisfactione purgabo. Conclamabatur post hæc ex omni parte nihilominus uno pari ardore nitentibus uniuersis, maximoque contentionis fragore, probro conuictis mixto, Cæsar assentire coactus est. Impositusque scuto pedestri, & sublatius eminens, nullo silente Augustus renunciatus, iubetur diadema proferre, negansque unquam se habuisse uxoris collo uel capiti positum. Eoque affirmante primis auspiciis non congruere aptari muliebri mundo, equi phalera quærebatur, uti congrua ornatus speciem saltem obscuram superioris prætenderet potestatis. Sed cum id quoque turpe esse asseueraret, Maurus nomine quidam, postea Comes, qui rem male gessit apud Succorum angustias, Speculantium tunc hastatus, abstractum sibi torquem, quo ut draconarius utebatur, capiti Iuliani imposuit confidenter. Qui trusus ad necessitatem extremam, iamque periculum præsens uitare non posse aduertens, si reniti perseverasset, quinos omnibus aureos, argenti que singula pondo promisit. Hisque gestis haud minori quam antea cura constrictus, futuraque celeri providens corde, nec diadema gestauit, nec procedere ausus usque, nec agere seria quæ nimis urgebant. Sed cum ad latebras successisset occultas, accidentium uarietate perterritus Iulianus, aliquis palatii decurio, qui ordo est dignitatis, pleniore gradu signa Petulantium ingressus atque Celtarum, Facinus indignum, turbulente exclamat, pridie Augustum eorum arbitrio declaratum clam interemptum. Hocque cōperto, milites quos ignota pari solitudine mouebant & notæ pars crispantes missilia, alii minitantes nudatis gladiis, diuerso uagoque, ut in repentino solet excursu, occupauere uolucriter regiam. Strepituque immani excubitores perculsi, & tribuni, & domesticorum Comes Excubitor nomine, ueritatisque uersabilem perfidiam militis, euanescere metu mortis subitæ dispalati. Viso tamen ocio summo, quieti steterè paulisper armati. & interrogati quæ causa esset inconsulti motus & repentini, diu tacendo hæsitantes super salute principis, non antea discesserunt, quam acciti in consistorium fulgentem eum Augusto habitu conspexissent. His tamen auditis, etiam illi quos ante egressos retulimus duces, simul cum eo iam securi Parisios reuerterunt, edictoque ut futura luce cuncti conuenirent in campo, progressus princeps ambitiosius solito, tribunal ascendit, signis aquilisque circumdatus & uexillis, septusque totus armatarum cohortium globis. Cuique interquieuisset paululum, dum alte contemplantur præsentium uultus, alacres omnes uisos & lætos, quasi lenius uerbis

K

(ut intelligi possit) simplicibus incedebat. Res ardua poscit & flagitat propugnatores mei, Reique publicę fortes & fidi, qui mecum pro statu prouinciarum uitam sepius obiecistis. quoniam Cæsarem uestrum firmo iudicio ad potestatum omnium culmen sustulistis. Præstringam pauca caute & summatim, ut remedia permutatæ terræ nõ frustra colligantur. Vix dum adolescens specietenus purpuratus (ut nostis) uestræ tutelæ nutu cælesti commissus, nunq̃ à proposito recte uiuendi deiectus sum. uobiscum in omni labore perspicuus, cum dispersa gentium confidentia post ciuitatũ excidia, præemptaq; innumera hominum millia, paucaq; semi integra sunt relictæ, cladis imminetas persultaret. & retexere superfluum puto, quoties hyeme cruda, rigentiq; cælo, quo tempore terrę ac maria opere martio uacant, indomitos antea cum iactura uirium suarum repulimus Alamannos. Id sanè nec prætermitti nec taceri, q̃ cum prope Argentoratum illuxisset ille beatissimus dies, uehens quodam modo Gallis perpetuam libertatem, inter confertissima tela me discurrente, uos uigore ususq; diuturnitate fundati, uelut incitatos torrentes hostes abruptius inundantes, superastis ferro prostratos, uel fluminis profundo submersos, paucis relictis nostrorum, quorum exequias honestauimus celebri potius laude q̃ luctu. Post quæ, opinor, tanta & talia nec posteritatem taciturnam de uestris in Remp. meritisq; gentibus cunctis plene, quam altiore fastigio maiestatis ornastis uirtute grauitateq; si quid aduersum ingruerit, defendatis. Vt autem rerum integer ordo seruetur, præmiaq; uirorum fortium maneant incorrupta, nec honores ambitio præcipiat clandestina, id sub reuerenda consilii uestri facie statuo. ut neque ciuilibus quisq; iudex, nec militiæ Rector, alio quoquã præter merita suffragante ad potiorem ueniat gradum. non sine detrimento pudoris eo, qui pro quolibet petere tentauerit, discessuro. Hac fiducia spei maioris animatus inferior miles, dignitatum iam diu expers & præmiorum, hastis feriendo clypeos sonitu assurgens ingenti, uno propemodum ore dictis fauebat & cœptis. statimq; turbandæ dispositioni consultæ tempus saltem breue concederetur, pro actuariis obseruare Petulantes & Celtæ recturi, quas placuisset prouincias mitterentur. quo nõ impetrato abire nec offensi, nec tristes. Nocte tamen quæ declarationis augustæ præcesserat diem, iunctioribus proximis retulerat Imperator per quietem aliquem uisum, ut formari Genius publicus solet, hæc obiurgando dixisse, Olim Iuliane uestibulum ædium tuarum obseruo, latenter augere tuam gestiens dignitatem. & aliquoties tanq̃ repudiatus abcessi, si ne nunc quidem recipior, sententia concordante multorum, ibo demissus & mœstus. Id tamen retineo in imo corde, q̃ tecum diutius non habitabo. Hæc dum per Gallias agerentur, intente truculentus Rex ille Persarum incentiuo Antonii, & aduentu Craucasi duplicato ardore obtinendæ Mesopotamiæ flagrans, dum ageret cū exercitu procul Constantius, armis multiplicatis & uiribus transmissis solènter Tigride, oppugnandam adoritur Singaram, milite usuiq; congruis omnibus (existimauere qui regionibus præerant) abunde munitam.

Cuius

Cuius propugnatores uiso hoste longissime clausis ocys portis, ingentibus animis per turres discurrebant & minas, saxa tormentaq; bellica congerentes. cunctisq; præstructis stabant omnes armati, multitudinem parati propellere, si mœnia subire tentasset. Aduentans itaque Rex, cum per optimates suos propius admissos, pacatiore colloquio flectere defensores ad suum non potuisset arbitrium, quibus diem integrum dedit, inde matutinæ lucis exordio, signo per flâmeum erecto uexillum, circũaditur ciuitas à quibusdam uehentibus scilas, aliis componentibus machinas, plerisque obiectu uinearum pluteorũq; tectis, iter ad fundamenta parietum quærentibus subuertenda. Contra hæc oppidani superstantes propugnaculis celsis, lapidibus eminustelorumq; genere omni ad interiora ferocius se proripientes arcebant. Et pugnabatur euentu ancipiti diebus aliquot, hincinde multis amissis & uulneratis, postremo feruente certaminum mole, & propinquante iam uespera, inter machinas plures admotus aries robustissimus, corbiculatam turrim feriebat ictibus densis, unde referatam urbem obsidio superiore docuimus. ad quam conuersa plebe, dimicabatur arctissime, facesq; cum tedis ardentibus & malleolis ad exurendum imminens malum undique conuolabant, nec sagittarũ crebritate, nec glandis, hincinde cessante. Vicit tamen omne prohibendi commentum acumen arietis, coagmenta fodiens lapidum recens structorum, madoreq; etiam tum infirmum. dũq; adhuc ferro certatur & ignibus, turris collapsa, cum patuisset ad iter in urbem nudato propugnatoribus loco, quos periculi disiecerat magnitudo, Persarum agmina undiq; ululabili clamore sublato, nullo cohibente cuncta oppidi membra compleuit. celsisq; promiscue paucissimis, residui omnes mandato Saporis uiui comprehensi, ad regiones Persidis ultimas sunt asportati. Tuebantur autem hanc ciuitatem legiones duę, Prima Flauia, Primaq; Parthica, & indigenę plures, cum auxilio equitum illico ob repentinum malum inclusorum. qui omnes, ut dixi, uinctis manibus ducebantur, nullo iuuante nostrorum. Nisi bin enim, sub pellibus agens pars maior exercitus custodiebat, interuallo perq̃ longo discretam, alioqui nunq̃ labentes in Gange, uel temporibus priscis quisq; ferre auxilium potuit, aquarum penuria cunctis circumarentibus locis. Et licet ad præsciscendos aduersos subitosq; motus, id monumentum opportune locauit antiquitas, dispendio tamen fuit rei Romanæ, cum defensorum iactura aliquoties interceptum. Exciso itaque oppido, Rex Nisibin prudenti consilio uitans (memor nimirum, quæ sapius ibi pertulerat) dextrum latus itineribus petit obliquis, Bezabden, quam Phinicham institutores ueteres appellarunt, ut uel promissorum dulcedine illectis defensoribus retenturus, monumentum impendio ualidum in colle mediocriter ædito positum, uergensq; in Marcenis Tigridis aquæ. ubi loca suspecta sunt & humilia, duplici muro uallata. ad cuius tutelam tres legiones sunt deputatæ, Secunda Flauia, Secundaq; Armeniaca, & Parthica item Secunda, cum sagittariis pluribus Zabdicenis, in quorum tunc solo nobis obtemperantium hoc est municipium positum. Primo

K ii

igitur impetu cum agmine cataphractorum fulgentium, Rex ipse sublimior cæteris castrorum ambitum circūcursans, prope labra ipsa fossarum uenit audentius, petitusq; balistarum ictibus certis, & sagittarum densitate opertus, armorum in modum testudinis contextorum abscessit innoxius, ira tamen tum sequestrata, caduceatoribus missis ex more clausos blandius hortabatur, ut uitæ speiq; consulturi obsidium deditioe soluerent opportuna, referatisq; portis egressi supplices, uictori gentium semet offerret. Quibus adire propius ausis defensores mœnium ideo pepercerunt, q; cohærenter sibi uinctos duxerat iste innocuos ingenuos, Singaræ captos. Eorum enim miseratione telum nemo contorsit, nec super pace respondit. Deinde datis induciis diei totius & noctis, ante alterius lucis initium Persarum populus omnis adortus auide uallum, acriterq; minans ac fremens, ubi ad ipsa mœnia confidenter accessit, dimicabat, Vi magna resistentibus oppidanis, ex qua re saueiebantur plerique Parthorum, q; pars scalas uehentes, alii opposcentes uimineas crates, uelut cæci pergebant introrsus, nec nostris innocui. sagittarum enim nimbi crebrius uolitantes, stantes confertius perforabant. partibusq; post Solis occasum æqua iactura digressis, appetente postridie luce, ardentius multò q̄ antea pugnabatur. Hincinde concinentibus tubis, nec minores strages utrobique uisæ sunt, ambobus obstinatissime colluctatis. Verum secuto die, ocio communi assensu post erumnas multiplices attributo, cum magnus terror circūfisteret muros, Persæq; paria formidarent, Christianæ legis antistes exire se uelle gestibus ostendebat & nutu, acceptaq; fide, q; redire permetteretur incolumis, usque ad tentoria Regis accessit, ubi data copia dicendi quæ uellet, suadebat placido sermone, discedere Persas ad sua, post cōmunes partis utriusque luctus formidari etiam maiores affirmans, forsitan aduentu posse perstabat incassum. Hæc multaq; similia differendo, efferata uesania Regis obstante, castrorum excidium digredi pertinaciter adiurantis. Perstrinxit tamen suspicio uana quædam episcopum, ut opinor, licet asseueratione uulgata multorum, q; clandestino colloquio Saporem docuerat, quæ mœnium appeteret membra, ut fragilia intrinsecus & inuulneda. Hocq; exinde uerisimile uisum est, q; postea inutilis carieq; nutantia cum exultatione magna uelut regentibus penetralium callidis, contemplabiliter machinæ feriebant hostiles. Et quanq̄ angustæ clades difficiliorem aditum dabant ad muros, aptatiq; arietes ægre promouebantur, manualium saxorum, sagittarumq; metu arcente, nec balistæ tamen cessauere, nec scorpiones, illæ tela torquêtes, hi lapides crebros, qualiq; simul ardentis pice & bitumine illiti, quorū assiduitate per procliuē labentiū machinarum hærebant, uelut altis radicibus fixæ, easq; malleoli & faces iactæ destinatus, exurebant. Sed cū hæc ita essent, caderentq; altrinsecus multi, ardebant magis oppugnatores naturali situ & ingenti opere munitū oppidū, ante brumales Idus excindere, rabie Regis nō ante sedari posse credentes. Quo circa nec multa cruoris effusio, nec cōfixi mortiferis uulneribus plurimi, ceteros ab audacia parili reuocabat.

sed diu

Sed diu cum exitio decernentes postremo periculis obiectauere se met abruptis, & agitates arietes, denso saxorum molarium pondere, fomentisq; ignium uariis ire protinus uetabantur. Verum unus aries residuis celsior, humectis taurinis opertus exuuiis, ideoq; minus casus flammeos pertimescens aut tela, antegressus omnes repit nisibus magnis ad murum, uastoq; acumine coagmenta lapidum fodiens, turrim laxatam euertit. qua sonitu lapsa ingenti, superstantes quoque repentina ruina deiecti, diffractiq; uel obruti, mortibus interiere diuersis & insperatis. inuentōq; tutiore ascensu armata irruit multitudo. Trepididis deinde superatorum auribus ullulantium undiq; Persarum intonante fragore, arctius prælium intra muros exarsit, hostiū nostrorumq; cateruis certantibus cominus, cum confertis inter se corporibus, hincindeq; stricto mucrone nulli occurrentium parceretur. Magna denique mole ancipiti diu exitio renitentes obsessi, postremo plebis immensæ ponderibus effuse disiecti sunt. & post hæc iratorum hostium gladii, quicquid inueniri poterat concidebant, abreptiq; sinibus matrum paruuli, ipsæ quoque matres trucidabantur, nullo quid ageret, respectante. Interea tam funesta gens rapiendi cupidior onusta spoliū genere omni, captiuorumq; examen maximum ducens, tentoria repetiuit exultans. Rex tamen gaudio insolenti elatus diu desiderio capiendæ Phœnicia flagrans, munimenti perq̄ tempestiui, non ante discessit, q̄ labefacta murorum parte reparata firmissime, alimentisq; affatim conditis, armatos ibi locaret insignes origine, belliq; artibus claros. Verebatur enim, quod accidit, ne amissione castrorum ingentium ferentes ægre Romani, ad eadem obsidenda uiribus magnis accingerentur. Latius se proinde iactans, additaq; spe, quicquid aggredi posset, adipiscendi, interceptis castellis aliis uilioribus, lurtam adoriri disposuit munimentum ualde uetustum, ut ædificatum credatur à Macedone Alexandro, in extremo quidem Mesopotamiæ situm, sed muris uelut sinuosis circūdatum & cornutis, instructioneq; uaria inaccessum. Qd̄ cum omni tentaret arte, nūc promissis defensores alliciens, nunc pœnas cruciabiles minitans, aliquoties struere aggeres parās, obsidionalesq; admouens machinas, multis acceptis uulneribus q̄ illatis, omisso uano incepto tandem abscessit. Hæc eo anno inter Tigrim gesta sunt & Euphraten. Quæ cum frequentibus nunciis didicisset Constantius, metuens expeditiones Parthicas, hyemem apud Constantinopolim agens, impensiore cura limitem instruebat cum omni apparatu bellorum, arma quoque & tyrocinia cogens, legionesq; augens iuuentutis ualidæ supplementis, quarum statariæ pugna per Orientales sapius emicere prociuctis, auxilia super his Scytharum poscebat mercedē uel gratiā. ut adulto uere profectus, & hortatus loca suspecta protinus occuparet. Inter quæ Iulianus apud Parisios hybernis locatis, summā ceptorum quorsum euaderet pertimescens, erat anxius, nusq̄ assensurum Constantium factis multa uolendo considerans, apud quem fordebat ut infimus & contemptus. Circūspectis itaque trepididis rerum nouarum exordiis, legatos ad eum mittere statuit

K iiii

gesta docturos, eisq; concinentes literas dedit, quid actum sit, quidne fieri poterat, deinceps monens apertius & demonstrans. quanq̄ eum hæc dudum comperisse opinabatur, relatu Decentii olim reuersi, & Cubiculariorum recens de Galliis progressorum, qui ad Cæsarem aliqua portauere solennia. & quanq̄ non repugnanter, tamen nec arrogantibus uerbis quicq̄ scripsit, ne uideretur subito declinasse. Erat autem literarū sensus huiusmodi, Ego quidem propositi mei fidem, non minus moribus q̄ fœderum pactis, quoad fuit, unum semper atque idem sentiens, conseruaui ut effectū multiplici clarifecret euidenter. Iamq; inde uti me creatum Cæsarem pugnarum horrendis fragoribus obiecisti, potestate delata contentus, currentium ex uoto prosperitatum nunciis crebris (ut apparitor fidus) tuas aures impleui, nihil usq; periculis meis assignans, cum documentis assiduis constet, diffusis permixtisq; passim Germanis, in laboribus me semper uisum omnium primum, in laborum refectione postremum. Sed bona tua uenia dixerim, si quid nouatū est nunc, ut æstimas, in multis bellis & asperis, ætatem sine fructu conterens miles, olim decretum impleuit fremens, fecundiq; impatiens loci rectorem. cum nullas sibi uices à Cæsare diuturni sudoris & uictoriarum frequentium rependi posse contempleretur. cuius iracundiæ nec dignitatum augmenta, nec annum merentis stipendium. Id quoque inopinum accessit, quod ad partes Orbis Eoi postremas uenire homines iussi, assueti glacialibus terris, sperandique liberis & coniugibus, egentes trahebantur & nudi. Vnde solito sauius efferati nocte in unum collecti palatium obsedere, Augustum Iulianum uocibus magnis appellantes & crebris. Cohorruui, fateor, & secessi amandatus, quod potui, salutem cum latibulo quæritabam & latebris. Cumq; nullæ darentur induciæ, libero pectoris muro, ut ita dixerim, septus, progressus ante conspectum omnium steti, molliri posse tumultum auctoritate ratus, uel sermonibus blandis. Exarsere mirum in modum, eousque prouecti, ut cum precibus uincere pertinaciam conabar, instanter mortem contiguas assultibus intentarent. Victus deniq; mecū ipseq; contestans, quod alter confuso me forsan libens declarabitur princeps, assensus sum uim lenire superatus armatam. Gestorum hic textus est, quem mente, quæso, accipito placida. Nec actum quicq̄ secus existimes, uel susurrantes perniciose malignos admittas ad compendia sua excitare secessiones principum assuetos, sed Adulatione uitiorum altrice depulsa, excellentissimam uirtutum omnium aduerte Iustitiam. & conditionum æquitatem, quam propono, bona fide suscipito, cum animo disputans. Hæc Romano statui prodesse nobis, qui caritate sanguinis, fortunæ superioris culmine sociamur. Ignosce enim, quæ cum ratione poscuntur, non tam fieri cupio, q̄ à te utilia probari & recta. Auide tua præcepta deinde quoque suscepturus, quæ necesse fieri, in compendium redigam breue. equos præbebo curules. Sparnos & miscendos gentilibus atq; scutariis adolescentes lectos quosdā, cis Rhenum æditā, barbarorūq; progeniem, uel certe ex dedititiis qui ad nostra desciscunt.

Ex hac

Ex hac adusque exitum uitæ me spondeo, non modo gratia, uerum cupio quoque facturum. Præfectos Prætorio, æquitate & meritis notos, tua nobis dabit clemētia, residuos Ordinarios Iudices, militiæq; moderatores, promouendos arbitrio meo, concedi est consentaneum, itidemq; stipatores. Stultum enim, cū ante caueri possit ne fiat, eos ad latus Imperatoris ascisci, quorum mores ignorantur & uoluntates. Hoc sanè sine ulla dubitatione firmauerim, tyrones ad peregrina & longinqua Galli mittere, diuturna perturbatione casibusq; uexati grauissimis, nec sponte sua poterunt, nec coacti. ne consumpta penitus iuuentute affligantur, præterita recordantes ita desperatione pereant impendentium, nec Parthiis gentibus opponenda auxilia hinc acciri conueniret, cum adhuc nec barbarici sunt impetus interclusi. & si dici, quod uerum est, pateris, hæc prouinciæ malis iactatæ continuis, externis indigent adiuuentis & fortibus. Hæc hortando, ut æstimo, salutariter scripsi poscens & rogans. Scio enim, scio (ne quid sublatius dicam cum imperio congruens) quas rerum acerbitates iam conclamatæ & perditas concordia uicissim sibi cedentium principum, meliorem reuocauit in statū. Cum appareat maiorum exemplo nostrorum, moderatores hæc & similia cogitantes, fortunate beateq; uiuendi reperire quodāmodo uiam, & ultimo tempore posteritatiq; iucundam sui memoriam cōmendare. His literis iunctas secretiores alias, Constantio offerendas, clanculo misit obiurgatorias & mordaces. quæq; seriem nec scrutari licuit, nec si licuisset, proferre decebat in publicū. Ad id munus implendum electi uiri sunt graues, Pentadius Officiorum Magister, & Eutherius Cubiculi tunc Præpositus. post oblatas literas relaturi, nullo suppresso, quæ uiderunt, & super ordine futurorum fidenter acturi. Auixerat inter hæc ceptorum inuidiam Florentii fuga præfecti, qui, uelut præfagiens concitādos motus, & militē (ut sermonetenus iactabat) accitū, consulto discesserat Viennā, alimentariæ rei gratia diuelli causatus à Cæsare, quæ sæpe tractatū asperius formidabat. Dein cū cōperisset eū ad augustū culmen euectū, exigua ac propè nulla uiuendi spe uersus in metū ut longe disiectis malis seq; suspicabatur, exemit. & necessitudine omni relicta digressus, uenit ad Constantiū itineribus lentis, utq; se nulli obnoxiiū culpæ monstraret, Iulianū ut perduellem multis criminibus appetebat. Cuius post abitū bene Iulianus cogitans & prudenter, sciriq; uolens qd̄ præsentī quoque pepercisset caritati eius, cū re familiari intacta publico cursu usu permissio ad Orientem reditius impetrauit, nec minori studio secuti legati hæc secū ferentes quæ prædiximus, intentiq; ad uiandū. Cū uenirent ad Iudices celsiores, oblique tenebantur. morasq; per Italiam & Illyricū perpessi diuturnas & graues, tandem transfretati Bosphorum, itineribus lentis progressi, apud Cæsaream Capadociæ etiā tum degentem inuenere Constantium, Mazacam antehac nominatam, opportuna urbem & celebrem, sub argumentis euidentibus sitam. Qui intromissi data potestate offerunt scripta. Hisq; recitatis, ultra modum solitæ indignationis excanduit Imperator, limisq; oculis eos adusq; metum

K iiii

contuens mortis egredi iussit, nihil post hæc percontatus uel audire perpessus. percussus tamen ardentem contationem stringebatur ambigua, utrum in Persas, an contra Iulianum moueri iuberet acies, quibus ualebat. hesitansque diu perpensis consiliis, flexus est quorundam sententia utilia suadentium. & iter Orientem uersus edixit. Statim tamen & Legatos absoluit, & Leonam quæstorem suum in Gallias cum literis datis ad Iulianum pergere celeri statuit gradu, nihil nouatorum se adferens suscepisse, sed eum (si salutis suæ, proximorumque consulit) tumentis flatu deposito, intra Cæsaris se potestatem continere præcipiens. Vtque id facile formido intentatorum efficeret, uelut magnis uiribus fretus, in locum Florentii præfecti Prætorio Nebridium tum Quæstorem eiusdem Cæsaris promouerat, & Felicem notarium Officiorum Magistrum, & quosdam alios. Gumobarium enim successorem Lupicini, antequam sciretur huiusmodi quicquam, Magistrum prouexit armorum. Ingressus itaque Parisios Leonas, susceptus ut honoratus & prudens, postridie principe progresso in campum cum multitudine armata pariter & plebeia, quam de industria conuocarat, & tribunali ut emereret altius superstanti, scripta iubetur offerre. Replicatoque uolumine edicti, quod missum est, & legi ab exordio cepto, cum uentum fuisset ad locum, id continentem que gesta omnia Constantius improbens, Cæsaris potestatem sufficere Iuliano censebat. exclamabatur undique uocum terribilium sonis, Auguste Iuliane, ut prouincialis & miles & Reip. decreuit auctoritas. recreatæ quidem, sed adhuc metuentes rediui uos Barbarorum excursus. Quibus auditis Leonas cum Iuliani literis hæc eadem inuocantibus reuerti in loco misso, solusque admissus est ad præfecturam Nebridius. id enim Cæsar quoque scribens ex sententia sua fore aperte prædixit. Magistrum enim Officiorum iam pridem ipse Anatolium ordinauit, libellis antea respondentem, & quosdam alios, ut sibi utile uidebatur & tutum. Et quoniam cum hæc ita procederent, timebatur Lupicinus, licet absens, agensque etiam tum apud Britannos, homo superbæ mentis & turgidæ. eratque suspicio, que si hæc trans mare didicisset, nouarum rerum materias excitaret. notarius Bononiam mittitur, obseruaturus sollicitè ne quisque fretum Oceani transire permetteretur. Quo uetito reuersus Lupicinus, antequam horum quicquam sciret, nullas ciere potuit turbas. Iulianus tamen iam celsiore fortuna, militisque fiducia lætior, ne in teperceret, neue ut remissus argueretur & deses, legatis ad Constantium missis, in litem Germaniæ Secundæ est egressus, omnique apparatu quem flagitabat instans negocium comonitus, Obtricensimæ oppido propinquabat. Rheno deinde transmissio, regionem subito peruasit Francorum, quos Atthuarios uocant, inquietorum hominum licentius etiã tum perscrutantium extrema Galliarum. Quos adortus subito nihil metuentes hostile, nimirumque securos (quod scruposa uiarum difficultate arcente, nullum ad suos pagos introisse meminerant principem) superauit negocio leui. captisque plurimis & occisis, orantibus aliis, qui superfuere, pacem ex arbitrio dedit, hoc prodesse possessoribus finitimis arbitratus. unde reuersus pari celeritate

per flumen,

per flumen, præsidiaque limites explorans diligenter & corrigens, ad usque Rauacos uenit. locisque recuperatis, quæ olim Barbari intercepta retinebant ut propria, iisdemque pleniore cura firmatis, per Besantionem Viennam hyematurus abscessit. Hic per Gallias erat ordo gestorum. Quæ dum ita prospere succedunt & caute, Constantius accitum Arsacem Armeniæ Regem, summaque liberalitate susceptum, præmonebat & hortabatur, ut nobis amicus esse perseveraret & fidus. audiebat enim sapius eum tentatum a Rege Persarum fallacis & minis & dolis, ut Romanorum societate posthabita, suis rationibus constringeretur. Qui crebro adiurans, animam prius posse amittere quam sententiam, muneratus cum comitibus quos duxerat redit ad regnum, certus non temerare fœdus. postea præmissorum oblitus, gratiarum multiplici nexu Constantio, inter quas illud potius excelebat, que Olympiada Ablabi filiam Præfecti quondam Prætorio, eique copularat coniugem sponsam fratris sui Constantis. quod misso à Capadocia ipsa per Melitinam Minoris Armeniæ oppidum, & Lacotena, & Samosata, transmissio Euphrate Edeffam uenit. ibique dum agmina undique conuenientium militum & rei cibariæ abundantes copias opperitur diu moratus, post æquinoctium egreditur Autumnale, Amidam petens. Cuius cum prope uenisset mœnia fauillis oppleta collustrans, flebat cum gemitu, reputans quales miseranda ciuitas pertulerat clades. ibi tunc forte Vrulus præfens, qui ærarium tuebatur, dolore percitus exclamauit, En quibus animis urbes à milite defenduntur, cui ut abundare stipendium posset, imperii opes iam fatiscunt. Quod dictum ita amarum militaris multitudo postea apud Calcedona recordata, ad eius exitum consurrexit. Exinde cuneis confertis incedens, cum Bezabden aduentaret, fixis tentoriis, uallo fossarumque altitudine circumseptis, obequitans castrorum ambitu longius, docebatur relatione multorum instaurata esse firmiter loca. quæ antehac incuria corruerat, uirtute correxit. & ne quid omitteret, quod ante feruorem certaminum erat necessario præstruendum, uiris prudentibus missis conditione posita dupla, cogebat mœnium defensorem. redire ad suos alienis sine cruore concessit, ut in ditionem uenire Romanam dignitatibus augendis præmio. atque cum illi destinatione natiua remitteretur ut dånati, periculisque laboribus cuncta obsidioni congrua parabantur. Densis itaque ordinibus cum turbarum incitamentis latera oppidi cuncta adortus alacris miles, legionibus in testudines uarias conglobatis, paulatim tuto progrediens, subruere mœnia conabatur. & quia telorum omne genus in subeuntes effundebatur, nexu clypeorum soluto discessum est, in receptum canentibus signis. Laxatis deinde ad diem unum animis, tertia luce curiosius retro elatis passim clamoribus, ascensus undique tentabatur. Et licet defensores obtentis ciliciis ne conspicerentur ab hostibus, latebant interim, tamen quoties flagitabat necessitas læ certi fortiter exertantes, lapidibus subiectos incessabant & telis. & uimineæ crates cum procederent confidenter, essentque parietibus contigua, dolia desuper cadebant molares & columnarum fragmenta. quorum ponderibus nimis obruebantur

obruerantur pugnatores, hiatuq; uiolento disiectis operimentis cum periculis ultimis euadebant. Decimo itaque postq; oppugnari die coeptum est, cum spes nostrorum interior cuncta merore completeret, transferri placuerat molem arietis magnam, quam Perse quondam (Antiochia pulsibus eius excisa) relata reliquerant apud Carras. Quae subito uisa, arctataq; faberrime, clausorum hebetauerat mentes adusque deditiois remedia penè prolapsas, ni resumptis uiribus opponendas machinas hyeme praeparassent. Nec temeritas post haec cessauerat, nec consilium. namq; dum instrueretur aries uetustus & dissolutus, ut facile ueheretur, omni argenteo, omniq; uirium nisu & oppugnaturum ueniet, firmitudine summa defensabantur. Tormenta nihilominus & lapidum crebritas atque fundarum ex utraq; parte plurimos consumebant. & aggerum moles incrementis celeribus consurgebant, acriorq; indies adolefcebat obsidio, multis nostrorum iccirco cadentibus, quod decernentes sub Imperatoris conspectu praemiorum, ut possint facile qui essent agnosci, nudantes galeis capita, sagittariorum hostilium peritia fundebantur. Proin dies & noctes intente uigiliis cautiorestantes utrobique faciebant, & pro se aggerum altitudine iam in sublime porrecta, machinaq; ingentes horrore percussos, qui minores quasque sequebantur, omnes exurere, quis maxime nitebantur. & assidue malleolos atque incendiaria tela torquentes laborabant incassum arcere, quod humectis scortis & centonibus erant operatae materiae plures, aliae unctae alumine diligenter, ignis ut eas lamberet innoxius. Verum has & mouente fortitudine magnam Romani licet difficile defensabant, tamen cupiditate potiundi oppidi, ne prompta quidem pericula contemnebant. & contra propugnatores cum iam discussurus turrim oppositam aries maximus attentaret, prominentem eius ferream frontem, qua reuera formam efficit arietis, arte subtili illaqueatam altrinsecus laticiniis retinere longissimis. ne retrogradiens resumeret uires, neue ferire muros assultibus densis contemplabiliter posset. fundentesq; feruentissimam picem & diu promotae machine stabant, saxa muralia perferentes & tela. Iamq; aggeribus cumulatis excitatis defensores, ni uigilassent, exitium ad fortia sperantes in audaciam ruere praecipitem, & repentino decursu portis effusi, primosq; adorti nostrorum, faces sitelasq; ferreas onustas ignibus in arietem magnis uiribus iaciebant. Verum post ambiguam praelii uirtutem plurimi nihil impetratum intra moenia repelluntur. moxq; ex aggeribus quos crexerant Romani, uidem Persae propugnaculis insistentes sagittis incessabantur, & fundis, telisq; igniferis, quae per tegumenta turrium uolitantia, paratis qui restinguerent, plerumque irrita labebantur. Cumq; pauciores utrobique fierent bellatores, & Persae truderentur ad ultima, ni potior ratio succurrisset, impensiore opera prokursus tentabatur ex castris, & eruptione subita multitudinis facta, inter armatos qui portabant ignes ampliores ordinariis, iaciebantur corbes in materias ferreae plenae flammaram, & sarmenta, aliaq; ad ignes concipiendos aptissima. Et quia conspectum abstulerant fumi nigerrimae nubes, clas-

sico exci-

sico excitante in pugnam, legiones praedictae celeri gradu uenerunt. & sub crescente paulatim ardore bellandi, cum uentum fuisset ad manus, repente machinae omnes effusis ignibus urebantur, praeter maiorem, quam direptis restibus, quibus e muro iactis implicabatur, uirorum fortium acrior nisus egresse iustam extraxit. At ubi nocturnae tenebrae finem praelii attulerunt, non in longum militi quies data. cibo enim exiguo refectus & somno, rectorum monitu excitus, munitiones a muro longe dimouit, dimicare succinctus parans per sublimes aggestus, qui iam consumati muris altius imminebant. utq; facile defensuri moenia pellerentur, in ipsis aggerum summitatibus binae sunt locatae balistae. quarum metu ne prospicere quidem posse hostium quisq; crederetur. His satis prouisis prope ipsum crepusculum triplex acies nostrorum instructa, conisque galearum minacius nutans, scalas uehentibus multis imperium conabantur infilire. Iamq; resultantibus armis & tubis, uno pariq; ardore hincinde pugnabatur, audaci conflictu latiusq; sese pandente, Romani cum Persas occultari uiderent, pauore impositorum aggeribus tormentorum, pulsabantur inaniter, & cum lignibus & dolabris & uectibus scalaq; propinquabant. utrinq; conuolante missilium crebritate afflictabant, tamen multo uehementius Persas rectius uarii balistarum tanq; per transennam a cliuis fructilibus decurrentes. Vnde fortunas suas ita in extremo iam cogitantes, destinatam ruebant in mortem. & partiti munera dimicandi inter necessitatis articulos, relictis qui moenia tuerentur, referata latenter postica strictis gladiis ualida manus erupit, pone sequentibus aliis, qui flammam occulte portabant. Dumq; Romani nunc instantes cadentibus, nunc ultro incessentes excipiunt, qui uehebant foculos, repentes incurui, prunas unius aggesti inseruere uictoris ramis arborum diuersarum, & iunco, & manipulis constricti, cannarumq; conceptis incendiolorum aridis nutrimentis iam cremabantur. militibus cum intactis tormentis exinde periculoq; digressis. Ut uero certaminibus finem uesper decedentes, partesq; discesserunt ad otium priuatum, Imperator in uaria sese consilia deducens, & uersans eum excidio Phoeniciae dirius imminere necessariae rationes suggererent, quod munimentum uelut insolubile claustrum hostium excursibus erat obiectum, & sepe repellere tempus, certaturus leniter ibi statuit immorari. alimentis destituendos, forsitan cedere existimans Persas. Quod secus atque rebatur euenit. Cum enim remissius pugnaretur, humente caelo, undantes nubes cum tenebris aduenere minacibus, assiduusq; imbris ita inmaduerat solum, ut luti glutinosa mollities per eas regiones pinguis cespitis omnia perturbaret. Sed super his iugi fragore tonitrua, fulguraq; mentes hominum pauidas perterrebant. Accedebat Arcus Celestis conspectus, assiduaq; species undae. itaque ignari a Solis oppositu colores ostendi. Halitus terrae calidioris, & humoris spiramina conglobata in nubes, exindeq; disiecta in asperginis paruae, ac radiorum fusione splendida facta, supinantur uolubiliter contra ipsum ingneum orbem, Irimq; confirmant. Ideoq; spacio curuamine sinuosam, q; in nostro panditur mundo.

quem

quem spheræ dimidiæ parti rationes physicae superponunt. Cuius species (quantum mortalis oculus contuetur) prima lutea uisitur, secunda flauescens uel fulua, punicea tertia, quarta purpurea, postrema ceruleo concreta & uiridi. hac autem mixta pulcritudine temperatur. Id terrenæ existimant mentes, quæ prima eius pars dilucior cernitur, aëri concolor, circumfusque infusa est paulo excitatior quàm lutea. punicea tertia, quæ Solis obnoxia claritudini pro réceptatione spiritus fulgoris eius purissimi è regione deflorat. quarta ideo purpurea, quòd intermicante asperginum densitate, per quas oritur radiorum splendor, conspiciens offendit aspectu flammeo propiorem, qui color quanto magis diffunditur, concedi in ceruleum & uirentem arbitratur. Alii tunc Iridis formam rebus apparere mundanis, cum altius dilatæ nubes crassæ radiis Solis infusi lucem iniecerint liquidam, non reperiens exitum in se conglobat, animoque splendet attrito, & proximos quidem albo colores Sole sublimiore decerpit. subuirdes uero nubis similitudine superiectæ. ut in mari solet usu uenire, ubi candidæ sunt undæ quæ litoribus illiduntur, interiores sine ulla concreione ceruleæ. Et quoniam indicium est permutationis auræ (ut diximus) à sudo aëre nubium concitans globos, aut contra ex concreto mutans in serenâ lætitiâ cælû. Ideo apud poetas legimus sæpe Irim de cælo huc mitti, cum presentium rerum uerti necesse sit status. Suppetunt alię multæ opiniones & uariæ. quas dinumerare nunc est superuacuum. narratione redire, unde digressa est, festinante. His ac talibus Imperator inter spem metumque iactabatur. ingrauescente hyemis magnitudine, superatisque per auictios tractus insidiis. Inter quæ eris inopia exasperari milites uerebatur. Super his urebat eius anxiam mentem, quæ uelut patefacta ianua diuitis domus, irritus propositi reuerteretur. Quas ob res omisso uano incepto, hyematurus Antiochiæ redit in Syriam, erumnosam perpeffus æstatem & atrocem, diuque deflendam. Euenerat enim hoc (quasi fatali constellatione ita regente diuersos euentus) ut ipsum Constantium dimicantem cum Persis fortuna semper sequeretur afflictior. unde uincere saltem per duces optabat. quod aliquoties meminimus contigisse.

AMMIANI . MARCELLINI

R E R V M . G E S T A R V M

L I B E R . V I G E S I M V S

P R I M V S



INTERCLVSO hac bellorum difficili forte Constantio trans flumen Euphraten, Julianus agens apud Viennam, formandis in futura consiliis dies impendebat & noctes, quantum opes patiebantur angustæ. altius semet attollens, semperque ambigens utrum Constantium modis omnibus alliceret, priorque solícite reputans in cõcordiã, an terroris incutiendi gratia lacesseret. utrumque formidabat, & amicum cruentum, & in erumnis ciuilibus sæpe uictorem. Maximeque Galli fratris exemplum mentem eius anxiam suspendebat. quem inertia mixtæque periuriis fraudes prodidere quorundam. Erigebat tamen aliquoties animum ad multa & urgentia. tutissimum ratus, inimicum se ex confesso monstrare ei, cuius ex præteritis motus coniectabat ut prudens. ne per amicitias fictas insidiis falleretur occultis. Paruit igitur, auditis quæ per Leonam Constantius scripserat. nulloque arbitrio eius promoturum suscepto præter Nebridium, Quinquennialiã Augustus iam ædedit, & ambizioso diademate utebatur lapidum fulgore distincto, cum inter exordia principatus assumpta uili corona, qua circumdatus erat xystarchæ similis purpurato. Inter quæ Helenæ coniugis defunctæ supra miserat, Romæ in suburbano uiæ Nomentanæ condenda. ubi uxor quoque Galli quondam, soror eius, sepulta est Constantina. Accidebat autem, incendebatque eius cupiditatem pacatis iam Galliis incessere ultro Constantium. Coniiciens eum per uaticinandi præfagia multa, quæ callebat, & somnia, è uita protinus excessurum. Et quoniam erudito & studioso cognitionum omniû principi maleuoli prænoscenti futura prauas artes assignant, aduertendum est breuiter, unde sapienti uiro hoc quoque accidere poterit doctrinæ genus haud leue. Elementorum omnium spiritus, utpote perennium corporum præsentendi motu semper & ubique uigens, ex his quæ per disciplinas uarias affectamus, participat nobiscum munera diuinãdi, & substantiales potestates ritu diuerso placatæ, uelut ex perpetuis fontium uenis uaticina mortalitatis suppeditant uerba, quibus numen præesse dicitur Thetimidis. quam ex eo quæ fixa fatali lege decretã præscire fas sit in posterum, quæ thetimena sermo græcus appellat, ita cognominatam, in cubili folioque Iouis uigoris uiuifici, theologi ueteres collocarunt. Auguria & auspicia non uolu-

crum arbitrio futura nescientium colliguntur (nec enim hoc uel insipiens quisq̄ dicet) sed uolatus auium dirigit deus, ut rostrum sonans, aut præter uolans penna turbido meatu uel leni, futura præmonstret. Amat enim benignitas numinis (seu q̄ merentur homines, seu q̄ tangitur eorum affectione) his quoque artibus prodere, quæ impendent. Extis item pecudum attentis fastidicis, in species conuerti suetis innumeras, accidentia sciunt. Cuius disciplinæ Tages nomine quidam monstratur (ut fabulantur) in Hetruriæ partibus emeruisse subito, uisus è terra aperuisse nunc quoque uentura, cum existimant hominum corda, exta loquuntur diuina. Sol enim (ut aiunt physici) mens mundi, in nostras mentes ex sese uelut scintillas diffunditans, cū eas incenderit uehementius, futuri conscias reddit. Vnde Sibyllas crebros edicunt ardore torrente, uel magna flammaram multa significant. Super his crepitus uocum, & occurrentia signa, tonitrua quinetiam, & fulgura, & fulmina, itemq̄ siderū sulci. Somniorum autem rata fides & indubitabilis foret, nisi ratiocinantes coniectura fallerentur. interdumq̄ (ut Aristoteles affirmat) infixa sunt & stabilia, cum animantis altius quiescentis ocularis pupilla neutro bi inclinata rectissime cernit. & quia uanities aliquoties plebeia strepit, hæc imperite mussando, Si esset præsentendi notitia quædam, cur ille se casurum in bello, uel alius hoc se passurum, ignorauit? illud sufficere dicit, q̄ & grammaticus locutus interdum est barbare, & absurde cecinit musicus, & ignorauit remedium medicus. at non ideo grammatica, nec musica, nec medicina subsistit. Vnde præclare hoc quoque, ut alia, Tullius, Signa ostenduntur, ait, ab his rerū futurarū. in his si quis errauerit, non deorū natura, sed hominū coniectura peccauit. Ne igitur extra calcem, quod dicitur, sermo decurrens lecturo fastidiū ferat, ad explicanda prospecta reuertamur. Cum apud Parisios adhuc Cæsar Iulianus quatiens scutū uariis motibus exerceretur in campo, assulis queis orbis erat compaginatus, è manu excussis, ochana remanserant sola, quæ retinens ualida manu stringebat. territisq̄, ut omine diro, præsentibus cunctis, nemo (inquit) uereatur, habeo firmiter, quod tenebā. Item cū apud Viennam postea quiesceret sobrius, horrore medio noctis imago quædam uisa splendidior, hos ei uersus heroes modo non uigilanti aperte dixit, eadem sæpius replicando. quibus fretus nihil asperæ sibi superesse existimabat.

ΖΗΤΕ ΟΤΑΝ ΕΙΣΙΤΙΛΑΤΥΤΕΡΜΑ ΗΙΘΑΝΚΙΤΟΥ ΤΑΡΟΧΟΟΙΟ ΠΑΡΘΕΝΙ
ΚΗΣΔΕ ΚΡΟΝΟΣ ΝΟΙΡΙΣΒΕΗΝΕΠΙΠΑΙΗΤΝΕΙΚΟΣΤΗΒΑΣΔΕΙΣ ΚΟΣΤΑΝ
ΤΙΟΣ ΑΣΙΔΟΣΕΗΣΤΕΡΜΑ ΦΙΟΛΥ ΒΙΟΤΟΕΤΥΓΕΡΟΝΚΑΙΕΡΩΔΙΝΟΝΕΖΕΙ.

Agebat itaq̄ nihil interim de statu rerū præsentium mutans, sed animo tranquillo & quieto incidentia cūcta disponens, paulatimq̄ sese corroboras ut dignitatis augumēto, uiriū quoq̄ congruerent incrementa. utq̄ omnes nullo impediēte ad sui fauorem illiceret, adherere cultui Christiano fingebat, à quo iam pridem occulte desciuerat, arcanorum participibus paucis, aruspiciæ auguriisq̄ intentus, & cæteris, quæ deorū semp fecere cultores. Et ut hæc interim celarentur, feriæ die, quem celebrantes mense Ianuario Christiani Epiphania dicitant, progressus in eorū ecclesiam, solenniter numine orato, discessit.

Dum hæc

Dum hæc ita aguntur, propinquante iam uere, nuncio percitus inopino, ad tristitiam uersus est & mœrorem. Didicit enim Alamannos à Pago Vadomarii exorsos, unde nihil post ictum fœdus sperabatur incōmodum, uastare confines Rhetii tractus, nihilq̄ sinere intentatum, manus prædiarias fufius discurrentes. Quod ne dissimulatum rediuiuas belloꝝ materias excitaret, Libionem quendam Comitem cum Celtis & Petulantibus misit hyemantibus secum, negocium ut poscebat ratio, correcturum. Qui cum mature prope oppidum Sanctionem uenisset, longe uisus à Barbaris, qui iam certamina meditantēs sese per ualles abdiderant, hortatusq̄ milites licet numero imparēs, cupidine tamen pugnandi uehementius irritatos, aggreditur inconsulte Germanos. interq̄ dimicandi exordia ipse concidit omnium primus. Cuius interitu erecta Barbarorum fiducia, Romanisq̄ ad ducis uindictam accensis, certamen cōmittitur obstinatum. & urgente magnitudinis mole disiecti sunt nostri, occisis paucis & uulneratis. Cum hoc Vadomario & Gundomado eius fratre itidem Rege Constantius (ut iam relatum est) firmauerat pacem, postq̄ mortuo Gundomado, hunc sibi fore existimans fidum, secretorumq̄ taciturnum executorem, facialem mandauerat (si famæ folius admittenda est fides) scribebatq̄ ut tanq̄ rupto sanè concordiaē pacto subinde collimitia sibi uicina uexaret. quò Iulianus id metuens, nusq̄ à tutela discederet Galliarum. Quibus (ut dignum est credere) obtemperans Vadomarius, hæc & similia perpetrabat, ad perstringendum, fallendumq̄ miris modis ab ætatis primitiis callens. ut postea quoq̄ ducatum per Phœnicem Regens ostendit. Sed re ipsa conuictus abstinuit. Capto enim à stationariis militibus notario, quem miserat ad Constantium, scrutatoq̄ si quid portaret, epistola eius reperta est. in qua præter alia multa id quoq̄ scripserat, Cæsar tuus disciplinam non habet. Iulianum autem assidue per literas dominum & augustum appellabat & deum. Hæc, ut erant periculosa & dubia, Iulianus in exitiale malum eruptura considerans, in unum omni cogitatione intenta, eū incautum rapere festinabat. ut securitatem suam prouinciarumq̄ locaret in tuto. & iniit consilium tale. Philagrius notarium, Orientis postea Comitem, ad eas miserat partes, cuius prudentiaē fidebat olim sibi comperti. eiq̄ inter multa, quæ pro captu instantium rerum erat acturus, signatam quoq̄ chartulam tradidit. mandauitq̄, ne aperiret uel recitaret, nisi Vadomario uiso cis Rhenum. Perrexit Philagrius, ut præceptum est, eoq̄ præsentē & negociis astricto diuersis transgressus Vadomarius flumen, ut nihil in profunda metuens pace, nihilq̄ secus gestorum simulans scire, uiso Preposito militum ibi degentium, pauca locutus ex more, ultro semet (ut suspicionis nihil relinq̄ret abiturus) ad conuiuium eius uenire promisit, ad quod erat etiam Philagrius inuitatus. qui statim ingressus, Rege conspecto, Imperatoris recordatus est uerba. cautusq̄ rem seriam & urgentem, ad diuersorium redit. scriptisq̄ lectis, doctus quid agi conueniret, confestim reuersus discubuit inter ceteros. Finitisq̄ epulis Vadomarium fortiter apprehensum Reptori militum arcte custodiendum

L ii

apud signa commisit, textu lecto iussorum. comitibus eius ad sua redire compulsi, super quibus nihil fuerat imperatum. Exhibitus tamen idem Rex ad principis castra, iamque spe ueniae omni praclusa, cum interceptum notarium, & quae scripserat ad Constantium comperisset, iam publicato, ne conuicio quidem tenus compellatus missus est ad Hispanias. Id enim studio curabatur ingenti, ne Iuliano discedente à Gallis, immanissimus homo prouinciarum statum aegre compositum licentius conturbaret. hoc eo neglectior Iulianus Regis opinione citius intercepti, quem profecturus ad longinqua formidabat, nihil remittentibus curis barbaros adoriri disposuit, quos peremisse Libinonem Comitem in congressu cum militibus docuimus paucis. Et ne rumor aduentus sui eos ad remotiora traduceret, superato Rheno, noctis alto silentio, cum auxiliorum expeditissimis globis, nihil metuentes huiusmodi circumuenit, excitatosque hostilium fragore armorum, dum gladios circumspectant & tela, celeriter inuolauit, & quosdam occidit orantes, alios praedam offerentes dedititios cepit. reliquis qui remansere pacem precantibus dedit, quietem pollicitus firmam. Quae dum mentibus aguntur crectis, coniectans quantas intestinae cladis excitauerat moles, nihilque tam conuenire conatibus subitis, quam celeritatem sagaci prauidens mente, professa palam defectione securiorem fore existimauit, incertusque de militum fide, placata ritu secretiore Belona, classico ad concionem exercitu conuocato, saepto suggestu insistens, iamque ut apparebat fidentior, haec clarius solito differebat. Iam dudum tacita deliberatione uos a summo magni commilitones rerum gestarum exercitatis simi, amplitudinem huius operis consulturos, ut euentus qui sperantur perpendi possint & praecaueri. Plus enim audire quam loqui militem decet actibus coalitum gloriosis, nec alium spectatae aequitatis sentire Rectorem, quam quem mea laudare digne potuerunt & probare. Ut igitur quae proposui abicctis absolua, aduertite oro beneuole, quae sermone breui percurram. Arbitrio dei caelestis uobis inter ipsa iuuentae rudimenta permixtus irruptiones Alamanorum assiduas & Francorum, populandi que iugem licentiam fregi, & uigore communi Romanis agminibus, quoties libet, Rhenum peruium feci, contra rumorum fremitus, gentiumque ualidarum uiolentos excursus stando immobilis uirtutis uestre nimirum firmamento confisus, & haec laborum quos exhaustimus Galliae spectatrices, post funera multa, iacturasque recreatae diurnas & graues, posteritati per aetatum examina commendabunt. At nunc cum auctoritate uestri iudicii, rerumque necessitate compulsus, ad augustum elatus sum culmen, deo uobisque fautoribus, si Fortuna ceptis affuerit, altius affecto maiora id praeme ferens, quam exercitui, cuius aequitas armorumque inclauit magnitudo, domi moderatus uisus sum, & tranquilla luce in crebritate bello contra speratas gentium copias consideratus & cautus. Ut igitur aduersa praueuiamus mentiū societate iunctissima, sequimini uiam, consiliūque salutare (ut puto) cum integritas rege intentioni nostrae uoluntati que respondeat, & dum maioribus uacant praesidiis regiones Illyricae impraepedito cursu tendentes,

tendentes, Daciarum interim fines extimos occupemus. Exinde quid agi oporteat bonis successibus instruendi, ut quos ex more fidentium ducum, iuramento quaeso concordiam spondate mansuram, & fidem operum sedulam & solitam, ne quid agatur inconsultum, & signa aequae producturi, si quis exegerit incorruptam conscientiam meam, quae nihil uoluntate praetereat, quae in commune conducunt, aggrediar ubi tentabo. Illud sane obtestor, & rogo obseruare, ne impetu gliscentis ardoris in priuatorum damna quisque uestrum exiliat, id cogitans, quae ita nos illustrarunt hostium innumeram stragem, ut indemnitas prouinciarum & salus, exemplis uirtutum peruulgatae. Hoc sermone Imperatoris uice alicuius oraculi comprobato, mota est incitatus conuicio, & rerum cupida nouandarum, unanimi consensu uoces horrendas immani scutorum fragore miscebat, magnum elatumque ducem, & ut experta est, fortunatum dominatorem gentium appellas & Regum. Iussique uniuersi in eius nomen iurare solenniter, gladiis ceruicibus suis admotis sub execrationibus diris, uerbis iurauere conceptis, omnes pro eo casus, quoad uitam profuderint, si id necessitas egerit, perlaturos. sequuti rectores, omnesque principes proximis fidem simili religione firmarunt. Solus omnium licet proposito temerario, audacter tamen praefectus repugnauit Nebridius, iusiurandi nexu contra Constantium nequaquam se constringi posse commemorans, cuius beneficiis obligatus erat crebris & multis. Quibus auditis constanter propius milites acriter inflammaticum appetere trucidandum, ad genua sua prolapsum Imperator paludamento protexit. Inde reuersus in regiam cum antegressum eum uidisset, supplicemque iacentem orare, ut leuandi causa timoris ei porrigeret dexteram, Et quid, ait, praecipuum amicis seruabitur, si tu manum tetigeris meam? Sed hinc quolibet abi securus. Hocque audito ille innoxius ad larem suum recessit in Thusciam. His Iulianus, ut poscebat negotii magnitudo, praestructis, expertus quid in rebus tumultuosis anteuersio ualeat & praegressus, per tesseram edicto itinere in Pannonias, castris promotis & signis, temere se fortunae commisit ambiguae. Replicare nunc conuenit tempora, & narrare summatim, quae, dum aguntur in Gallis antedicta, Constantius hycmans Antiochiae, domi militiaeque perfecit. Inter complures alios honore conspicuos, oratores ad Imperatorem pergere uenientem ordinantur, etiam ex tribunis insignibus. Cum igitur a Mesopotamia reuersus Constantius hoc exciperetur officio, Amphilotius quidam ex tribuno Paphlagoniae (quem dudum sub Constante militantem discordiarum seuisse causas inter priores fratres, suspensiones contiguae ueritati pulsabat) ausus paulo petulantius stare, ut ipse quoque ad parile obsequium mittendus agnitus sit & prohibitus, strepentibus multis, & intueri lucem ulterius non debere clamantibus, ut perduellem & obstinatum, Constantius circa haec lenior solito, Desinite ait arguere hominem, ut existimo fontem, sed nondum aperte conuictum, Et memente, quae si quid admisit huiusmodi sub obtutibus meis, conscientiae ipsius sententia punietur, quam latere non poterit, & ita discessum est. Postridie ludis

Circensibus idem ex aduerso Imperatoris ubi consueuerat spectans, repente clamore sublato, cum certamen inopinatum emitteretur, diffractis cancellis quibus una cum pluribus incumberebat, cunctis cum eo in unum excussis, læsis leuiter paucis, interna compage disrupta efflasse spiritum repertus est solus. unde Constantius futurorum quoque præscius exultabat. Eodem tempore Faustina nomine sortitus est coniugem, amissa iam pridem Eusebia (cuius fratres erant Eusebius & Hypatius consularis) corporis, mortuq; pulcritudine pluribus antestante, & in culmine tam celso humana. cuius fauore iustissimo exemptum periculis declaratumq; Cæsarem retulimus Iulianum. Habita est iisdem diebus etiam Florentii ratio, & Galliis nouitatis metu digressi. & Anatolio recens mortuo Præfecto Prætorio per Illyricum ad eius mittitur locum. cumq; Tauro itidem Præfecto Prætorio per Italiam amplissimi suscepit insignia magistratus. parabantur nihilominus externorum, atque ciuiliū instrumenta bellorum. & augebatur turmarum equestrium numerus. pariq; studio supplementa legionibus scripta sunt, indictis per prouincias tyrociniis. omnisq; ordo & professio uexabatur, uestem armaq; exhibens, & tormenta, aurum quinetiam & argentum, multiplicesq; rei cibariæ copias, & diuersa genera iumentorum. Et quia Persarum Rege ad difficultatem hyberni temporis agre contruso, referata Cæli temperie ualidior impetus timebatur, ad Transstigitanos Reges & satrapas Legati cum muneribus missi sunt amplis, monituri cunctos & hortaturi nostra sentire, & nihil fallax tentare, uel fraudulentum. Ante omnia tamen Arsaces & Meribanes Armeniæ & Hiberiæ Reges cultu ambizioso indumentorum emercabantur, & multiformibus donis. damna negociis Romanis illaturi, si rebus tum etiam dubiis desciuissent ad Persas. Inter tot urgentia Hermogene defuncto, ad Præfecturam promouetur Helpidius, ortus in Paphlagonia, aspectu uilis & lingua. sed simplicioris ingenii, incruentus & mitis. adeo ut cum ei coram innocentem quendam torquere Constantius præcepisset, æquo animo abrogari sibi potestatem orabat, hæcque potioribus aliis ex sententia principis agenda permitti. Rigore itaque instantium negociorum anceps Constantius, quid capefferet ambigebat. diu multumq; anxius, utrum Iulianum peteret & longinqua, an Parthos repelleret iam transituros (ut minabantur) Euphraten. hærensque tandem cum ducibus communicato sæpe consilio in id flexus est, ut finito propiore bello, uel certe mollito, nullo post terga relicto quem formidaret, Illyriis percussis & Italia, ut rebatur, Iulianum inter exordia ipsa cœptorum tanquam uenaticam prædam caperet. hoc enim ad leniendum suorum metum subinde prædicabat, Tamen ne intepesceret, aut commississe uelle uideretur aliud, late aduentus sui terrorem ubique dispergens, ueritusque ne Africa absente eo perumperetur, ad omnes casus principibus opportuna, uelut finibus Orientis egressus per mare notarium misit Gaudentium, quem exploratorem actuum Iuliani per Gallias aliquandiu fuisse præstrinximus. Hunc enim obsequio celeri cuncta consideratione genuina efficere posse sperabat,

sperabat, & aduersam partem metueret offensam. & properabat nactus hanc oportunitatem comendari Constantio. quem credebat proculdubio fore uictorem. nemo enim omnium tunc ab hac constanti sententia discrepabat. Qui cum eo uenisset, mædatoꝝ principis memor, per literas Cretione Comite quid ageretur edocto, reliquisque Rectoribus, lecto uindici militi fortiore, translatisque ab utraque Mauritania discursatoribus expeditis, Aquitaniæ & Galliæ obiecta litora tuebatur arctissime. Neque id consilium fefellit Constantium. Eo enim superstite nullus aduersorum illas tetigit terras, licet oram Siciliensem à Lilybeo protentam & Pachyno multitudo seruabat armata, si parauisset facultas, ocius transitura. His pro rerum ratione, ut sibi prodesse existimabat Constantius, aliisque minutis leniter ordinatis, ducum nunciis dicebatur & literis, Persarum copias in unum coactas Rege turgido præcunte iam prope margines tendere Tigridis, incertum quonam erumpere cogitantes. Quibus percitus, ut propius agens futuros possit anteuire conatus, quæ primum hybernis egressus, accito undique equitatu, peditumque robore, quo fidebat, per Capellanam Euphrate nauali ponte transcurso, Edissam petit uberem comeatibus & munitam. ibi parumper operiens, dum exploratores aut perfugæ motum castrorum hostilium indicarent. Discedens inter hæc Iulianus à Rauracis, peractis quæ docuimus dudum, Sallustium Præfectum promotum remisit in Galliam, Germanico iussu uicem tueri Nebridii. Itidemque Neuitæ magistrum commisit Armorum, Suomarium prodicorem antiquum, timens quo eum scutarios ageret lætantem prodidisse Veteranionem suum principem audiebat. & Louio quæsturam, cuius in actibus Magnenti meminimus, & Mamertino Largitiones curandas, & Dagalaisum præfecit Domesticis. aliosque plures, ex arbitrio suo militibus regendis apposuit, quorum merita norat & fidem. Profecturus itaque per Martianas syluas, uiasque iunctas Istri fluminis ripis, inter subiecta uehementer incertus id uerebat, ne contemptus (ut comitantibus paucis) multitudinem offenderet repugnātem. quod ne fieret, consilio solerti prouidit. & agminibus distributis per itinera Italiæ nota quosdam preparaturos cum Louino misit & Louio. alios per mediterranea Rhetioꝝ, magistro Equitum Neuitæ commissos, qui diffusi per uariam opinionem numeri præberent animos, formidineque cuncta complerent. Idem & Alexander Magnus & deinde alii plures, negotio ita poscente, periti fecerunt ductores. Mandabat tamen egressis, ut tanquam hoste peritino occursum, tutius graderent, stationesque nocturnas agerent & uigilias nemo periculo suo, nemo nudaret excursu. Quibus ut uidebat apte dispositis, more quo tractus peruerat sæpe barbaricos, contextis successibus fidens, porrectius ire pergebat. Cumque ad locum uenisset, unde nauigari posse didicit flumen, lembis ascensis, quos opportune fors dederat plurimos, per aluē, quantum fieri potuit, ferebat occulte. ideo latens, & toleranter & fortiter nullius cibi indigens mundioris, sed paucis contentus & uilibus, oppida forinsecus transibat & caute. imitatus egregium illud Cyri ueteris dictum, qui cum delatus ad hospitem, interrogaretur ab eo,

quid ad conuiuium parari deberet, panem responderat solum. sperare enim, aiebat, prope riuū cenaturū. Fama uero, quæ mille (ut aiunt) linguis rerum misere exaggerat fidem, per Illyrios omnes celebrior fundebatur, Iulianum strata per Gallias multitudine Regum & gentium, numerofo exercitu & successibus tumidum uariis aduentare. Quo rumore percussus Præfectus Prætorio Taurus, ut hostem uitans externum iure discessit, uectusq; moratione celeri, cursus publici transitus Alpibus Iuliis, eodem ictu Florentium itidem præfectum secum abduxit. Leuibus tamen iudiciis super Iuliani motu Lucillianus percitus Comes, qui per illas regiones rem curabat ea tempestate castrensem, agensq; apud Sirmium, milites congregans, quos ex stationibus propriis acciri celeritatis ratio poscebat permittebatq; uenturo resistere cogitabat. Sed ille ut fax uel incensus malleolus uolucriter ad destinata festinās, cum uenisset Bononiam, à Sirmio milliario nono disparatā & decimo, senescente Luna, ideoq; obscurante noctis maximam partem, è nauī exiliuit improuisus, statimq; Dagalaifum misit cum expeditis ad Lucillianum uocandum, trahendumq; si reniteretur. Qui tum etiam quiescens cum strepitu excitatus turbulento uidisset ignotorum hominum se circulo circūseptum, concepto negotio, & imperatorii nominis metu præstrictus, præceptis paruū inuitissimus. sequutusq; alienum arbitrium Magister Equitum pauloante superbus & ferox, iumentoq; impositus repentino, principi ut captiuus offertur ignobilis, oppressam terrore uix colligens mentem. Verum cum primitus uisus, adorandæ purpuræ datam sibi copiam aduertisset, recreatus tandem suiq; securus, Incaute, inquit, Imperator & temere cum paucis alienis partibus te commisisti. Cui amarum Iulianus subridens, Hæc uerba prudentia ferua, inquit, Constantio, maiestatis enim insigne, non ut consiliario tibi, sed ut definas pauere, porrexī. Nihil deinde amoto Lucilliano differendum, nec agentium segneratus, ut erat in rebus trepidis audax & confidentior, ciuitatem ut præsumebat dedititiam petens, citis passibus incedebat. eumq; suburbanis propinquantem amplis nimiumq; protentis, militaris & omnis generis turba cum lumine multo, & floribus, uerbisq; faustis Augustum appellans & dominū, duxit in regiam. Vbi euentu lætus, & omine firmata spe uenturorum, quod ad exemplum urbium matris populosæ & celebris per alias quoque ciuitates ut sidus salutare susciperetur, edicto postridie Curuli certamine, cū gaudio plebis, ubi lux excanduit ad tertiam horam impatiens percussis aggeribus publicis Sueconos, nemine auso resistere, præfidiis occupauit. iisdemq; tuendis Neuitam præfecit ut fidum. Cuius loci situm nunc conueniet ostendi. Consertæ celsorum montium summitates Hemi & Rhodopes, quorum alter ex ipsis Istri marginibus, alter ab Axii fluminis citeriori parte confurgit, in angustias tumulosis collibus desinentes, per Illyrios interscindunt & Thracas, hinc cæne mediterraneis uicis & Bebryces, inde Thracias despectantes & Philippopolim ciuitates amplas & nobiles & tanq̄ natura in ditionem Romanam redigendas nationes circūstas prænoscente, ita figuratę consulte,

consulte, inter arctos colles quondam hiantes obscurius ad magnitudinem splendoremq; postea rebus elatis patefactæ sunt & carpentis, aditibusq; aliquoties clausis, magnorum ducum populorumq; repellere conatus. & pars, quæ Illyricum spectat mollius ædita, uelut incauta subinde superatur. latus uero è regione oppositum Thraciis prona humilitate diruptum, hincq; & inde fragosis tramitibus impeditum, difficile scanditur, etiam nullo uetante. Sub hac altitudine aggerum utrobique spaciofa camporū planicies iacet. superior adusq; Iulias Alpes extenta, inferior ita resupina & panda, ut nullis habitetur obstaculis adusque Fretum & Propontidem. His, ut in re tali tamq; urgenti, cōpositis, magistro Equitum illic relicto, Imperator reuertitur Nessum copiosum oppidum, quo inde præpedite cuncta disponderet suis utilitatibus profutura, ubi Victorem apud Sirmium uisum scriptorem historicum, exindeq; uenire præceptum, Pannoniæ Secundę Consularem præfecit & honorauit ænea statua, uirum sobrietatis gratia multilaudum, multo post Vrbi Præfectum, iam altius extollens, & nunq̄ credens ad concordiam prouocari posse Constantium, orationem acrem & inuectiuā, probra quædam in eum, explanantem & uitia, scripserat ad Senatum. Quæ cū Tertullo administrante adhuc Præfecturam recitarentur in curia, eminuit nobilitatis cum speciosa fiducia benignitas grata, exclamatum est enim in unum cunctorum sententia congruente, Auctori tuo reuerentiā rogamus. Tunc & memoriam Constantini, ut nouatoris, turbatorisq; præscarum legum & moris antiquitus recepti uexauit. eum aperte incusans, q; Barbaros omnium primus adusque fasces auxerat & trabeas consulares. insulse nimirum & leuiter, qui cum uitare deberet id quod infestiuso biurgauit, breui postea Mamertinum ad consulatum euegit, nec uita, nec splendore, nec usu, nec gloria horū cuiusq; similem, quibus magistratum detulerat amplissimum Constantinus, contra in consummatū & subagrestem, & qd̄ minus erat ferendū, celsa in potestate crudelem. Hæc & talia cogitanti, sollicitoq; super maximis rebus & seriis, nuncius metuendus intimatur & insperatus, ausa indicans quorundam immania, impeditura cursus eius ardentis ac uigilantes, ni hæc quoque anteq̄ adolescerent hebetasset, quæ breuiter exponentur. Duas legiones Constantiacas, addita una Sagittariorum cohorte, quas inuenerat apud Sirmium, ut suspectæ ad huc fidei, per speciem necessitatum urgentium misit in Gallias. quæ pigrius motæ per spatia itinerum longa, & Germanos hostes truces & assiduos formidantes, nouare quædam moliebantur, auctore & incitatore Nigrino, equitum turmæ Tribuno in Mesopotamia genito. Req; digesta per secreta colloquia, & alto roborata silentio, cū Aquileiam peruenissent, urbem situ & opibus murisq; circūdatam ualidis, eam hostiliter repente claufere, iuuante indigena plebe tumultū horrore, cui Constantii nomen erat tum etiam initiū, & obsertatis aditibus, turribusq; armatis ac propugnaculis, futuræ concertationi præparabant utilia, interim soluti & liberi. Hocq; facinore ita audacia ad fauendum Constantii partibus, ut superstitis, Italicos incolas excitabant.

Quibus

Quibus Iulianus acceptis, agens tunc apud Nessum, nihil à tergo timens aduersum, legensq; & audiens hanc ciuitatem circūfessam quidem aliquoties, nunq̄ tamen excisam aut deditam, impensiore studio sibi sociare, uel fraude, uel diuersis adulationum generibus, anteq̄ maius oriretur aliquid, properabat. Ideoq; Iouinum Magistrum Equitum uenientem per alpes, Noricosq; ingressum, ad id quod exarserat quoquo modo corrigendum redire citius imperauit. Et ne quid deesset, milites omnes qui comitatum sequebantur aut signa, retineri iussit per eundem oppidum transeuntes pro uiribus laturos auxiliū. Hisq; dispositis ipse, haud diu postea cognita morte Constantii, discursis Thraciis Constantinopolim introiit. ac sæpe doctus certius fore id obsidium q̄ uerendum, Immo cum comitibus aliis ad hoc destinato, remouit exinde Iouinum, alia, quæ potiores flagitabant necessitates, acturum. Ordine itaque scutorum gemino Aquileia circūsepta, concinentibus sententiis dum, conueniens uisum est ad deditiōem allicere defensores minacium blandorūq; uarietate sermonum. & multis ultro citroq; dictitatis, in immensum obstinatione gliscente, ex colloquio re infecta disceditur. Et quia nihil præter pugnam iam spectabatur, curatis utrobique cibo somnoq; corporibus, aurora iam surgente, concrepante sonitu buccinorum, partes accensæ in clades mutuas, ferocientes magisq̄ consultius, datis clamoribus, ferebantur. Plures igitur efferentes oppugnatores, cratesq; densius tectas, sensim incedentes, cautes murorum imas effodere ferramentorū multitudine conabantur. catts plerique emittentes ad mensuram mœnium, pars clausaq; parietibus uolutis in pronum collisi, pars confixi stridentibus iaculis, retroq; gradientibus auerterunt secum omnes alios, metu similibus à proposito pugnandi detortos. Hoc primo congressu erecti in audaciā clausi, assumpta fiducia meliorum paruēducebant restantia, mentibusq; fundatis & compositis, oportuna torrentis indefesso labore, uigilias & cætera subsidia securitatis implebant. Contra munitores, licet pauore discriminum anxii, pudore tamen ne socordes uiderentur & segnes, ubi parum uis procedebat Marte aperto tentata, ad instrumenta obsidionalium artium transtulerunt. Et quia nec arietibus admouendis, nec intentandis machinis, uel ut possint forari cuniculi, inueniebatur quid habile, desperatione breui ciuitatem Lysimachiam anni præterlabente, commentum excogitatum est cum ueteribus admirandum. Constructas ueloci studio ligneas turres, propugnaculis hostium celsiores, imposuere trigeminis nauibus, ualide sibi connexis, quibus insistentes armati uno pariq; ardore prohibitores dispellere, collatis ex propinquo uiribus, nitentur. subterq; expediti uelites à turrium cauernis egressi, iniectis ponticulis, quos ante compagnarant, transgredi festinarunt indiuiso negotio. ut dū uicissim missilibus se petunt & saxis, utrinq; secus alte locati his qui transire per partes nullo interpellante, ædificii parte conuulsa aditus in penetrali serarent iterum summa cœpti prudentes aliorum euasit. Cum enim aduentarent iam turres, contortis malleolis ma-

lis madentibus pice arundineq; quin etiam sarmentis, ac uario fomite flammarum incessabantur. quæ quoniam incendio celeri, ponderibusq; trepide superstantium inclinatę prociderunt in flumen, armatorum aliqui per earum fastigia interibant, eminus confixi tormentis. Inter quæ destituti pedites post naualium sociorum occasum obtriti sunt saxis immanibus, præter paucos, quos morti scilicet per impedita suffugia uelocitas exemerat pedum. Ad ultimum certamine protracto in uespera, datoq; signo in receptū, ex more ambo digressi, diei residuū animis egere disparibus. Munitorū enim merores funera lugentiū propria, prohibitores spe iam superandi, firmabant. Licet ipsi quoq; paucos gemebant amissos, properabatur tamen nihilo minus, & quantum recreandis uiribus quiete & cibo satis fuit tributo per noctis integre spatium, reparatur lucis exordio prælium incitato. tamen toxatarum & quidam elatis super capita scutis, ut pugnaturi leuius, alii uehentes humeris interea scalas, feruentiq; impetu procurrentes spectatos multiformiū telorum ictibus exponebant. Alii ferratos portarum obices effringendos adorti, ultro ignibus petebantur, uel saxis muralibus oppetebant. quidam fossas fidentius transire conati, repentinus eorum assultibus, qui erumpebant clanculo per posticas, ruentes incaute faucii discedebant. Recursus enim ad mœnia tutior ualiumq; murorum cespitibus fulctū, insidiantes ab omni discrimine defendebant. Et quanq̄ prohibitores peritia bellorumq; artibus antestarent, quibus nihil præter mœnium superest adiumentum, collectus tamen ex potioribus numeris miles diuturnas ferre nequiens moras, suburbana omnia circumibat, diligenter inquirens, qua ui uel machinis posset patefactam irrumperet ciuitatem. Quod ubi patrare nō poterat magnitudine uerante difficultatum, obsideri remissius cœpta est, & excubiis stationibusq; relictis insidiarum, mille uastantes agros propinquos, omnibus congruentibus abundabāt, raptorum pleraque contubernalibus suis impertientes. unde largiori potu, saginisq; admodum distenti marcebant. His relatione immuni consortiumq; cognitis, Iulianus Constantinopoli etiam tum hybernans, solerti remedio turbatis consuluit rebus. moxq; Agilonem magistrum peditum ea tempestate probe cognitum miserat, ut uiso honoratissimo uiro comperto, q̄ per eius mortem statim solueretur obsidium. Inter quæ cum incessanter aquarum fiducia, reliqua opera contemnerentur incassum, placuit resistentes acriter ad deditiōem siti compelli. & ubi aquarū ductibus intersectis, nihilo minus celsiore fiducia repugnarent, flumen laboribus auertitur magnis. Quod itidem frustra est factum. Attenuatis enim audioribus bibendi subsidiis, hi quos temeritas clauserat, contenti putealibus aquis parce uixerunt. Quæ dum agitantur casibus antedictis, sine mora hic (ut præceptum est) Agilo scutorum densitate contectus, prope fidenter accessit, multaq; loquutus & uera, quibus Constantii obitum, firmatumq; Iuliani docebat imperium, sine conuiciis computabatur ut fallax. nec ei quisquam credidit gesta narranti, anteq̄ pacta salute susceptus ad pugnaculum solus, fide religiosius reddita, ea quæ

lea quæ docuerat, replicaret. His auditis ex diuturno angore portis reclusis, omnes effusius cepere læti pacificum ducem, seq; purgantes, Nigrinum totius furoris auctorem, paucosq; alios obtulerunt, eorum supplicio crimine læsæ maiestatis, & urbis erumnas expiari poscentes. Paucis denique post diebus iudicante Præfecto, dirum sceleribus expiandis demandatur negocium Mamertino. Præterea Nigrinus ut acerrimus belli instinctor exustus est uiuus. Romulus uero post eum & Sabostius, currus axi uincti, fuere dispicati, ut proni in studia senis, alii rotarum pœna consumpti sunt, terrore dûtaxat alii, ut innoxii, quos ad certaminum rabiem necessitas egerat, non uoluntas. Id enim equitate pensata statuerat placabilis Imperator & clemens. Et hæc quidem postea gesta sunt. Iulianus uero agens etiam tum apud Nessim, curis altioribus stringebatur, multa utrinq; permiscens. formidabat enim, ne clauorum militum apud Aquileiam repentino assultu, obseratis angustiis Alpium Iuliarum, prouincias & adminicula perderet, quæ exinde sperabat in dies. Itidemq; opes Orientis magnopere uerebatur, audiens dispersum per Thracias militem contra ui subita, cito coactum aduentare Succorum confinia Comite Marciano ducente. sed tamen congrua instantium sollicitudinum mole ipse quoque agitans efficaciter, illyricum contrahebat exercitum, puluere coalitum martio, promptumq; in certaminibus bellicoso iungi Reftori. nec priuatorum utilitates in tempore afflagranti despiciens, litesq; audiens, controuersias maxime municipalium ordinum, ad quorum fauorem propensior iniuste plures muneribus publicis annectebat. ibi Symmachum repertum & Maximum senatores conspicuos à nobilitate Legatos ad Constantium missos, exinde reuersos, honorifice uidit. & potiore posthabito, in locum Tertulli Maximum, Vrbi Præfectum æternæ, ad Rufini Vulcaci gratiam, cuius sororis eum filium norat, hoc administrante, alimentaria res abundauit, & quærelæ plebis excitari crebro solitæ, cessauerunt. Tunc ut securitatem trepidis rebus afferret, & obedientium nutriret fiduciam, Mamertinum Promertinum Præfectû Prætorio per Illyricum designauit consulem & Neuitam, qui nuper, ut primum augendæ Barbaricæ utilitatis auctorem, immoderate notauerat Constantium. His ac talibus, quæ noua negocia commouerant, Constantius apud Edeffam exploratorum relationibus uariis anxius, in rationes deducebatur ancipites. nunc ad concursatorias pugnas militem struens. nunc, si copia patuisset, obsidione gemina Bezabden aggressurus. consultans prudenter, ne mox partes petiturus Arctos, improtectum Mesopotamiæ relinqueret latus. Verum consiliorum ambiguum retinebant multiplices moræ, tardante Tigride Regem dum moueri permetterent sacra. nam si permeato flumine, nullum qui resisteret, inuenisset, absque difficultate penetraret Euphratem. alioqui ad ciuilia bella custodiens militem, timebat eum periculis obiectare circumuranis, firmitatem mœnium munimento defensorum alacritatem expertus. ne quiesceret tamen, neue contemneretur inertia, Arbetionem & Agilonem, equestrisq; militiæ ministros cum agminibus

nibus maximis properare coëgit, non ut lacefferent Persas in prælia, sed prætenturis iuncturos citiores Tigridis ripas, & speculatuos quò nam Rex eriperet uiolentus. addebatq; monendo sapius & scribendo, ut si multitudo transire cœpisset hostilis, referrent citius pedem. Dumq; collimitia iussa custodiunt duces, & occulta fallacissimæ gentis obseruantur, agens ipse cum parte ualidioris exercitus, curabat urgentia, uelut pugnaturus oppida quæ tuebatur excursu. Speculatores uero & transfugæ subinde uenientes repugnantia prodebant. Ideo futurorum incerti, q; apud Persas nemo consiliorum est conscius, præter optimates taciturnos & fidos. apud quos Silentii quoque colitur numen. Accersebatur autem à memoratis ducibus Imperator assidue, orantibus ferri sibi suppetias. Testabantur enim se non nisi coactis in unum uiribus cunctis, posse impetum Regis ardentissimi sustinere. Quæ dum aguntur ita solite, nuncii percrebuere certissimi. quorum clara fide compertum est, Iulianû Italiæ & Illyricum cursu celeri prætergressum, claustra interim occupasse Succor, accita undique præstolantem auxilia, ut multitudine stipatus armorum peruaderet Thracias. Quo cognito, mœrore offusus Constantius, solatio uno sustentabatur, quò intestinos semper superauerit motus, rem tamen magnam & difficultatem ad capeffendum consilium afferrent. ei delegit potissimum, ut uehiculis publicis impositum paulatim præmitteret militem, imminente casus atrocitati uelocius occursum. omniumq; consensu approbata sententia pergebant, ut præceptum est, expediti. Eiq; hæc disponenti, luce postera nunciatur Regem cum omni manu, quam duxerat, ad propria reuertisse, auspiciis dirimentibus, lenitoq; metu reuocatis omnibus, præter eos quos consuetudo præsidio Mesopotamiæ destinarat, reuersus est Nicopolim. Summa itaque cœptorum quorsum euaderet ambigens, cum in unum exercitus conuenisset, omnes centurias & manipulos & cohortes in concionem uocauit concinentibus tubis, oppletoq; multitudinis campo, ut ea affirmando, promptius adigeret impetranda, tribunali celsò sistens stipatoq; solito densius, hæc prosequutus est, ad serenitatis speciem fiducia uultu formato. Sollicitus semper, ne quid re leui uel uerbo committam, inculpatae parum congruens honestati, utq; cautus nauigandi magister, clauos pro fluctuum motu erigens uel inclinans, compellor nunc apud uos amantissimi uiri confiteri meos errores, quin potius (si dici liceat uerum) humanitatem, quam credidi negociis cõmunibus profuturam. Proinde ut facilius sciri possit, quæ sit huius concilii conuocandi materia, accipite quæso æquis auribus & secundis. Gallum patruelem meum (tempore quo confundendis rebus pertinaciter Magnentius inhærebat, quem obruere uestræ uirtutes) potestate Cæsaris sublimatû, ad Orientis præsidium misi, cum iustitia permulta uisu relatuq; nefaria effecisset, arbitrio punitus est legum, atque utinam hoc conteta extitisset inuidia, turbarum acerrima concitatrix. Et angebat nos una, sed secunda doloris præteriti recordatio. At nunc aliud accidit, ausim dicere præteritis mœstius, quod per fortitudinem nobis ingentia

adiumenta caelestia coëcebunt. Iulianus, quem dum circumfrementes Illyri- cum nationes exteras oppugnatis tuendis præfecimus Galliis, leuium confi- dentia præliorum, quæ cum Germanis gessit semermibus, ut uecors elatus, ascitis in societatem superbam auxiliariis paucis, feritate speq; postrema ad perniciosam audaciam promptis, in noxam publicam conspirauit, æqui- tate calcata parente nutriceq; orbis Romani, quam tumentes spiritus tanq; fauillas se facturam, deinde ut sceleste lesorū ultricem & ipse expertus, & do- cente antiquitate facile credo. Quid igitur superest, nisi ut turbinibus excitis occurramus, subcrepantis rabiem belli, anteq; pubescat ualidius, celeritatis remediis oppressuri? Nec enim dubiū, fauore numinis summi p̄sente (cuius perenni suffragio damnantur ingrati) ferrum impie præparatū ad eorum in- teritum esse uertendum. qui non laccessiti, sed aucti beneficiis pluribus, ad in- fontiu pericula surrexerunt. Vt enim mea mens auguratur, caelestia rectis con- siliis affutura promitti spondeo, q; si uentum fuerit cominus, ita pauore tor- pescent, ut nec oculorum uestrorū uibratæ lucis ardorem, nec barritus sonū perferant primū. Omnes post hæc dicta, in sententiā suam hastas uibrantes irati, post multa quæ beneuole responderant, petebant se duci protinus in re- bellem. Qua gratia in lætitiā Imperator uersus ex metu, concione mox ab- soluta, Arbetionem ante alios faustum ad intestina bella sedanda ex antecactis iam sciens, iter suum præire cum lanceariis, & mactariis, & cateruis expedito- rum, præcepit. & cum lætis itidem Gemoarium uenturi sunt Succorum an- gustiis opponendum, ea re aliis antelatum, q; ut contemptus in Galliis, erat Iuliano infestus. In hoc rerum aduersarum tumultu hærens eius fortuna iam & subsistens, aduentare casum uitæ difficilem, modo non loquentibus signis aperte monstrabat. Nāque & nocturnis imaginibus terrebar, & nondum penitusmersus in somnum umbram uiderat patris obtulisse pulchrū infan- tem, eumq; susceptum & locatum in gremio suo, excussam ibi proiecisse lon- gius sphæram, quam ipse dextera manu gestabat. Id autem permutatio- nem temporum indicabat, licet interpretantes placentia responderent. Post hæc confessus est iunctioribus proximis, q; tanquam desolatus secretum ali- quid uidere desierit, quod interdum affuisse sibi squalidius æstimabat, & pu- tabatur genius esse quidam tutelæ salutis appositus, eum reliquisse mundo citius digressurum. Ferunt enim theologi, in lucem æditis hominibus cun- ctis (salua firmitate fatali) huiusmodi quædam uelut actus rectura numi- na sociari, admodum tamen paucissimis uisa, quos multiplices auxere uir- tutes. Idq; & oracula & auctores docuerunt præclari. Inter quos est etiam Menander comicus. apud quem hi senarii duo leguntur, ΑΝΑΝΤΔΩΜΩΝ ΑΝΔΡΙΣΤΑΤΑ ΙΕΥΟΥΕΤΕΝΟΜΕΝΤΩΜΙΣΤΩΤ ΓΟΣ ΤΟΥ ΒΙΟΥ.

Inde sempiternis Homeri carminibus intelligi datur, non deos cælestes cum uiris fortibus colloquutos, nec affuisse pugnantibus uel iuuisse, sed fa- miliares genios cū hisdem uersatos, quorū adminiculis freti præcipuis Pytha- goras enituisse dicitur, & Socrates, Numaq; Pompilius, & superior Scipio, et Cut

Et (ut quidam existimant) Marius & Octavianus, cui Augusti uocabulum delatum est primo, Hermesq; ter maximus, & Tyaneus Apollonius, atque Plotinus, ausus quædam super hac re differere mystica, alteq; monstrare, qui- bus primordiis hi Genii animis connexi mortalium castas mentes quas gre- miis suis susceptas tuentur, quoad licitum est, docentq; maiora, si senserint pu- ras, & à colluione peccadi immaculatas corporis societate discretas. Ingres- sus itaque Antiochiam festinando Constantius, ad motum certaminum ciui- lium (ut solebat) auide surrecturus, paratis omnibus exire properabat, im- modice renitentibus plurimis murmuretenus, nec enim dissuadere palam au- debat quisq; uel uetare. Autumno iam senescente profectus, cum ad subur- banum uenisset disiunctum exinde tertio lapide Hippocephalum nomine, lucente iam die, cadauer hominis interfecti dextra iacens capite auulso con- spexit, contra occiduum latus extensum. territisq; omnibus, finem paran- tibus Fatis destinatus ipse tendebat. uenitq; Tarsum. Vbi leuiore febris con- tactus, ratusq; itinerario motu imminutæ ualetudinis excuti posse discrimē, petit per uias difficiles Mopsucrenē Ciliciæ ultimam hanc pergentibus stati- onem, sub Tauri montis radicibus positam. Egrediq; sequito die conatus, illabente morbi grauitate detentus est. Paulatinq; urente calore nimio ue- nas, ut ne tangi quidem corpus eius possit in modum foculi feruens, cum usus deficeret medelarum, ultimum spirans deflebat exitium. Mentisq; sensu- tum etiam integro, successorem sue potestatis statuisse dicitur Iulianum. De- inde anhelitu iam pulsante letali conticuit. diuq; cum anima colluctatus iam discessura, abiit è uita tertio Nonarum octobrium, imperii uiteq; anno qua- dragesimo & mensibus paucis. Post quæ, supremis cum gemitu conclamatis excitisq; lamentis & luctu, deliberabant locum obtinentes in aula regia pri- mum, quid agerent, quidue moliri deberent. Paucisq; occulte super eligendo Imperatore temptatis incitante, ut ferebatur, Eusebio, quem noxarum con- scientia stimulabat, cum nouandis rebus imminens obfisteret Iulianus, mit- tuntur ad eum Theolaiplus & Aligildus, tunc Comites, mortem indicantes propinqui. & oraturi, ut mora omni depulsa, ad obtinendum obtemperare sibi paratum tenderet Orientem. Fama tamen rumorq; loquebatur, interim Constantium uoluntatem ordinasse postremam. in qua Iulianum, ut prædi- ximus, scripsit heredem. & his quos diligebat, fideicommissa detulit & le- gata. Vxorē autem pregnantem reliquit, unde ædita posthuma, eiusq; no- mine appellata, cum adoleuisset, matrimonii iure copulata, est Gratiano. Bonorū igitur uitiorumq; eius differentia uere seruata, præcipua primum con- ueniet expedire. Imperatoriæ auctoritatis cothurnū ubiq; custodiens, popu- laritatem elato animo contemnebat & magno. Erga tribuendas celsiores di- gnitates impendio parcus. Nihil circa administrationum augmenta, præter pauca, nouari perpeffus. Nunq; erigens cornua militarium, nec sub eo dux quisq; cum claritate prouectus est. erant enim, ut nos quoque meminimus, perfectissimi. Nec occorrebat magistro Equitum prouinciæ Rector, nec con-

tingi ab eo ciuile negocium permittebat. Sed cuncta Castrenses & Ordinariæ potestates, ut honorum omnium apicem prisca reuerentiæ more Præfectos semper suspexere Prætorianos, in conseruando milite nimium cautus examinatore. meritorum nonnunquam scrupulosus, Palatinas dignitates uelut ex quodam tribuens perpendiculari, & sub eo nemo celsum aliquid acturus in regia repentinus adhibitus est, uel incognitus. Sed qui post decenniū Officiorum magisteriū, uel Largitiones, uel simile quicquid esset recturus, apertissime noscebatur. Valdeque raro contigerat, ut militariū aliquis ad ciuilia regenda transiret, contraque non nisi puluere bellico indurati præficiabantur armatis. Doctrinarum diligens affectator. Sed cum à rhetorica per ingenium desereretur obrutum, ad uersificandum transgressus, nihil opere precium fecit. In uita parca & sobria edendi potandique moderatione, ualitudinem ita retinuit firmam, ut raros colligeret morbos, sed eos non procul à uitæ periculis. Id enim euenire corporibus à lasciuiâ dimotis & luxu, diuturna experimenta & probationes medendi monstrarunt. Somno contentus exiguo, cum id posceret tempus & ratio. Perque spacia ita longissima impendio cæsus, ut nec mare ministro saltem suspicionetenus posset redargui. quod crimen etiam si non inuenit malignitas, fingit in summarum licentia potestatum. Equitandi & iaculandi maxime peritus. dirigendi sagittas, artiumque armorum pedestris perquam scientificus. Quod autem tersisse eum nunquam nares in publico, nec spuuisse, nec transfuisse in partem alterutram uultum aliquando uisus est, nec pomorum quoad uixerat, gustauerit (ut dicta sapius) prætermitto. Dinumeratis carptim bonis, que scire potuimus, nunc ad explananda eius uitia ueniamus. Cum esset in negociis aliis principibus mediis comparandus, si affectatæ dominationis ansam quandam falsam reperisset aut leuam, hanc sine fine scrutando, fasque eodem loco ducens & nefas, Caligulæ & Domitiani & Commodi immanitatem facile superabat. Quorum emulatus sæuitiam inter imperandi exordia, cunctos sanguine & genere se contingentes turpiter interemit. Addebatur miserorum erumnis, qui rei maiestatis imminutæ uel læsæ deferebantur acerbitas eius & iracundia, suspensiones dein huiusmodi cuncta discende, & si quid tale increpuisset, in quaestiones acrius exurgens quam ciuilitate, spectatores apponebat his litibus truces, mortemque longius in puniendis quibusdam, quam natura permetteret, conabatur extendi. In huiusmodi controuersiarum partibus etiam Gallieno ferocior. Ille enim perduellionum crebris uerisque appetitus insidiis, Aureoli, & Posthumi, & Ingenui, & Valentis cognomento Thessalonici, aliorumque plurium mortem factura crimina quoties lenius uindicabat. Hic etiam facta uel dubia adigebat uideri certissima ui tormentorum. Tumque in eiusmodi titulis capitali opera, cum maxime id ageret ut pius æstimaretur & clemens, & tanquam ex arida sylua uolantes scintillæ, flatu leui uentorum ad usque discrimina uicinarum agrestium incohibili cursu perueniunt, ita ille quoque ex minimis causis malorum congeries excitabat, Marci illius dissimilis principis uerecundi, qui cum ad imperiale culmen in Syria assurrexisset,

epistolarum

epistolarum fascem ab eo ad conscios missum præliatore raptas, sibi oblatum ilico signatum, exuri præcepit, agens adhuc in Illyrico, ne insidiatoribus cognitis, inuitus quosdam habere posset offensos. Utque recte sentientes quidam arbitrabantur, uirtutis erat potius iudicium magnæ, imperio eundem comitantium sine cruore cessisse, quam uindicasse tam inclementer. ut Tullius quoque docet, crudelitatis increpans Cæsarem in quadam ad Nepotem epistola. Neque enim quicquam aliud est Felicitas, inquit, nisi honestarum rerum prosperitas, uel ut alio modo definiam, Felicitas est fortuna adiutrix consiliorum bonorum, quibus qui non utitur, felix nullo pacto esse potest. Ergo in perditis impiisque consiliis quibus Cæsar usus erat, nulla potuit esse felicitas, feliciorque meo iudicio Camillus exulans, quam temporibus iisdem Mallius, etiam si, id quod cupierat, regnare potuisset, id Ephesus quoque Heraclitus asserens monet, Et ab inertibus & ignauis (euentus uariante Fortuna) superatos aliquoties uiros fuisse præstatos. Illud uero eminere inter præcipuas laudes, cum potestas in gradu, uelut sub iugum missa nocendi sciendi que cupiditate & irascendi, in arce uictoris animi trophæum erexit gloriosum. Ut autem in externis bellis hic princeps fuit saucius & afflictus, ita prospere succedentibus pugnis ciuilibus tumidus, & intestinis ulceribus Reip. sanie profusus horrenda. Quo prauo proposito, magisque recto uel usitato, Triumphales Arcus ex clade prouinciarum sumptibus magnis erexit in Galliis & Pannoniis, titulis gestorum affixis se, quoad stare poterunt monumenta, lecturis uxoribus & Spadonum gracilentis uocibus & Palatinis quibusdam nimium quantum addictus, ad singula eius uerba plaudentibus, & quid ille aiat uel neget, ut assentiri possit, obseruantibus. Augebat etiam amaritudinem temporum flagitiorum rapacitas in expleta, plus odiorum ei, quam pecuniarum conferentium. Hocque multis intolerantius uidebatur, quod nec causam aliquando audiuit, nec prouinciarum indemnitati prospexit, cum multiplicatis tributis & uectigalibus uexarentur. Eratque super his adimere facilis quæ donabat. Christianam religionem absolutam & simplicem anili superstitione confundens, in qua scrutanda perplexus, quantum componenda grauius excitauit discidia plurima, quæ progressa fusiua aluit concertatione uerborum, ut cateruis antistitum iumentis publicis ultro citroque discurrentibus, pars modos quos appellant, dum ritum omnem ad suum trahere conatur arbitrium, rei uehiculariæ succideret neruos. Figura tali situque membrorum, subniger, luce oculorum elata, cernensque acutum, molli capillo, raris assidue genis lucentibus ad decorem, ad usque pubem ab ipsis colli confiniis longior, breuissimis cruribus & incuruis, unde saltu ualebat & cursu. Pollinctum igitur corpus defuncti conditumque in loculis, Iouianus etiam tum Protector Domesticus cum regia profectus qui pompa Constantinopolim usque iussus est, prope necessitudines eius humanum, eique uehiculo insidenti, que portabat reliquias, ut principibus solet, annonæ militaris offerebantur indicia (ut ipsi nominant) proba, & animalia publica monstrabantur, & ex usu crebrescebant, occursumque, & alia horum similia, eidem Iouiano imperium quidem, sed & cassum & umbratile (ut ministro rerum funebrium) portendebant.

M iii

AMMIANI · MAR CELLINI

R E R V M · G E S T A R V M
L I B E R · V I G E S I M V S
S E C V N D V S



DVM hæc in diuersa parte terrarum Fortune struunt uolubiles casus, Iulianus inter multa, quæ per Illyricum agitabat, exta rimabatur assidue, auesq; suscipiens præscire festinabat accidentium finem. sed responsis ambiguis & obscuris hærebat futurorum incertus. Eiq; tandem aruspicinæ peritus Aprunculus Gallus orator promotus Rector, postea uarios nunciauit euentus, inspectu iecoris (ut aiebat ipse) prædoctus, qd̄ operimento duplici uiderat tectum. Cumq; ille timeret cupiditatis suæ congruendi affringerentur, atque ideo mæstus, omen multo præsentius ipse conspexit, quod excessum Constantii clare monstrabat. Eodem enim puncto, quo idem obierat in Cilicia, lapso milite, qui se insensurum equum, dextra manu erexit, humiq; prostrato, exclamauit ilico, audientibus multis, Cecidisse qui eum ad cultum euexit. Fixa tamen firmitate consistens, intra terminos Daciæ se continebat, sic quoque plurima pertimescens, nec enim cautum ducebat, coniecturis credere forsitan in contrarium erupturis. Inter quæ tam suspensa aduenere subito missi ad eum Legati, Theolaiphus atq; Aligidus, defunctum Constantium nunciantes, addentesq; qd̄ eum uoce suprema successorem suæ fecerit potestatis. Qua re cognita, post exemptos periculorum æstus, & bellicarum solitudinum turbas imminentes, elatus iamq; uaticiniis credens, & celeritatem negociis suis aliquoties profuisse expertus, edixit iter in Thracias, motisq; prope signis, emensa decliuitate Succorû, Philippopolim petit cû Olympiada ueterem, alacri gradu sequentibus quos duxerat cunctis, aduertebant enim, imperium qd̄ ereptum ibant, cum ultimorum metu discriminum præter spem ordinario iure concessum. Vtq; solet Fama nouitates augere, properabat exemplo sublimiorum quondam, Triptolemi curru, quem, ob rapidos circumgressus aëris, serpentibus & pennis nigeris fabulosa uetustas imponit. Perq; terras & maria formidatus, nullis obstantibus muris, Heracleam ingressus est & Perinthum. Quo apud Constantinopolim mox comperto, effundebatur ætas omnis & sexus, tanq̄ demissum aliquem uisura de cælo. Exceptus igitur tertio Iduum Decembrium uerecundis Senatus officiis & popularium consonis plausibus, stipatusq; armorum & togatorum agminibus, uelut acie ducebatur instructa, omnium oculis in

lis in eum non modo contuitu destinato, sed cû admiratione magna defixis. Omen enim propius uidebatur, adultum adhuc iuuenem, exiguo corpore, factis præstantem ingentibus, post cruentum Regum & gentium, ab urbe in urbem inopina uelocitate transgressum, quaqua incederet accessione operum & uirû (flamæ instar) cuncta facilius occupasse, principatû deniq; deferente nutu caelesti absque ulla publicæ rei suscepisse iactura. Breui deinde Secundo Salutio promotus Præfecto Prætorio summam quæstionû agitandarum, ut fido comisit, Mamertino, & Arbetione, & Agilone atque Neuitta adiunctis, itidemq; Iouino magistro Equitum per Illyricû recens Præfecto. Qui omnes transgressi Calcedona præsentibus Iouianorum Herculianorumq; principibus & tribunis causas uehementius equo bonoq; spectauerunt, præter paucas, ni uernitas reos nocentissimos offerebat. & Palladium primum ex magistro Officiorû in Britannos exterminarunt, suspitione tenus insimulatum, quædam in Gallum composuisse apud Constantium, dum sub eodem Cæsare Officiorum esset magister. Dein Taurum ex Præfecto Prætorio in exilium egere Vercellum. Cuius factum apud Iudices iustorum iniustorumq; distinctores uideri potuit uini plenum. Quid enim deliquit, si ortum turbinem ueritus ad tutelam principis sui confugit? Et acta, super eo gesta, nõ sine magno legentibus horrore, cum id uoluminis publici contineret exordium, Consulatus Tauri & Florentii inducto sub præconibus Tauro. Ad exitiû itidem tale Penadius trahebatur, cui id obiectum est, qd̄ à Constantino missus noctis excepti, qua propinquante, princeps super multis interrogatus responderat Galus. Sed cum se iuste defenderet, tandem abiit innoxius. Iniquitate simili Florentius, tunc magister Officiorum, Nigriani filius, contrusus est in insulam Dalmatiam Boas, alter enim Florentius ex Præfecto Prætorio consul, etiam tum rerum mutatione territus subita, cum coniuge periculis exemptus diu delituit, nec redire ante mortem potuit, capitis crimine tamen damnatus est absens. Pari sorte Euagrius Comes rei priuatæ, & Saturninus ex cura palatii, & Cirinus ex notario, portati sunt in exiliû. Vrsuli uero necè Largitionû Comitibus ipsa mihi uidetur fuisse Iustitia, Imperatorem arguens ut ingratus. Cum enim Cæsar in partes mitteretur occiduas omni tenacitate stringendus, nullaq; potestate militi quicq; donandi delata, ut pateret admotus asperior exercitus. hic idem Vrsulus datis literis ad eum, qui gallicos tuebatur thesauros, quicquid posceret Cæsar, proculdubio iusserat dari. Quo extincto, cû maledictis execrationibusq; multorum se Iulianus sentiret expositû, impurgabile crimen, excusari posse existimans, absq; cõscientia sua hominem affirmabat occisum, præterens, qd̄ eum militaris ira deleuit, memor quæ dixerat (ut anteretulimus) cum Amidam uidisset excisam. Ideoq; timidus uidebatur, uel parum intelligens, quid conueniret, cum Arbetionem semper ambiguû & prætimidû his quæstionibus præfecisset, talis specietenus cû principis legionum præsentibus, quem primum omnium salutis uenerat obiectum (ut decuit) uictoriarum ciuiliû participem uictorem. Et quanq̄ hæc quæ rettulimus,

eius displicere fautoribus, sequentia tamen seueritatis recto uigore sunt gesta. Apodemium enim ex agente in rebus (quem in Syluani necem & Galli effrenatus arsisse docuimus) Paulumque notarium cognomento Cathenam cum multorum gemitu nominandum, uiuos exustos, qui sperari debuit, oppressit euentus. Eusebium super his, cui erat Constantiniani thalami cura commissa, alte spirantem addixere, & dirum poena letali, quem ab ima sorte ad usque iubendum imperatoria, penè elatum, ideoque intolerabilem, humanorum spectatrix Adrastia, aurem (quod dicitur) uellens, monensque ut castigatius uiueret, reluctantem præcipitem tanquam cærupe quadam egit excelsa. Conuersus post hæc princeps ad Palatinos homines omnino qui sunt, quique esse possunt, non ut philolophus ueritatis indagandæ professor. Laudari enim poterat, si saltem moderatos quosdam licet paucos retinisset, morumque probitate cõpertos. Nãque fatendum est, plerumque eorum partem uitiorum omnium seminarium effusius aluisse. ita ut Remp. inficerent cupiditatibus prauis, plusque exemplis, quam peccandi licentia læderent multos. Pacti enim ex his quidam templorum spoliis & lucra ex omni odorantes occasione, ab egestate infirma ad saltum sublatis diuitiarum ingentium, nec largiendi, nec rapiendi, nec absumendi tenuere aliquem modum, aliena inuadere semper assuefacti. Vnde fluxioris uitæ initia pullularunt, & periuria, & nullus existimationis respectus, demensque superbia fidem suam probrosis quæstibus polluebat. Inter quæ eluuiæ & gurgites eruere prærupti conuiuiorum, & pro uictorialibus epulares triumpho, ususque abundantis serici, & textiles auctæ sunt artes, & culinarem sollicitior cura, & ambitiosa ornatarum domorum exquisita sunt spatia. quorum mensuram si in agris consul Quintius possedisset, amiserat etiam post Dictaturam gloriam paupertatis. Quibusdam maculosis accessere flagitiis disciplinæ Castrenses. cum miles cantilenas meditaretur pro iubilo meliores. & non saxum erat (ut antehac) armato cubile, sed pluma & flexiles lectuli, & grauiora gladiis pocula. testa enim bibere iam pudebat. & quærebantur ædes marmoreæ. cum scriptum sit in antiquitatibus, Spartanum militem coërcitum acriter, quæ procinctus tempore ausus sit uideri sub tecto. Adeo autem ferox erat in suos illius temporibus miles & rapax, ignauus uero in hostes & fractus, ut per ambitiones ociumque opibus partis, auri & lapillorum uarietates discerneret scientissime. contra quæ recens memoria tradidit. notum est enim sub Maximiano Cæsare, uallo Regis Persarum direpto, gregarium quendam sacculum parthicum, in quo erant margaritæ, repertum, proiectis imperitia gemmis, abisse pellis nitore solo contentum. Euenerat iisdem diebus, ut ad demendum Imperatoris capillum tonsor uenire præceptus, introiret quidem ambitiose uestitus. quo uiso, Iulianus obstupuit, Ego (inquit) non Rationalem iussi, sed tonsorem acciri. Interrogatus tamen ille, quid haberet ex arte compendii? uicenas diurnas respondit annonas, totidemque pabula iumentorum, quæ uulgo dicitant Capita, & annuum stipendium graue absque fructuosis petitionibus multis. Vnde motus, omnes huiusmodi, cum cocis,

similibusque

similibusque aliis eadem accipere penè consuetos, ut parum sibi necessarios, data quò uelint eundi potestate, proiecit. Et quantum à rudimentis pueritiæ primis inclinatio erat erga numinum cultum, paulatimque adolescens desiderio rei flagrabat multa metuens, tamen agitabat quædam ad deum, uel ad rem pertinentia, quantum fieri poterat occultissime. Vbi uero abolitis quæ uerebatur, adesse sibi liberum tempus faciendi quæ uellet aduertit, sui pectoris patefecit arcana, & planis absolutisque decretis, operiri templa arisque hostias admouere Deorum statuit cultum. Utque dispositorum roboraret effectum, dissidentes Christianorum antistites cum plebe discissa in palatium intromissos monebat, ut ciuilibus discordiis confopitis, quisque nullo uetante religioni suæ seruiret intrepidus. quod agebat adeo obstinate, ut dissensiones augente licentia non timeret unanimitatem postea plebem, nullas infestas hominibus bestias sunt sibi feralibus plerique Christianorum expertis. Sæpeque dicitabat, Audite me, quem Alamanni audierunt & Franci. imitari putas Marci principis ueteris dictum. Sed parum aduertit hoc ab eo nimium discrepare. Ille enim cum Palestinam transiret, Egyptum petens, foetentium Iudeorum & tumultuantium sæpe tadio percitus, dolenter dicitur exclamasse, o Marcomani, o Quadi, o Sarmatæ, tandem alios uobis deteriores inueni. Per hoc idem tempus, rumoribus exciti uariis, Egyptii uenere coplures, genus hominum controuersum & assuetudine perplexius litigandi semper lætissimum, maximeque auidum multiplicatum respicere, si compulsori quicquam dederit, ut leuari debito possit, uel certe commo dius per dilationem interea dum flagitantur, aut criminis uitandi formidine, diuites pecuniarum repetundarum interrogare. Hic omnes densi unum principem & Præfectos Prætorio gracculorum more strepentes interpellabant. incondite modo non ante septuagesimum annum extorquentes quæ dedisset, & iure uel secus plurimis affirmabant. Cumque nihil aliud agi permetterent, edicto proposito, uniuersos iussit transire Calcedonam. pollicitus, quæ ipsi quoque protinus uenirent, tum & eorum negocia facturos. Quibus transgressis mandatum est nauigiorum magistris ultro citroque discurrentium, ne quis transiret audeat ægyptium. hocque obseruato, cura propensiore euanuit pertinax calumniandi propositum, & omnes spe præsumpta frustrati redierunt ad lares. Vnde uelut æquitate ipsa dicitante, lex est promulgata, qua cauetur nullum interpellari suffragatorem super his, quæ cum recte constiterit accepisse. Allapso itaque Calendæ Ianuariæ die, cum Mamertino & Neuita nomina suscepissent paginæ consulares, humilior princeps uisus est in officio pedibus gradiendo cum Honoratis. quod laudabant alii. quidam ut affectatum & uile carpebant. Dein Mamertino ludos edente Circenses, manumittendis ex more inductis, per admissionum proximum ipse lege agi ductus dixerat (ut solebat) statimque admonitus iurisdictionem eo die ad alterum pertinere, ut iterato obnoxiam Decembris auroram & ipse mutauit. Frequentabant inter hæc curiam agere diuerso, diuersaque diuisiones multiplices ingerebant. Et cum die quodam, causa eius spectandi, uenisse

uenisse nunciatus esset ex Asia philosophus Maximus, exiliuit indecore, & qui esset oblitus, effuso cursu, à uestibulo longe progressus, & osculatum susceptumque reuerenter secum induxit, per ostentationem intempestiuam nimius captator inanis gloriae uisus, praeclearique illius dicti immemor Tulliani, quod, tales notando, ita relatum, Ipsi illi philosophi etiam in his libris, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt, ut in eo ipso, quod praedicationem nobilitatemque despiciunt, praedicari de se, ac nominari uelint. At multo deinceps duo Agentes in rebus ex his, qui proiecti sunt, eum adiere uehementius promittentes latebras monstrare Florentii, si eis gradus militiae redderetur. Quos incessens delatoresque appellas, addebat non esse imperatorum obliquis flecti iudiciis ad retrahendum hominem mortis metu absconditum, qui forte non diu latitare citra spem uitae permitteretur. Aderat his omnibus Praetextatus praeclearae indolis, grauitatisque priscae senator, ex negotio proprio forte repertus apud Constantinopolim qui in arbitrio suo Achaiae proconsulari praefuerat potestate. Nec tamen cum corrigendis ciuilibus ita diligenter instaret, omisit castrensia, Rectores militibus diu exploratos apponens, urbes quinetiam per Thracias omnes cum monumentis reparans extimis, curansque sollicito ne arma, uel indumenta, uel stipendium, uel alimenta, deessent his, quos per supercilia Istri dispersos, excursibusque Barbarorum oppositos agere uigilanter angebat ferocior. Quae cum ita diuideret, nihil segnius agi permittens, suadentibus proximis, ut aggrediretur propinquos Gothos sepe fallaces & perfidos, Hostes querere se meliores, aiebat, illis enim sufficere mercatores Galatas, per quos ubique sine conditionis discrimine uenundantur. Haec eum curantem & talia, commendabat externis nationibus (ut fama est) fortitudine sobrietateque rei militaris scientia, uirtutumque omnium incrementis excelsum, paulatimque progrediens ambitum opleuerat mundi. Proinde timore eius aduentus per finitimos longaque distantes latius explicatae legationes undique sollicito ad eum concurrebant. hinc, Transstigitanis pacem obsecrantibus & Armeniis, inde, nationibus Indicis certatim cum donis optimates mittentibus, ante tempus adusque diuississet serendi ius ab Australi plaga, ut famulandum rei Romanae semet offerentibus Mauris, ab Aquilone & regionibus Solis, per quas in mare Phasis accipitur, Bosphoranis aliisque ante hac ignotis legationes uehementibus supplicis, ut annua complentes solennia intra terrarum genitalium terminos ociose uiuere finerentur. Appositum est (ut existimo) tempus, ad has partes nos occasione magni principis deuolutos, super Thraciarum extimis, situque Ponti, & in his uisa uel lecta quaedam, perspicua fide monstrare. Athos in Macedonia mons ille praecelsus nauibus quondam Medicis peruius, & Caphareus Euboicus scopulus, ubi Nauplius Palamedis pater classem concidit Argiuam, licet longo spacio controuersam, Thessaliam cingitur Aegeum, quod paulatim fusius adolefcens dextra qua late protenditur per Sporadas est insulosum, atque Cycladas, ideo sic appellatas, quod omnes ambiunt Delon patriam deorum insignem.

Læua

Læua Imbrum & Tenedum circumluens, & Lemnum & Taxum quanto perflatur, Lesbo illiditur uiolentius. Vnde gurgitibus fluminis Apollinis Smynthii templum, & Troada perstringit, & Ilium heroicis casibus clarum, efficitque Melana sinum oppositum Zephyro. cuius apud principium Abdera uisitur Prothagorae domicilium & Democriti, cruentaque Diomedis thraecii sedes, & conualles per quas Hebrus sibi miscetur, & Maronea, & Aenos, qua diris auspiciis cepta moxque relicta ad Ausoniam ueterem ductu numinum properauit Aeneas. Hinc gracilescens paulatim, & uelut naturali quodam commercio ruens in Pontum, eiusque partem assumens, in speciem quod litterae caeli & terrae formatur, & in Hellesponto Marodopa scindens Cynossema, ubi sepulta creditur Hecuba, & Coelan praeterlabitur & Seston, & Callipolin, contra per Achillis Aiaceque sepulcra Dardanum contingit & Abydon, unde iunctis pontibus Xerxes maria pedibus peragrauit. Dein Lampacum Themistocli dono datam à Rege Persarum, & Parion quam condidit Iasonis filius Parius, unde semiorbe turgescens altrinsecus, lataque aperiens terrarum diuortia, circumfluis spaciis Propontidos respexit. Ex eo latere Cyzicum, & Dindyma religiosa Matris Magnae delubro, & Apamiã, Ciumque, ubi Hilam sequuto tempore Nicomediam à Rege cognominatã, qua in occasum procedit, Cherronesum pulsat & Aegos potamos. in quo loco lapides casuros ex caelo praedixit Anaxagoras. & Lyfimachiam, & ciuitatem quam Hercules conditam Perinthum Comitum sui memoriae dedicauit. Et ut effecte pleneque litterae figura seruetur, in meditullio ipsorum undicatis Proconnesus insula est oblonga & Belbinicus. Post cuius summitatem in angustias rursus extenuatum, Europam & Bithyniam intercurrentes per Calcedona & Chrysopolim & stationes transit obscuras. Nam supercilia eius sinistra Athyras portus despectat & Selymbria, & Constantinopolis uetus Byzantium Atticorum colonia, & promontorium Ceras praelucens nauibus uehens constructam celsius turrim, quapropter Pharos appellatur. Vetus inde fons Euripis, praegelidus hoc modo fractum ex participatione maris utriusque finitus, iamque mitescens in aequoream panditur faciem, quantum potest cadere sub aspectum late diffusum & longe. Omnis autem eius uelut insularis circuitus litorea nauigatio uiginti tribus dimensa millibus stadiorum, ut Eratosthenes affirmat & Hecataeus & Ptolemaeus, aliique huiusmodi cognitionum munitissimi scitatores, speciem scythici arcus neruo coaugmentati geographiae totius assensione firmatur. Et quae Sol Oceano exurgit Eoo, paludibus clauditur Maotidos, quae declinante uespera, ultroromanus prouinciis terminatur, unde suscipit sidus Aetoum, homines alii linguis & moribus dispares. latus eius Austrinum molli deuexitate subductum. Per haec amplissima spacia oppida sunt dispersa Graecorum, quae cuncta aetatibus uariis, praeter pauca Atheniensium, coloni condidere Milesii inter Ionas, alias in Asia per Nileum multo ante locatae, Codriillius filium, qui se pro patria bello fertur Dorico deuouisse. Extremitates autem arcus utrinque tenues duo expriment Bosphori e regione sibi oppositi,

oppositi, Thracius & Cimmericus. hac causa Bosphori uocitati, q̄ per eos quondā Inachi filia mutata (ut poētæ loquuntur) in bouem, ad mare Ioniū permeauit. Dextrum igitur ad inflexionem Bosphori Thracii excipit Bithyniæ latus, quā ueteres dixere Mygdoniam, in qua Thynia & Mesembria sunt regiones, & Amyci Bebrycia Bebrycis exempti uirtute Pollucis remota, quæ Thracia, in qua uolitantes minaciter harpyias Phineus uates horrebat. per quæ litora in sinus oblongos curuatus Sangarius, & Pfillis, Bizes, & Rhebas fluuii funduntur in maria. Quibus cōtrouersæ extraneæ sunt Symplegades, gemini scopuli in uertices undiq̄ porrecti diruptos, assueti priscis sæculis obuiam sibi cum horrendo fragore collisis molibus ferri, cedentesq̄ retrorsus acri assultu ad ea reuerti quæ pulsarant. Per has saxorum dehiscentium concursantiūq̄ crebritates si etiam ales interuolasset, nulla celeritate pennarum eripi poterat, quin interiret oppressa. Hi scopuli, cum eos Argo prima omniū nauis, Colchos ad direptionem aurei properans uelleris præterisset innoxia, immobiles turbine circūfracto steterē torporati. Ut eos aliquando fuisse diremptos, nulli nunc conspicantiū credant, nisi super hoc congruerent omnes priscorum carminum cantus. Post Bithyniæ partem prouinciæ Pontus & Paphlagonia protenduntur. in quibus Heraclea, Sinope, & Polemonion, & Amyfos amplè sunt ciuitates, Tios, & Amastris, omnes ab auspicio diligētia fundatæ Græcorum. & Cerasus, unde aduexit huiusmodi poma Lucullus. insulæq̄ arduæ, Trapezunta & Theodosia, continentis oppida non obscura. Ultra hæc loca Acherusium specus est, qd̄ accolæ ΝΥΧΟΠΟΝΤΙΟΝ appellāt, & portus Acone, fluuii Coralius Acheron qui Archadius, & Iris, & Tembris, & iuxta Parthenius, omnes in mare ictu rapido decurrentes. Thermodon his est proximus, ab Armonio defluens monte, & Themiscyros interlabens lucos, ad quos Amazonas quondam migrare necessitas subegerat talis, Attritis damnorum assiduitate finitimis, Amazonas ueteresq̄ eō cruentis populabantur incurisibus altiora spirabant, uiresq̄ suas circūspectantes his, quæ propinqua sæpius appetebant ualidiores, raptæ præcipiti cupiditatis ardore, perruptis nationibus plurimis manus Atheniensibus intulerunt. acriq̄ concertatione effusæ disiectæq̄ omnes, nudatis equitatus sui lateribus, corruere. Harum interitu cognito, residuæ ut imbelles domi relicte extrema perpeffæ uicinitatis, & repensantes similia, funestos impetus declinantes, ad pacatorum sedem transiere Thermodontis. Quarū progenies longe deinde propagata per numerosam sobolem manu firmissima ad loca reuerterat genitalia. sequuto tempore populus diuersarū originum formidabilis. Haud procul inde attollitur Carambis placidi collis contra septettrionem Elicen exurgens. Cuius è regione est Criumetopon Tauricæ promontoriū, duobus millibus & quingentis stadiis disparatum, hocq̄ ex loco omnis ora maritima, cuius initium Halys est amnis, uelut longitudine lineali directa, nerui efficit speciem, duabus arcus summitatibus complicati. His regionibus Dahæ confines sunt acerrimi omnium bellatores, & Chalybes, per quos erutum & domitum est

primitus

primitus ferrum. Post quos terras patentes Byzares obtinent, & Tapyres, & Tibareni, & Mossinæci, & Macrones & Phylires, populi nulla nobis assuetudine cogniti. a quibus breui spacio distant uirorū monumenta nobilium, quibus Sthelenus est humatus, & Idmon, & Typhis. primus, Herculis socius amazonico bello letaliter uulneratus. alter, augur Argonautarū. tertius, eisdem nauis cautissimus rector. Præterkursis partibus memoratis, aliorum sunt fluenta Callichori ex facto cognominati, q̄ superatis post triennium Indicis nationibus, ad eos tractus Liber reuersus circa huius ripas uirides & opacas Orgia pristina reparauit & choros, Trieterica huiusmodi sacra quidam existimant appellari. Post hæc confinia Comaritarum pagi sunt celebres, & Phasis fremibundis cursibus Colchos attingit Ægyptiorum anti quam sobolem. ubi inter ciuitates alias Phasis est nomine fluuii dictitata, & Dioscurias, nunc usque nota. cuius auctores Amphitus & Telchius Spartani traduntur, aurigæ Castoris & Pollucis, quibus Heniochorum natio est instituta. Paulum ab his secernuntur Achei, qui bello anteriore quondam apud Troiam consumato, non cum super Helena certaretur, ut auctores prodidere nonnulli, in Pontum resstantibus uentis errore delati, cunctisq̄ hostibus stabilem domiciliis sedem nusq̄ reperientes, uerticibus montium insidere semper niualium, & horrore cæli districti, annum sibi uictum peculiis raptō parere assuefacti sunt. atque eō ultra omnem deinde ferociam sæuierunt. Super Cercetas, qui iisdem annexi sunt, nihil memoratu traditur dignū. Quorum post terga Cimmerici agitant incolæ Bosphori. ubi Milesiæ sunt ciuitates, harumq̄ uelut mater omnium Panticapæum, quam pertingit Panticapus fluuius, genuinis intumescens aquis & externis. Itineribus hinc extensis, Amazones adusque Caspium mare porrectæ circūcolunt Tanain. qui inter Caucasias oriens rupes, per sinuosos labitur circūflexus, Asiamq̄ disternans ab Europa in stagnis Mæoticis delitescit. Huic Rha uicinus est amnis, in cuius superciliis quædam uegetabilis eiusdem nominis gignitur radix, proficiens ad usus multiplices medelarum. Ultra Tanain panduntur in latitudinem Sauromatæ. per quos amnes fluunt perpetui Marubius & Rhombitus, & Theophanius & Vardanus. Lagous & alia quoq̄ distant immanibus interuallis. Sauromatarum prætenditur natio litori iuncta, qd̄ Coracen suscipiens fluuium, in æquor eiecat extremum. Prope palus est Mæotis amplissima circūgressus, ex cuius uberrimis uenis per Patares angustias undarum magnitudo prorumpit in Pontum. cuius in dextro latere insulæ sunt Phanagorus & Hermonassa, studio constructæ græcorum. Circa hæc stagna ultima extimaq̄ plures habitant gentes, sermonum institutorumq̄ uarietate dispariles, Iaxamata, & Mæotæ, & lazyges, Rhoxolaniq̄, & Halani, & Melanchlæni, & cum Gelonis Agathyrsi, apud quos adamantis est copia lapidis. aliiq̄ ultra latentes, q̄ sunt omnium penitissimi. Sed Mæotidos lateri læuo Cheronesus est propinqua, coloniarum plena græcarum. unde quieti sunt homines & sedati, adhibentes uomeri curam, & prouentibus fructua-

N

riis uictitantes. A quibus per uaria regna deducti itineribus modicis Tauri dissociantur. Inter quos immani diritate terribiles Arinchi, & Zinchi, & Napei, intendente saeuitiam licentia diuturna, indidere mari nomen inhospitale, & a contrario per cauillatione Pontus Euxinus appellatur, ut Euethen graeci dicimus stultum, & noctem euphronen, & Furias Eumenidas. Deos enim hostiis litantes humanis & immolantes aducnas Dianae (quae apud eos dicitur Orsilodia) caesorum capita fani parietibus praefigebant, uelut fortium perpetua monumenta facinorum. In hac Taurica, insula Leuce sine habitatoribus ullis Achilli est dedicata. In quam si fuerint quidam forte delati, uisis antiquitatis uestigiis, temploque & donariis eidem heroi consecratis, uespera repetunt naues. aiunt enim non sine discrimine uitae illic quenquam pernoctare. Ibi & aquae sunt, & candidae aues nascuntur Halcyonibus similes. super quarum origine & hellepontiacis praeliis suo tempore differemus. Sunt autem quaedam per Tauricam ciuitates. inter quas eminet Eupatoria, & Dandace, & Theodosia, & minores aliae nullis humanis hostiis impiatae. Hactenus arcus apex protendi estimatur. eius nunc residua leniter sinuata, subiectaque urbs caelesti adusque Caspiae Portas, articulatus ut ordo postulat, exequamur. id admonentes, quod cum arcus omnium gentium flexis curuentur haesilibus, scythici soli uel parthici circumductis utrinque introrsus pedibus & patulis cornibus effrigiem Lunae decrecentis ostendunt, medietatem recta & rotunda regula diuidente. Ergo in ipso huius compagis exordio, ubi Riphei deficiunt, omnes habitant Arimaspi, iusti homines, placiditateque cogniti. quos omnes Chronius & Bisula praeterfluunt, iuxtaque Massagetarum, Halanum, & Sarmatarum, aliorumque plures obscuri. quorum nec uocabula nobis sunt nota nec mores. Interiectu deinde non mediocri Carcinites panditur sinus, eiusdemque nominis fluius, & religiosus per eas terras Triuiae lucus. Dein Borysthenes a montibus oriens Neurorum, primigeniis fontibus copiosus, concursuque multorum amnium adolefcens mari praeruptis undarum uerticibus intimitur. cuius in marginibus nemorosis Borysthenes est ciuitas, & Cephalonesus, & ara Alexandro Magno, Caesarique Augusto sacrae. Longo exinde interuallo Peuce est insula, quam incolunt Sindi ignobiles post heriles in Asia casus coniugii potiti dominorum & rebus. quibus subiectum gracile litus Achillios uocant indigenae dromon, exercitus ducis quondam Thessali memorabilem. eique proxima est ciuitas Tyros colonia Phoenicum, quam praestringit fluius Tyras. In medio autem spacio arcus, quod prolixae rotunditatis esse praediximus, quodque expedito uiatori diebus conficitur quindecim, Europei sunt Halani, & Costobocae, gentesque Scytharum innumerae, quae porriguntur adusque terras sine cognito fine distentas. quarum pars exigua frugibus alitur, residuae omnes palantes per solitudines uastas, nec stiuam aliquando, nec sementem expertas, sed squalentes & pruinosas, ferarum tetro ritu uescuntur. eisque caritates & habitacula, uilesque supellectiles plaustris impositae sunt corticibus tectis. & cum placuerit sine obstaculo migrant, eodem

eodem carpenta, quo libuerit conuolentes. Cum autem ad alium portuosum ambitum fuerit uentum, qui arcus figuram determinat ultimam, Peuce prominens insula. quam circucolunt Troglodytae, & Peuci, mitioresque aliae gentes, & Istros quondam potentissima ciuitas, & Tomi, & Apollonia, & Anchialos, & Odeffos. aliae praeterea multae, quas litora continent Thraciarum. Amnis uero Danubius oriens prope Rauracos montes, confines limitibus Rheticis, per latiore orbem protentus, ac sexaginta nauigabiles penes recipiens fluius, septem ostiis per hoc scythicum latus erumpit in mare. Quorum primum est Peuce, ab insula supradicta, ut interpretata sunt uocabula graeco sermone. secundum Naracostoma, tertium Calostoma, quartum Pseudostoma. Nam Boreostoma ac deinde Stenostoma longe minora sunt caeteris. Septimum genus est palustri specie nigrum. Omnis autem circufloio ambitu Pontus, & nebulosus est, & dulcior aequoribus caeteris, & uaduosus, quod concrescat latex humorum spiramine saepe tensus, & irruentium undarum multitudine temperatur, & confurgit in breuia tortuosa, limum, globosque aggerente multitudine circuiuentium fluentorum. Et constat, ab ultimis Nostri finibus maris agminatim ad hunc secessum pariendi gratia petere pisces. ut aquarum suauitate salubrius fetus educant, nec intercipientur. anicula sunt ibi securi uoracium belluarum trucissima. nihil enim in Ponto huiusmodi aliquando est uisum, praeter innoxios Delphinas & paruos. Quicquid autem eiusdem Pontici sinus Aquilone ceditur & pruinis, ita perstringitur gelu, ut nec amnium cursus subteruolui credantur, nec per infidum & labile solum gressus hominis possit uel iumentum firmari. quod initium nunquam mare syncerum, sed permixtum aquis amnicis tentat. Prolati aliquanto longius quam sperabamus, pergamus ad reliqua. Accesserat aliud ad gaudiorum praesentium cumulum, diu quidem speratum, sed dilationum ambage multiplici tractum. Nunciatum est enim per Agilonem & Iouium postea quaestorem, Aquileiae defensores, longioris obsidii tedio cognitoque Constantii excessu, patefactis portis egressos, auctores prodidisse turbarum. iisdemque uiuis exultis (ut supra relatum est) omnes concessionem impetrasse delictorum & ueniam. At prosperis Iulianus elatior ultra homines iam spirabat. periculis expertus assiduus, quod ei orbem Romanum placite iam regente, uelut mundanam eorum copiam fortuna gestans propitia cuncta, gloriosa deferebat & prospera. antegressis uictoriarum titulis haec quoque adiiciens, quod dum teneret Imperium solus, nec motibus internis est concitus, nec Barbarorum quisquam ultra suos exiliuit fines. populi omnes, auuiditate semper insectandi praetenta ut damnosa & noxia, in laudes eius studiis miris accendebantur. Omnibus igitur, quae res diuersae posebant & tempora, perpensa deliberatione dispositis. & militibus orationibus crebris, stipendioque competenti, ad ea expedienda incitent promptius animos cunctorum fauore sublimis, Antiochiam ire contendens, reliquit Constantinopolim, incrementis maximis fulctam. natus enim illic diligebat eam, ut genitalem patriam, & colebat. Transgressus itaque fretum praeter

celfam Chalcedona & Libyſſam, ubi ſepultus eſt Hannibal Pœnus, Nico-
mediã uenit, urbem antehac inclytam . ita magnis retro principum ampli-
ficam impenſis, ut ædium multitudine priuatarum & publicarum recte no-
ſcentibus, regio quædam Urbis æſtimaretur æternæ . Cuius mœnia cum ui-
diſſet in fauillas miſerabiles conſediſſe, angorem animi tacitis ſletibus indi-
cans, pigriori gradu pergebat ad regiam . hoc maxime erumnis eius illachry-
mans, q̄ ordo ſqualens occurrit populi nimium quantum antehac floren-
tiſſimus . & agnoſcebat quosdã ibidem ab Eufebio ducatos epifcopo, quem
genere longius contingebat . Hic quoq̄ pari modo ad reparanda, quæ terræ
lubuerat tremor, abunde præſtito plurimis, per Niceam uenit ad Gallogre-
ciæ fines . unde dextrorſus itinere declinato, Peſinunta conuertit, uiſurus ue-
ruſta Matris Magnæ delubra . A quo oppido bello Punico ſecundo, carmine
Cumano monente, per Scipionem Naſicam ſimulacrum tranſlatum eſt Ro-
mam . Cuius ſuper aduentum in Italiam, pauca cum aliis huic materiæ con-
gruentibus, in actibus Cômody principis digeſſimus per exceſſum . Quamob-
rem autem hoc nomine oppidũ ſit appellatum, uariant reſcriptores . Qui-
dam enim, ſigmento Deæ cœlitus lapſo, ἀπὸ τοῦ ὤρου, qđ cadere nos dicimus,
urbem aſſeruere cognominatam . Alii memorant, illum Trois filium Darda-
niæ Regem, uel locum ſic appellari . Theopompus non illum tetigiſſe, ſed
Midam affirmat, Phrygiæ quondam potentiffimum Regem . Venerato igitur
numine, hoſtiisq̄ litato & uotis, Anticyram rediit . eumq̄ exinde progre-
dientem ulterius multitudo inquietabat, pars uiolenter erepta reddi ſibi po-
ſcentiũ . alii querentes confortiis ſe Curiaꝝ addictos iniuſte, nonnulli ſine re-
ſpectu periculi agentes aduſque rabiem, ut aduerſarios ſuos læſæ maieltatis
crimibus illigarent . Verũ ille iudicans caſus triſtiores & litigia, cauſarũ mo-
menta æquo iure perpendens, ſuũ cuique tribuebat, nuſq̄ à uero abductus .
acrius in calumniatores exurgens, quos oderat, multoꝝ huiuſmodi petulan-
tem ſæpe dementiã aduſq̄ diſcrimen expertus, dũ eſſet adhuc humilis & pri-
uatus . Exemplũq̄ patientiæ eius in tali negotio, licet ſint alia plurima, id unũ
ſufficiet poni . Inimicũ quidam ſuũ, cum quo diſcordabat aſperime, dixiſſe in
maieſtatem turbulentius, deferebat . Imperatoreq̄ diſſimulante, eadem die-
bus continuis replicans, Interrogatus ad ultimũ, qui eſſet, & quem argueret?
reſpõdit, municipem locupletẽ . Quo audito, princeps renidens, Quibus in-
diciũs, ait, ad hoc perueniſti? Et ille, purpureũ, inquit, ſibi indumentũ ex ſerico
pallio parat . iuſſusq̄ poſt hæc, ut uilis arduę rei uilem inculans, abire tacitus &
innoxius, nihilominus inſtabat . Quo tædio Iulianus defatigatus, ad Largiti-
onũ Comitum uiſum propius, Iube, inquit, periculoso garritu pedũ tegmina
dari purpurea ad aduerſariũ perferenda, quem ut datur intelligi, chlamydem
huius coloris memorat ſibi conſarcinaſſe . ut ſciri poſſit, ſine uiribus maxi-
mis quid pannuli proficiant leues . Sed ut hæc laudanda & bonis moderato-
ribus æmulanda, ita illud amarũ & notabile fuit, qđ ægre ſub eo à curialibus
quiſq̄ appetitus, licet priuilegiis, & ſtipendiorum numero, & originis penitus
alienæ

alienæ fortitudine communitus obtinebat æquiſſimum . adeo ut pleriq̄ ter-
riti emergarentur modestias præciis clandestinis . Itineribus itaq̄ emenſis cum
ad Pylas ueniſſet, qui locus Cappadocas diſcernit & Cilicas, ofculo ſufce-
ptũ Rectorem prouinciæ, nomine Celſum, iam inde à ſtudiis cognitum Atti-
cis, aſcitumq̄ in conſeſſum uehiculari, Tarſum ſecum induxit . At hinc uidere
properans Antiochiam, Orientis apicem pulchrũ, uſus itineribus ſolitibus ue-
nit . urbiq̄ propinquans in ſpeciem alicuius numinis uotis excipitur publi-
cis, miratus uoces multitudinis magnę, ſalutare ſidus illuxiſſe Eois partibus,
acclamantis . Euenerat autem iisdem diebus annuo curſu completo Adonia
ritu ueteri celebrari, amato Veneris (ut fabulæ fingunt) apri dente ferali de-
leto . qđ in adulto flore ſectarum eſt indicium frugum . Et uiſum eſt triſte, qđ
amplam urbem principiũq̄ domicilium introeunte Imperatore, & nunc pri-
mum, ululabiles undique planctus & lugubres ſonitus audiebantur . Hic pa-
tientia eius & lenitudinis documentum, leue quidem apparuit, ſed mirandũ .
Thalaffium quendam ex proximo libelloꝝ inſidiatorem fratris ederat Galli-
quo adorare aduſq̄ officium inter Honoratos prohibito, aduerſarii cum
quibus litigabat in Foro poſtridie turba congregata ſuperflua, adito Impera-
tore, Thalaffius (clamitabat) inimicus pietatis tuæ noſtra uiolenter eripuit .
Et ille, hac occasione hominem opprimi poſſe coniiiciens, Agnoſco, reſpõdit,
quem dicitis offendiſſe me . iuſta de cauſa & ſilere uos interim conſentaneum
eſt, dum mihi inimico potiori faciat ſatis . mandauitq̄ aſſidenti Præfecto, ne
audiretur eorũ negotium anteq̄ ipſe cum Thalaffio rediret in gratiam . quod
breui euenit . Ibi hyemans ex ſententia nullis interim uoluptatum potiebatur
illecebris, quibus abundant Syria omnes . uerum per ſpeciem quietis iudi-
cialibus cauſis intentus, nõ minus q̄ arduis bellicisq̄, quibus diſtrahebatur,
multiformibus curis exquisita docilitate librans, quibus modis ſuum cuique
tribueret . Iuſtisq̄ ſententiis & improbi modicis coercentur ſuppliciis fortu-
nis defenderentur, erat intactus . Et quanq̄ in diſceptando aliquoties intem-
peſtiuus, quid quiſq̄ iurgantium coleret tempore alieno, interrogatus tamen
nulla eius definitio litis à uero diſſonans reperitur . nec argui unq̄ potuit, re-
ligionem, uel quodcũque aliud, ab æquitatis recto tramite deuiſſe . Iudicium
enim hoc eſt optandum & rectum . ubi per uaria negotiorũ examina, iuſtum
id eſt & iniuſtum . à quo ille ne aberraret, tanq̄ ſcopulos cauebat abruptos .
Hoc autem ideo aſſequi potuit, qđ leuitatem agnoſcens cõmotionis ingenii,
Præfectis proximisq̄ permittebat quæri, ſubinde ſe dolere delictis, & gaude-
re correctione . Cumq̄ eum defenſores cauſarum, ut conſcium rationis per-
fectæ, plauſibus maximis celebrarent, fertur id dixiſſe promotus, Gaudebam
planè, præ meq̄ efferebam, ſi ab his laudarer, quos & uituperare poſſe aduer-
terem, ſi quid ſecus factum ſit aut dictum . Sufficiet autem pro multis, quæ
clementer egit in litibus cognoscendis, hoc unum ponere, nec abhorrens à
propofito, nec abſurdum . Inducta in iudicium ſcœmina quædam, cum pala-
tinum aduerſarium ſuum in numero Protectorum cinctum præter ſpem con-

spexisset, hoc factum insolens tumultuando quærebatur. & Imperator, Prosequere ait mulier, si quid te iam existimas. hic enim sic cinctus est, ut expeditus per latum incedat. passim nocere tuis partibus potest. Et æstimabatur per hæc & similia (ut ipse dicebat assidue) uetus illa iustitia, quæ offensam uitii hominum Aratus extollit in cælum, imperante eo reuersa ad terras. ni quædam suo ageret non legum arbitrio, erratisque aliquoties obnubilaret gloriae multiplices cursus. Post multa enim etiã iura quædam correxit in melius ambagibus circūcis, indicatã liquide quid iubere fieri, uel uetarent. Illud autem erat inclemens obruendum perenni silentio, quod arcebat docere magistros rhetoricos & grammatikos, ritus Christiani cultores. Iisdem diebus Gaudentius ille notarius, quem opponendum per Africã missum supra diximus à Constantio, Iulianus quinetiã ex Vicario earundem partium nimius fauor, retracti sub uinculis morte perire pœnali. Tunc & Artemius ex duce Ægypti, Alexandrinis uirgibus atrociũ criminũ mole, supplicio capitali mulctatus est. Post quẽ Marcelli ex Magistro equitum & peditum filius, ut iniectans imperio manus, publica deletus est morte. Romanus quinetiam & Vincentius Scutorum scholæ Primæ Secundæque tribuni, agitalle conuicti quædam suis uiribus altiora, acti sunt in exilium. Cũque tempus interstisset exiguum, Alexandrini Artemii comperto interitu, quem uerebantur, ne cum potestate reuersus (id enim minatus est) multos læderet ut offensus, iram in Georgium uerterunt episcopum, uiperis (ut ita dixerim) morsibus ab eo sepius appetiti, qui in fullio natus, ut ferebatur, apud Epiphaniã Ciliciæ oppidum, auctusque in damna complurium, contra utilitatem suam reique communis episcopus Alexandriae est ordinatus. in ciuitate, quæ suo pte motu, & ubi causæ non suppetunt, seditionibus crebris agitur & turbulentis, ut oraculorum quoque loquitur fides. His efferatis hominum mentibus, Georgius quoque ipse graue accesserat incentiuum, apud patulas aures Constantii multos exinde causans, ut eius recalcitrantes imperiis, professionisque sue oblitus, quæ nihil nisi iustum suadet & lenè, ad delatorum ausa feralia desciscibat. & inter cetera dicebatur id quoque maligne docuisse Constantium, quod in urbe prædicta ædificia cuncta solo coherentia, à conditore Alexandro magnitudine impensarum publicarum extructa, emolumentis ærarii perficere dicuntur ex iure. ad hæc mala id quoque addiderat (unde paulopost eiectus est in exitum præceps) reuersus ex comitatu principis, cum transiret per speciosum Genii templum, multitudine stipatus ex more, flexis ad ædem ipsam luminibus, Quædiu, inquit, sepulcrum hoc stabit? Quo audito, uelut fulmine multi percussis, metuentesque ne illud quoque tentaret euertere, quicquid poterant in eius perniciem clandestini concitabant. Ecce autem repente perlato letabili nuncio, indicante extinctum Artemium, plebs omnis elata gaudio insperato, uocibus horrendis infrendens, Georgium petit, raptumque diuersis mulctandi generibus proterens & conculcans diuaticis pedibus. cumque eo Dracontius Monetae Præpositus, & Diodorus quidam ueluti comes, iniectis per crura funibus, simul exanimati sunt. ille, quod aream in

Moneta,

Moneta, quæ regebat, recens locatam euerit. alter, quod dum edificandæ præesset ecclesie, cirros pueroque licentius detondebat. id quoque ad deorum cultum existimans pertinere. Quo non contenta multitudo immanis, dilaniata cadauera peremptorum camelis imposita uexit ad lacus. iisdemque subito igne crematis, cineres proiecit in mare. id metuens, ne collectis supremis, sedes illis extruerentur, ut reliquis, qui deuiare à religione compulsi, pertulere cruciabiles pœnas ad usque gloriosam mortem intemerata fide progressi, & nunc Martyres appellantur. Poterantque miserandi homines, ad crudele supplicium ducti, Christianorum adiumento defendi, ni Georgii odio omnes indiscrete flagrascent. Hoc comperto, Imperator ad uindicandum facinus nefandum erectus, iamque expetiturus pœnas à noxiis ultimas, mitigatus est lenientibus proximis. missoque edicto, acri oratione scelus detestebatur admissum, minatus extrema, si deinde tentatum fuerit aliquid, quod iustitia uetet & leges. Inter hæc expeditonem parans in Persas, quæ dudum animi robore conceperat cello, ad ultionem præteritorum uehementer elatus est. sciens & audiens gentem asperriamam per sexaginta ferme annos inuississe Orienti cædum & direptionum monumenta sæuissima, ad internitionem exercitibus nostris sæpe deletis. Verebatur autem bellandi gemino desiderio. primo, quod impatiens oculi lituos somniabat & prælia. dein, quod in ætatis flore primæuo obiectus efferarum gentium recalentibus armis, etiam tum Regum precibus & Regalium, qui uincimais posse, quam supplices manus tendere credebantur, ornamentis illustrium gloriarum inserere Parthici cognomentum ardebat. Quæ maximis molibus festinari cernentes obtrectatores desides & maligni, unius corporis permutatione tot cieri turbas intempestiuas, indignum & perniciosum esse strepebant, studium omne in differendo procinctu ponentes. & dictitabant his presentibus, quos audita referre ad Imperatorem posse rebantur, eum (ni sedatius ageret) immodica rerum secundarum prosperitate, uelut luxuriantes ubertate nimia fruges, bonis suis protinus occasurum. Et hæc diu multumque agitant, frustra uirum circūtrabant immobilem occultis iniuriis, ut Pygmei uel Thiodamas agrestis Homolidius cum Hercule. Ille tamen ut maioris præter ceteros spiritus, nihilo lentius magnitudinem expeditionis secum comentans, in præparandis congruis operam nauabat enixam. Hostiarum tamen sanguine plurimo aras crebritate nimia perfundebat. tauros aliquoties immolando centenos, & innumeros uarii pecoris greges, ouesque candidas terra quæsitæ & mari. adeo, ut in dies penè singulos milites carnis distentiore sagina uictitantes incultius, potiusque auiditate corrupti, humeris impositi transeuntium, per plateas ex publicis ædibus, ubi uindicandis potius quam cedendis conuiuuiis indulgebant, ad sua diuersoria portarentur. Petulantes ante omnes & Celtae. quorum ea tempestate confidentia creuerat ultra modum. Augebantur autem cerimoniarum ritus immodice, cum impensarum amplitudine antehac inusitata & graui. & quisque (cum impræpedite liceret) scientiam uaticinandi professus iuxta imperitus & docilis, sine fine;

N iiii

uel præstituti ordinibus, oraculorum permittebatur scitari responsa. & extispicia nonnunquam futura pandentia, oscinumque & auguriorum & ominum fides (si reperiri usque possent) affectata uarietate querebatur. Hæcque dum ita procedunt, more pacis, multorum curiosior Iulianus nouam consilii uiam ingressus est, uenas fatidicas Castalii recludere cogitans fontis, quem obstruxisse cæsar dicitur Hadrianus mole saxorum ingenti, ueritus ne ut ipse præcinentibus aquis capeffendam Remp. comperit, etiã alii similia docerentur, affatus circumhumata corpora, statuit exinde transferri, eo ritu, quo Athenienses insulam purgauerant Delon. Eodem tempore, die XI. Calendarum Nouembrium, amplissimum Daphnei Apollinis fanum, quod Epiphanes Antiochus Rex ille condidit iracundus & sæuus, & simulacrum in eo, olympici Iouis imitamenti æquiparans magnitudinem, subita ui flammaram exultum est. Quo tam atroci casu repente consumpto ad id usque Imperatorem ira prouexit, ut quæstiones agitari iuberet solito acriores, & maiorem ecclesiam Antiochiæ claudi. Suspicebatur enim id Christianos egisse, stimulos inuidia, quod idem templum inuiti uidebant ambitioso circumdari peristyllo. Ferebatur autem, licet rumore leuissimo, hac ex causa conflagrasse delubrum, quod Asclepiades philosophus, cuius in actibus Magnentii meminimus, cum uisendi gratia Iuliani ad id suburbanum uenisset, deæ cælestis argenteum breue figmentum, quocumque ibat secum solitus efferre, ante pedes statuit simulacri sublimes, accensisque cereis excussisset, unde medietate noctis emensa, cum nec adesse quisque potuit, nec iuuare, uolitantes scintille adhæserunt materiis uetustissimis, ignesque aridis nutrimentis euecti, omne quicquid contingi potuit, licet discretum celsitudine, concremarunt. Eo anno, sidere etiam tum instante brumali, aquarum incessit inopia metuenda, ut & riui cessarent quidam, & fontes antehac aquarum copiosis pulsibus abundantes, sed in integrum postea restituti sunt. Et quarto decembrium uergente in uesperam die, reliqua Nicomediæ collapsa est terramotu, itidemque Niceæ portio non mediocris. Quæ tametsi incestitiam sollicito incuterent principi, residua tamen non contemnebat urgentia, dum pugnandi tempus ei ueniret optatum. Inter præcipua tamen & seria illud agere superfluum uidebatur, quod nulla probabili ratione suscepta, popularitatis amore, uilitati studebat uenialium rerum, quæ nonnunquam secus quam conuenit ordinata, inopiam gignere solet & famem. Antiochensi ordine id tunc fieri, cum ille iuberet, non posse, aperte monstrante, nusquam a proposito declinabat, Galli similis fratris licet incruentus. Quocirca in eos deinceps sæuiens, ut obtrectatores & contumaces, uolumen composuit inuectiuum, quod Antiochense uel Misopogonem appellauit, probra ciuitatis infensa mente annumerans, addensque ueritati complura. Post quæ multa in se facete dicta comperiens, coactus dissimulare pro tempore, ira sufflabatur interius. Delator enim ut Cercops, homo breuis, humeros extentans angustos, & barbam præ se ferens hircinam, grandiaque incedens tanquam Oti frater & Ephialtis (quorum proceritatem Homerus in immetensum tollit) itidemque

uictimarius

uictimarius pro sacricola, dicebatur, ad crebritatem hostiarum alludentibus multis. & culpabatur hic opportune, cum ostentationis gratia uehens licenter pro sacerdotibus sacra, stipatusque mulierculis, lætabatur. Et quantum his paribusque de causis indignaretur, tacens tamen, motumque in animi retinens potestate solennia celebrabat. Denique præstituto feriarum die Casium montem ascendit, nemorosum & tereti ambitu in sublime porrectum, unde secundis galliciniis uidetur primo Solis exortus. Cumque Ioui faceret rem diuinam, repente conspexit quendam humi prostratum, supplici uoce uitam precantem & ueniam. Interroganti que ei quis esset, responsum est præsidialem esse Theodotum Hieropolitanum Præfectum à ciuitate sua Constantium inter honoratos deducentem adulando deformiter, tanquam futurum sine dubietate uictorem, orabat lachrymas fingens & gemitum, & ut Iuliani ad eos miseret caput, perduellis ingrati specie illa quam mandenti circumlatum meminerat membrum. Quibus auditis, accepi, inquit, olim hoc dictum Imperator relatione multorum. sed abi securus ad lares, exutus omni metu clementia principis, qui ut prudens definiuit inimicorum minuere numerum, augereque amicos sponte sua contendit ac libens. Exin uotorum perfecto ritu, digresso offeruntur Rectores Ægypti, scripsit Apim bouem operosa quæsitum industria, tamen post tempus inueniri potuisse firmantes. quod (ut earum regionum existimant incolæ) faustum, & ubertatem frugum, diuersaque indicat bona. Super qua re pauca conueniet expediri. Inter animalia, antiquis obseruationibus consecrata, Mneuis & Apis sunt notiora. Mneuis Soli sacratur, super quo nihil dicitur memorabile, sequens, Lunæ. Est enim Apis bos diuersis genitalium notarum figuris expressus, maximeque omnium corniculantis Lunæ specie lateri dextro insignis. Qui cum post uiuendi spacium præstitutum sacro fonte immerfus è uita abierit (nec enim ultra eum trahere etatem, quam secreta librorum præscribit auctoritas mysticorum, nec nisi semel ei in anno bos femina inuenta cum notis certis offertur) alter cum publico quæritur luctu. & si omnibus signis consumatus reperiri potuerit, defertur Memphim, urbem præstantem, frequentiaque numinis Æsculapii claram. Cumque initiante antistitum numero centum, inductus in thalamum esse cœperit sacer, coniecturis apertis signa rerum futurae dicitur demonstrare, & adentes quosdam indicibus auerti uidetur obliquis, ut offerentem cibum aliquando Germanicum Cæsarem (sicut lectum est) auersatus, portenderat paulopost euentura. Strictim itaque, cum tempus uidetur hoc flagitare, res Ægyptiæ tangantur, quarum noticiam in actibus Hadriani & Seueri principum digessimus late, uisa pleraque narrantes. Ægyptum, gentem omnium uetustissimam (nisi quod super antiquitate certat cum Scythis) à Meridiali lateri Syrtes Maiores, & Phycus promontorium, & Borion, & Garamantes, nationesque uariæ claudunt, qua Orientem è regione prospicit, Elephantinen & Meroën urbes, Æthiopas & Cataduppos, Rubrumque pelagus, & Scenitas prætenditur Arabas quos Saracenos nunc appellamus, Septentrionis opposita terrarum situ cohæret immenso.

Vnde ex

Vnde exordiū Asia, Syriarumq; prouinciæ sumunt, à uespera Isiaco disiungitur mari, quod quidam nominauerunt Parthenium. Pauca itaque super beneuolo omnium flumine Nilo (quem Ægyptum Homerus appellat) præstringi conueniet, mox ostendendis aliis, quæ sunt in his regionibus admiranda. Originem fontium Nili (ut mihi quidem uideri solet) sicut adhuc factum est, posteræ quoque ignorabunt ætates. Verum cum fabulantes poëtæ, uariantesq; geographi in diuersa latentem notitiam scindat, opiniones eorum, ueritati confines (ut arbitror) expediam paucis. Affirmant aliqui physicoꝝ, in subiectis Septentrioni spatiis, cum hyemes frigida cuncta constringunt, magnitudines niuium congelascere. easq; postea ui flagrantis sideris resolutas fluxis humoribus nubes efficere grauidas, quæ in Meridianam plagam Etesis flantibus pulsæ, expressæq; tepore nimio, incrementa ubertim suggerere Nilo creduntur. Ex Æthiopicis imbribus paludantes in tractibus illis per æstus torridos cadere memorantur. Exundationes eius erigi anni temporibus asserunt alii præstitutis, quod utrumque dissonare uidetur à ueritate. Imbres enim apud Æthiopas, aut non unq̄, aut per interualla temporum longa cadere memorantur. Opinio est celebrior alia, q̄ spirantibus Prodromis, perq; dies quadraginta & quinque Etesiarum continuis flatibus repellentibus, eius meatus uelocitate cohibita, superfusis fluctibus intumescunt, & reluctante spiritu controuerso adolescens in maius hinc ui reuerberante uentorum, inde urgente cursu uenarum perennium, progrediens in sublime tegit omnia. & humus oppressa per supina camporum speciem exhibet maris. Rex autem Iuba, punicorum confusus textu librorum, à monte quodam oriri eum exponit, qui situs in Mauritania despectat Oceanum. Hisq; iudiciis hoc proditum ait, q̄ pisces & hærba & belluæ similes per eas paludes gignuntur. Æthiopiæ autem partes prætermeans Nilus, nominum diuersitate decursa, quæ & Orbem peragrando nationes indidere complures, & inundatione ditissima ad cataractas, id est præruptos scopulos uenit. è quibus præcipitans ruit, potiusq; fluit. Vnde captos olim accolæ usu aurium, fragore assiduo diminuto, necessitas uertere solum atque ditiora coëgit. exinde lenius means per ostia septem (quorū singula perpetuorū amniū usum & faciem præbent) nullis per Ægyptum aquis externis adiutus, dilatatur. Est præter amnes plurimos ex alueo hoc auctore cadentes & supares in eius obtenta iuga uillæ sunt & undosi canales, quibus subiecta uocabula ueteres indiderunt, Heracloticus, Sebenniticus, Bolbiticus, Pathmiticus, Mendesius, Taniticus, & Pelusiacus. Oriens autem inde (ut dictū est) propellitur è paludibus adusq; cataractas. insulasq; efficit plures, quarum aliquæ ita porrectis aquis dicuntur extentæ, ut singulas ægre tertio die relinquat. Inter quas duæ sunt claræ, Meroë, & Delta à triquetra literæ forma hoc uocabulo signatius appellata. Cum autem Sol per Cancri sidus cœperit uehi, augescens adusque transitum eius in Libram, diebusq; centum sublatius fluens, minuitur postea. & mitigatis ponderibus aquarū, nauibus antea peruios, equitabiles cāpos ostendit.

Abunde

Abunde itaque luxurians ita est noxius, ut infructuosus si uenerit parcior, gurgitum enim nimietate humectans diutius terras culturas moratur agrorum, paruitate autem minatur steriles segetes. Eumq; nemo aliquando extolli cubitis altius sexdecim possessor optauit. Et si inciderit moderatius aliquoties iactæ sementes in loco quo te pinguius cespitis cum augmento ferè septuagesimo renascuntur. solusq; fluminum auras nullas inspirat. Exuberat Ægyptus etiam pecudibus multis, inter quæ terrestres sunt & aquatiles. aliaq; humi & in humoribus uiuunt, unde Amphibia nominantur. & in aridis quidem Capreoli uescuntur, & Bucali, & Pisturnitia omni deformitate ridicula, aliaq; monstra quæ numerare non refert. Inter aquatiles autem bestias Crocodilus ubiq; per eos tractus abundat exitiale quadrupes malū, assuetum elementis ambobus, lingua carens, maxillā superiorem comouens solā, ordine dentium pectinato perniciosus morsibus quicquid tetigerit per tinaciter tenens, oua edens foetus anferinis similis. utq; armatus est unguibus, si haberet etiā pollices, ad euertendas quoq; naues sufficeret uiribus magnis. ad cubitorum enim longitudinem XVIII interdū extentus, noctibus quiescens per undas, diebus humi uescitur, confidentia cutis, quam ita ualidam gerit, ut eius tergo cataphracta uix tormentorum ictibus perforetur. & sæuientes semper eedem feræ, quasi pacto scedere quodam castrensi per septem cerimoniosos dies mitescunt, ab omni sæuitia desciscentes, quibus sacerdotes Memphi natales celebrant Apis. Præter eos autem qui fortuita pereunt morte, alii dirumpuntur suffossis aluis mollibus certis ferarum dorsalibus crustis, quas delphinis similes nutrit fluuius antedictus. Alii exitio intereunt tali, Trochilos auicula breuis, dum escarum minutias captat, circa cubantem feram uolitans blande, gingiuasq; eius irritatus titilado peruenit adusq; ipsam uiciniam gutturis. Quod factū contuens Hydrus Ichneumonis genus, oris aditum penetrat alite præuia patefactum, & populato uentre uitalibus dilancinatis erumpit. Audax tamen crocodilus monstrum fugax, ubi audacem senserit timidissimū, & in terra acrius cernens, per quatuor menses hybernos nullo uesci dicitur cibo. Hippopotami quoq; generantur in illis partibus, ultra animalia cuncta ratione carentia sagacissimi, ad speciem equorum, bifidas ungulas caudasq; breues. Quorum solertia duo interim ostendere documenta sufficiet. Inter arundines cellas, & squalentes nimia densitate hæc belua cubilibus positus, ociū peruigili studio circūspectat, laxaq; copia ad segetes depascendas egreditur. Cūq; iam cœperit redire distantia, auersis uestigiis distinguit tramites multos. ne unius plani itineris lineas insidiatores sequuti, repertum sine difficultate confodiant. item cū aueritate nimia extuberato uentre pigrescit, super calamo recens execto femore conuoluit crura, ut pedibus uulneratis cruor egestus madescētū faciat leuem, & carnes faucias coeno oblinat, q̄ diu in cicatrices conueniant plage. Has monstruosas antehac raritates in beluis, in ædilitate Scauri uidit Romanus populus primitus. patris illius Scauri, quem defendens Tullius, Impera Sardis,

ut de

ut de familia nobili ipsi, quo locum Orbis terrarum auctoritate sentirent. & per ætates exinde plures sæpe huc ducti. nunc inuenire nusq̄ possunt, ut coniectantes regionum incolæ dicunt infectas multitudinis tædio ad Blemmias migrasse compulsi. Inter Ægyptias alites, quarum uarietas nullo comprehendendi numero potest, Ibis sacra est & amabilis & innocua, ideo q̄ nidulis suis ad cibum suggerens oua serpentium, efficit ut rarefiant mortiferæ pestes absumptæ. occurrunt eedem uolucres pennatis agminibus anguium, qui ex Arabicis emergunt paludibus uenena malignantes. eosq̄, anteq̄ finibus suis excedunt præliis superatos aëriis, uorât. quas aues per rostra ædere fœtus accepimus. Serpentes quoq̄ Ægyptus alit innumeras, ultra omnem perniciem sæuientes Basiliscos, & Amphisbenas, & Scytalas, & Acontias, & Dipladas, & Viperas, aliasq̄ complures. quas omnes magnitudine & decore Asp̄is facile supereminens, nunq̄ sponte sua fluenta egreditur Nili. multa in illis tractibus. precium est operæ maxima æger de quibus pauca conueniet explicari. Sunt Thermalutra, quæ Cythrus indigenæ uocant. Temp̄la ubique molibus magnis extructa. Pyramides ad miracula septem prouectæ (quarum diuturna surgendi difficultas, scriptor Herodotus docet) ultra omnem montium altitudinem, quæ manibus confici potest, erectæ sunt, turres ab imo latissimæ, in summitates acutissimas desinentes. quæ figura apud geometras ideo sic appellatur, q̄ ad ignis speciem, τοῦ πυρός, ut nos dicimus, extenuatur in conum. Quarum magnitudo quoniam in celsitudinem nimiam scandens, gracilescit paulatim, umbras quoque mechanica ratione consumit. Sunt & Syringes, subterranei quidã & flexuosi secessus. quos (ut ferunt periti rituum uetustorum) aduentare diluuium præscii, metuentesq̄ ne ceremoniarum obliteraretur memoria, penitus operosis digestos fodinis per loca diuersa struxerunt, & excisis parietibus uolucrum ferarumq̄ genera multa sculpsērunt, & animalium species innumeras multas, quas Hieroglyphicas literas appellarunt, Latini Ignorabiles. Syene, in qua solstitii tempore, quo Sol æstiuū Austrinis cursum extendit, recta omnia ambientes radii excedere ipsius corporis umbras non sinunt. Inde stipitem quisq̄ fixerit rectum, uel hominem aut arborem uiderit stantem, circa lineamentorum ipsas extremitates contemplabitur umbras absumi. sicut apud Meroem, Æthiopiæ partem æquinoctiali circulo proximam, dicitur euenire. ubi per nonaginta dies umbræ nostræ in contrarium cadunt. unde Antiscios eius incolas uocant. Quæ quoniam miracula multa sunt, opusculi nostri propositum excedentia, ad ingenia celsa reiiciamus, pauca sup̄ prouinciis narraturi. Tres prouincias Ægyptus fertur habuisse temporibus præcis, Ægyptum ipsam, & Thebaidam, & Libyam. Quibus duas adiecit posteritas, ab Ægypto Augustanicam, & Pentapolim à Libya sicciore distitam. Igitur Thebais multas inter urbes, clariores aliis Hermopolim habet, & Copton, & Antinoon, quam Hadrianus in honorem Antinoi ephebi condidit sui. apud Hecatomp̄ylos enim Thebas Magnorum. in Augustanica Pelusium oppidum est nobile, qd̄ Peleus Achil-

lis pater

lis pater dicitur condidisse, lustrari deorum monitu iussus in lacu, qui eiusdem ciuitatis alluit mœnia, cum post interfectum fratrem nomine Phocum horrendis furiarum imaginibus raptaretur. & Casium, ubi Pompeii sepulcrum est Magni, & Ostracine, & Rhinocorura. In Pentapoli Libya Cyrene posita est urbs antiqua, sed deserta. quam Spartanus condidit Battus, & Ptolemais, & Arsinoë eademq̄ Teuchira, & Darnis, & Berenice, quas Hesperidas appellant. In sicciore uero Libya Parætonion, & Cherecla, & Neapolis, inter municipia pauca & breuia. Ægyptus ipsa, quæ iam inde uti Romano imperio iuncta est regio regitur à Præfectis, exceptis minoribus multis, Athribi, & Ozuri, Moëtimi, & Memphi maximis urbibus nitet. Alexandria enim uertex omnium est ciuitatum. quam multa nobilitant, & magnifica, conditoris Alexandri, & architecti solertia Dinocratis. qui cum id monumentum pararet, repente omnes ambitus lineales farina resperfit. quod ciuitatē post hæc alimentorum uberi copia circūfluere fortuito monstrauit. Inibi auræ salubriter spirantes, aër tranquillus & clemens, atque (ut periculū docuit, per uarias collectum ætates) nullo penè die incolentes hanc ciuitatem Solem ferenum non uident. Hoc litus ne fallacibus & insidiosis accessibus affligeret antehac nauigantes discrimibus plurimis, excogitauit in portu Cleopatra turrim excelsam, quæ Pharos à loco ipso cognominatur, præluendi nauibus nocturna suggerens ministeria. cum quondam ex Parætonio pelago uenientes, aut Libyco per pandas oras, & fretum Lasmontium, nullas speculas uel collium signa cernentes, harenarum infusa glutinosa mollicie frangerentur. Hæc eadem regina Eptastadium sicut uix credenda celeritate, ita magnitudine mira construxit, ob causam notam & necessariam. insula Pharos, ubi Protecum Phocarum gregibus diuersatum, Homerus fabulatur inflatus, à ciuitatis litore mille passibus disparata, Rhodiorum erat obnoxia uestigali. Qd̄ cum inde quidam nimium quantum peturi uenissent, scemina callida semper in fraudes, solennium specie feriarum iisdem publicanis secum ad suburbana perductis, opus iusserat irrequietis laboribus cōsumari, & septem diebus, totidem stadia molibus iactis in mare solo propinquanti terræ sunt uindicatæ. Quocūque uehiculo ingressa erat Rhodios insularum non continentis portorium flagitantes. His accedunt altis suffulta fastigiis templa. Inter quæ eminet Serapium, qd̄ licet minuatur exilitate uerborum, atriis tamen & columnis amplissimis, & spirantibus signorum figmentis, & reliqua operum multitudine ita est exornatū, ut post Capitolium (quo se uenerabilis Roma in æternum attollit) nihil Orbis terrarum ambitiosius cernat. In quo uero bibliothecæ fuerunt inæstimabiles, ut loculi monumentorum ueterum, continentes ferè septingenta uoluminum millia. Ptolemæus regibus uigiliis intentus, composito bello alexandrino, dum diripitur ciuitas sub dictatore Cesare conflagrasset. Canopus inde duodecimo disiungitur lapide. quem (ut præcæ memoriæ tradunt) Menelai gubernator sepultus ibi cognominauit. Hactenus impendio locus & diuersforiis lætis extructus, auris, & salutari tem-

O

peramento perflatilis. ita, ut extra mundum nostrum morari se quisq̄ arbitretur in illis tractibus agens, cum sæpe aprico spiritu immurmurantes audierit uentos. Sed Alexandria ipsa non sensim, ut aliæ urbes, sed inter initia prima aucta per spaciosos ambitus, internisq̄ seditionibus diu aspere fatigata, ad ultimū multis post annis Aureliano imperium agente, ciuilibus iurgis ad certamina interneciua prolapsis, diruptisq̄ mœnibus, amisit regionum maximam partem, quæ Buchion appellabatur. diuturnum præstantium hominū domicilium. unde Aristarchus, grammaticæ rei donis excellens, & Herodianus artium munitissimus suscitator, & Saccas Ammonius Plotini magister, aliiq̄ plurimi scriptores multorum in literis nobilium studiorum. inter quos Calcenterus eminuit Didymus, multiplicis scientiæ cœpti memorabilis, qui in illis sex libris, ubi nonnunq̄ imperfecte Tullium reprehendit, syllogaphos imitatus scriptores maledicos, iudicio doctorū aurium inculatur, ut immania frementem leonem putidulis uocibus uanus catulus longius circūlatrās. Et quanq̄ ueteres cum his (quorū memini) florere complures, tamen ne nūc quidem in eadem urbe doctrinæ uariæ silent. nam & disciplinarum magistri quodammodo spirant, & nudatur ibi geometrico radio quicquid reconditum latet. nondumq̄ apud eos penitus exaruit musica, nec harmonia conticuit. & recalet apud quosdam adhuc licet atrox consideratio mundani motus, & siderum, doctiq̄ sunt haud numero pauci. super his scientiam callent, quæ Fatorum uias ostendit. Medicinæ autem, cuius in hac uita nostra nec parca nec sobria desiderantur adminicula, crebra ista studia augentur indies. ut licet opus ipsum redoleat, pro omni tamen experimento sufficiat medico, ad commendandam artis auctoritatem, Alexandria si dixerit eruditum. Et hæc quidem hætenus. Sed intelligendi diuini aditionem multiplicem, & præsentionum originem ante negatā quibusq̄ mortalium, replicata per mundum omnem inuentione matheseos ab huiusmodi Ægypto circūlata, primum homines longe ante alios ad uaria religionum incunabula (ut dicitur) peruenerunt. & initia prima sacrorum caute tuentur condita scribis arcanis, ac institutis prudentia. Pythagoras colens secretius deos, quicquid dixit, aut uoluit, auctoritatem esse instituit ratā, & femur suum ante aureum apud Olympiam sæpe monstrabat, & cum aquila colloquens subinde uisebatur. Hinc Anaxagoras lapides è cœlo lapsuros, & putealem limum contrectans, tremores futuros prædixerat terræ. & Solon sententiis adiutus Ægypti sacerdotum, latis iusto moderamine legibus, Romano quoque Iuri maximum addidit firmamentum. ex his fontibus per sublimia gradiens sermonum amplitudine Iouis emulus non uisa Ægypto, militauit sapientia gloriosa. Homines autem Ægyptii plerique subfusci sunt, & atrati, magisq̄ mœstiores, gracilenti, & aridi, ad singulos motus excandescentes, cōtrouersi, & reposcenes acerrimi. Erubescit apud eos si quis non inficiando tributa, plurimas in corpore uibices ostendat. & nulla tormentorū uis inueniri adhuc potuit, quæ obduratorum ullius pectus latrocinii inuitum elicere potuit, ut nomen propriū dicat.

Id autem

Id autem notum est, ut annales ueteres monstrant, q̄ Ægyptus omnis sub amicis erat antea Regibus. sed superatis apud Actium bello nauali Antonio & Cleopatra, Prouinciæ nomen accepit, ab Octauiano Augusto possessa. Aridiora Libyæ in supremo obitu Regis consecuti sumus arbitrio. Cyrenas cum residuis ciuitatibus Libyæ Pentapoleos, Ptolemæi liberalitate suscepimus. Euectus longius, ad ordinem remeabo cœptorum.

AMMIANI · MARCELLINI

RERVM · GESTARVM

LIBER · VIGESIMVS

TERTIVS



NEC eo anno (ut prætereamus negociorum minutias) agebantur. Iulianus uero iam ter Consul, ascito in collegium trabæ Sallustio Præfecto per Gallias, quater ipse amplissimum inierat magistratum. & uidebatur nouum, adiunctum esse Augusto priuatum. qd̄ post Diocletianum & Aristobolum nullus meminerat gestum. Et licet accidentium uarietatem sollicita mente præcipiens, multiplicatos expeditionis apparatus flagranti studio perurgeret, diligentiam tamen ubique diffidens, imperiūq̄ sui memoriā magnitudine operum gestiens propagare, ambitiosum quondam apud Hierosolymam templum (qd̄ post multa & interneciua certamina, obsistente Vespasiano, posteaq̄ Tito, ægre est oppugnatum) instaurare sumptibus cogitabat immodicis. negociūq̄ maturandum Alipio dederat Antiochiensi, qui olim Britannias curauerat pro Præfectis. Cum itaque rei idem fortiter instaret Alipius, iuaretq̄ prouinciæ Rector, metuendi globi flāmarum prope fundamenta crebris assultibus erumpentes fecerē locum exultis aliquoties operantibus inaccessum. hocq̄ modo, elemento destinatius repellente, cessauit inceptum. Iisdem diebus Legatos Sardinia misos ab Vrbe æterna, clare natos, meritisq̄ probabilis uitæ compertos, Imperator honoribus diuersis affectit. & Apronianū Romæ decreuit esse Præfectū, Octauianum Proconsulem Africa, Venusto Vicario cōmisit Hispania, Rufinum Aradium Comitem Orientis in locū auunculi sui Iuliani recens defuncti prouexit. Quibus ut conuenerat ordinatis, terrebar omine quodam (ut docuit exitus) præsentissimo. Felice enim Largitionum Comite, profluuiū

sanguinis repente extincto, cumq; Comite Iuliano sequuto, uulgus publicos contuens titulos, felicem Iulianū, augustūq; pronūciabat. Processerat aliud sæuum. nāq; Calendis ipsis Ianuariis ascendente co gradile Genii templi, è sacerdotum consortio quidam ceteris diuturnior, nullo pulsante repente cecidit, animamq; insperato casu efflauit. qđ astantes, incertum per imperitiā an adulandi cupiditate, memorabant consulum seniori portendi, nimirum Sallustio. & ut apparuit non ætati, sed potestati maiori interitum propinquare, monstrabatur. Super his alia quoque minora signa subinde, quod acciderat, ostendebant. Inter ipsa enim exordia procinctus Parthici disponendi, nunciatum est, Constantinopolim terræ pulsū uibratam, qđ horum peritū minus lætum esse pronūciabant aliena peruadere molienti Rectori. ideoq; intempestiuo conatu desistere suadebant. ita demum hæc & similia contemni oportere firmantes, cum irruentibus armis externis lex una sit & perpetua, salutem omni ratione defendere, nihil renitente uī moris. Iisdem diebus nunciatum est ei per literas, Romæ super hoc bello libros Sybillæ consultos (ut iusserat) Imperatorem eo anno discedere à limitibus suis, aperto prohibuisse responso. Inter hæc tamen Legationes gentium plurimarum, auxilia pollicentium, liberaliter susceptæ remittebantur. speciosa fiducia principe respondente, nequaquā decere aduentitiis adiuuentis rem uindicare Romanam, cuius opibus fouere conueniret amicos & socios, si auxilium eos adegerit necessitas implorare. Solum Arfacem monuerat Armeniæ Regem, ut collectis copiis ualidis iubenda opperiretur. quo tenderet, quid deberet urgere, propere cogniturus. Proinde cum properandi consultę rationes copiam præbuisent, rumore præcurso hostiles occupare properans terras, nondum adulto uere missa per militares numeros expeditionali tessera, cunctos transire iussit Euphraten. Quo comperto omnes euolant ex hybernīs, transmissiq; (ut textus docebat scriptorū) dispersi per stationes uarias aduentum principis expectabant. Ipse autem Antiochiam egressurus heliopoliten quendam Alexandrum Syriacæ Iurisdictioni præfecit, turbulentum & sæuum. dicebatq; non illum meruisse, sed Antiochensibus auaris & contumeliosis huiusmodi Iudicem conuenire. Cumq; eum profecturum deduceret multitudo, pronus quantum felicem reditumq; gloriosum exhortans, oransq; inde placabilis esset & lenior, nondum ira, quam ex compellationibus & probris conceperat, emollita loquebatur asperius, se esse eos asserens postea non uisurum. Disposuisse enim aiebat hyemandi gratia per compendiarium uiam consummato procinctu Tarsum Ciliciæ reuersurum, scripsisseq; ad Memorium præsidem, ut in eadem urbe cuncta sui congrua pararentur. & hoc haud diu postea contigit. Corpus nāque eius illuc relatum, exequiarum humili pompa in suburbano sepultum est, ut ipse mandarat. Iamque apricante cælo, tertium Nonas Maias profectus, Hierapolim solitis itineribus uenit. Vbi cum introierit ciuitatis capacissimæ portas, sinistra porticus subito lapsa, subter tendentes quinquaginta milites exceptis plurimis uulneratis tignorū

tignorū tegularūq; pondere magno collisit. Vnde contractis copiis omnibus Mesopotamiam iam propere signa commouit. ut fama de se nulla præuerfa (id enim accuratius obseruarat) improuisus Assyrios occuparet. Denique cum exercitu, & Scytharum auxiliis Euphratem nauali ponte transmissio uenit ad Barnas municipium Osdroenæ. ibiq; illelabile portentum offendit. Cum enim colonorum frequens multitudo ad suscipiendum consueute pabulum prope aceruum pælearum stetit, impendio celsum (hoc enim modo per regiones illas tales species construuntur) rapientibus multis qualifata congeries inclinata est, pariq; exitio quinquaginta obruit homines mole maxima ruinarum. Mcestus exinde digressus uenit cursu propere Carrhas antiquum oppidum, Crassorum & Romani exercitus erumnis insigne. unde duæ ducentes Persidem uia regie distinguuntur. Ieua per Adiabenam & Tigridem, dextera per Assyrios & Euphraten. Ibi moratus aliquot dies dum necessaria parat, & Lunæ (quæ religiose per eos colitur tractus situ locorum) fert sacra, dicitur ante aras nullo arbitrorum admisso occulte paludamentum purpureum propinquo suo tradidisse Procopio, mandasseq; arripere fidentius principatum, si se interisse didicerit apud Parthos. Hic Iuliani quiescentis animus agitatus in somnis euenturum triste aliquid prælagiebat. Quocirca & ipse & uisorum interpretes præsentia contemplantes, diem secutum, qui erat quartumdecimū Cal. Aprilis, obseruari debere pronūciabant. Verum (ut compertū est postea) eadem nocte Palatini Apollinis templū, Præfecturam regente Aproniano, in Vrbe conflagrauit æterna. ubi, ni multiplex iuuisset auxilium, etiam Cumana carmina consumpserat magnitudo flammaram. Post quæ ita digesta, agmina, & commeatus omnis generis disponendi, propere Cursatorum aduentu anhelantium, etiā tum indicatur, equestres hostium turmas uicino limite quodam perrupto auertisse subito prædas. Cuius atrocitate mali percussus, illico ut ante cognita erant, triginta milia lectorum militum eidem comisit Procopio, iuncto ad parilem potestatem Sebastianō Comite ex duce Ægypti. iisdemq; præcepit, ut intra Tigridem interim agerent, uigilanter omnia seruaturi, ne quid inopinum ex incauto latere oriretur, qualia multa sæpe dixerat euenisse. mandabatq; eis, ut si fieri potius posset, Regi sociarentur Arfaci. Cūq; eo per Corduenam, & Moxoënam Chilio como uberi Medię tractu, partibusq; aliis præstricto cursu uastatis, apud Assyrios adhuc agente sibi concurrerent necessitatum articulis affuturi. His ita ordinatis, ipse exitu simulato per Tigrim, qđ iter etiā regi uaria de industria iusserat instrui, flexit dextrorsus. & quieta nocte emensa, mane iumentum, quo ueheretur ex usu poposcit. oblatuq; ei equus Babylonius nomine, ictu torminis consternatus, dum dolorum impatiens uoluitur, auro lapillisq; ornamenta distincta consperfit. Quo ostento lætior clamauit, plaudentibus proximis, Babyloniam humi procidisse ornamentis omnibus spoliatam. & paulisper detentus, ut omen per hostias litando firmaret, Dauanā uenit castra præsiaria, unde ortus Belias fluuius, funditur in Euphraten.

Hic corporibus cibo accurate refectis, postridie uentū est ad Callinifum, munimentum robustum, & cōmercandi opimitate gratissimum, ubi diem sextū Cal. quo Romæ Matri deorum pompæ celebrantur annales, & carpentum quo uehitur simulacrum Almonis undis ablui perhibetur, sacrorum solennitate prisco more completa, somno per ocium capto exultans pernoctauit & lætus. Luce uero sequuta profectus exinde per supercilia riparū fluuialium, aquis adolescentibus undique cōuenis, cum armigera gradiens manu, in statione quadam sub pēllibus mansit. ubi Sarracenorum reguli gentiū, genibus supplices nixi, oblata ex auro corona, tanq̄ Mundi nationūq; suarum dominum adorarunt. suscepti gratanter, ut ad futura bellorum appositi. dūq; hos alloquitur, Xerxis illius potentissimi Regis instar classis aduenit, Tribuno Constantiano cum Comite Lucilliano ductante, quæ latissimū flumen Euphraten arctabat. in qua mille erāt onerariæ naues ex diuersa trabe contactæ, cōmeatus abunde ferentes, & tela, & obsidionales machinas. quinquaginta aliæ bellatrices, totidēq; ad cōpaginādos necessariæ pontes. Re ipsa admoneor, breuiter (quantū mediocriter potest ingeniū) hæc instrumentorū genera ignorantibus circūscripta monstrare. & Balistæ figura docebitur prima. Ferrū inter axiculos duos firmum compaginatur & uastum, in modum regulæ maioris extentum, cuius ex uolumine tereti, qd̄ in medio ars polita cōponit, quadratus eminet stilus, extēsius recto canalis angusti meatu cauatus, & hac multiplice corda neruorum tortiliū illigatus. eiq; colex duæ lignæ coniunguntur aptissime. quarum prop̄c unam assistit artifex contemplabilis, & subtiliter apponit in temonis cauamine sagittam ligneam spiculo maiore conglutinatam. hocq; factō hincinde ualidi iuuenes uersant agiler rotabilem flexū. cum ad extremitatem neruorum acumen uenerit summum, percita interno pulsu à balista ex oculis auolat. interdū nimio ardore scintillans. & euenit sæpius, ut anteq̄ telū cernatur, dolor letale uulnus agnoscat. Scorpionis autem (quem appellant nūc Onagrum) huiusmodi forma est. Dolantur axes duo quernei uel ilicei, curuāturq; mediocriter, ut prominere uideantur in gibbas. hiq; in modum ferratoriæ machinæ connectuntur, ex utroque latere patentius perforati, quos inter cauernas funes colligantur robusti compagem, ne dissiliant, continentes. Ab hac medietate restium ligneus stilus exurgens obliquus & in modum iugalis temonis erectus, ita neruorum modulis implicatur, ut altius tolli possit & inclinari. summitatēq; eius unci ferrei copulantur, è quibus pendet stupea uel ferrea funda, cui ligno fulcimentum prosternitur ingens cilicium paleis confertum minutis, ualidis nexibus illigatum, & locatum super congestos cespites uel lateritios aggeres. nam muro saxeo huiusmodi moles imposita, disiectat quicquid inuenerit super, concussione uiolentera non pondere. Cum igitur ad concertationem uentum fuerit, lapide rotundo fundæ imposito, quaterni altrinsecus iuuenes repagula quibus incorporati sunt funes explicantes, retrorsus stilum penè uncinum inclinant. Itaque demum sublimis astans magister, claustrum qd̄ totius operis continet uin-

cula, referat

cula, referat malleo forti perclausum. unde absolutus ictu uolucris stilus, & mollitudine offensus cilicii, saxum contorquet quicquid incurrerit collisurum. Et tormentum quidem appellatur, ex eo, q̄ omnis explicatio torqueatur, Scorpio autem, q̄ aculeum desuper habet erectum. cui etiam Onagri uocabulum indidit ætas nouella. ea re, q̄ asini feri cum uenatibus agitantur ita eminus lapides post terga calcitrando emittunt, ut perforent pectora sequentium, aut per fractis ossibus capita ipsa displodant. Hinc ad Arietem uenimus. Eligitur abies uel ornus excelsa, cuius summitas duro ferro concluditur & prolixo, arietis efficiens prominulam speciem. quæ forma hoc machinamento uocabulum indidit. & sic suspensa utrinq; transfuersis asseribus & feratis quasi ex lance uinculis trabes alternis continentur. eaq; quantum mensuræ ratio patitur altitudo retro repellens, rursus ad obuia quæq; rumpenda protrudit ictibus ualidissimis, instar assurgentis & cædentis armati. Quæ crebritate, uelut reciproci fulminis impetu, ædificiis scissis in rimas, concidit structuræ laxatæ murorum. Hoc genere operis si fuerit exerto uigore discussum, nudatis uallo defensoribus, ideoq; solutis obsidiis, ciuitates munitissimæ recluduntur. Pro his arietum machinamentis, iam crebritate despectis, conditur machina scriptoribus historicis nota. quam Helipolim græci cognominamus. Cuius opera diuturna Demetrius, Antigoni filius Regis, Rhodo aliisq; urbibus oppugnatis, Poliorcetes est appellatus. Ædificatur autem hoc modo, Testudo compaginatur immanis, axibus roborata longissimis, ferreisq; clauis aptata, & contegitur coriis bubulis, uirgarumq; recenti textura, atque limo asperguntur eius suprema, ut flammeos detrectet & missiles casus. Conferuntur autem eius frontalibus trifurcæ cuspides, præacutæ, ponderibus ferreis graues, qualia nobis pictores ostendunt fulmina uel fistores. ut quicquid petierit aculeis exertis abrumpat. Hanc ita ualidam molem rotis & funibus regens numerosus intrinsecus miles, languidiori murorum parti uiribus admouet concitis. et nisi desuper propugnantium ualuerint uires, collisis parietibus aditus patefacit ingentes. Malleoli autem teli genus figuratur hac specie. Sagitta est cannea, inter spiculum & arundinem multifido ferro coagmentata, qua in muliebris coli formam, quo nentur lintea stamina, concauatur uenter subtiliter, & plurifariam patens, atque in alueo ipso ignem cum aliquo suscipit alimento. Et si emissâ lentius arcu inualido (ictu enim rapidiore extinguitur) hæserit usq; tenaciter, cremat quæq;. conspersa, acrior excitat æstus incendiorum, nec remedio ullo q̄ super iacto puluere, confopitur. Hactenus de instrumentis muralibus. è quibus pauca sunt dicta. Nunc ad rerum ordinem reuertamur. Accitis Sarracenorum auxiliis, quæ animis obtulere promptissimis, tendens Imperator agili gradu, Cercusium principio mensis Aprilis ingressus est, munimentum tutissimum, & fabre politum. Cuius mœnia Abora & Euphrates ambiunt flumina, uelut spacium insulare fingentes. Quod Diocletianus exiguum ante hæc & suspectum, muris turribusq; circūdedit celsis, cum in ipsis

Barbarorum confiniis interiores limites ordinaret. est documento per Syriam, Persæ ita, ut paucis ante annis, cum magnis prouinciarum contigerat damnis. Næque cum Antiochiæ in alto silentio scænicis ludis mimus cum uxore immisus in medium, sumpta quædam imitaretur, populo uenustate attonito, coniunx nisi somnus est (inquit) en Persæ. & retortis plebs uniuersa ceruicibus exacerbantia in se tela declinans spargit. passim ita ciuitate incensa, & obtruncatis pluribus, qui (pacis more) palabantur effusius, incensisque locis finitimis & uastatis, onusti præda hostes ad sua remearunt innoxii, Mareade uiuo exusto, qui eos ad suorum interitum ciuium duxerat inconsulte. Et hæc quidem Gallieni temporibus enenerunt. Iulianus uero dum moratur apud Cercusium, ut per naualem Abore pontem exercitus, & omnes sequelæ transferent, literas tristes Sallustii Galliæ præfecti suscepit. orantis, suspendi expeditionem in Parthos. obtestantisque, ne ita intempestiue, nondum pacenominum exorata, irreuocabile subiret exitium. Posthabito tamen suafore cautissimo, fidentius ultro tendebat. Cum nulla uis humana uel uirtus meruisse unquam potuerit, ut quod præscripsit fatalis ordo, non fiat. Statimque transgressus, pontem auelli præcepit. ne qua militum ab agminibus propriis reuertendi fiducia remaneret. Pari forte hic quoque omen illeabile uisum est, apparitoris cuiusdam cadauer extentum carnificis manu deleti. quem Præfectus Sallustius præsens ea re supplicio capitali damnarat, quæ intra præstitutum diem alimentorum augmentum exhibere pollicitus, casu impediendo frustratus est. Sed miserando homine trucidato postridie aduenit (ut ille promiserat) alia classis, abunde uehens annonam. Præfecti exinde Zaitan uenimus locum, qui olea arbor interpretatur. Hic Gordiani Imperatoris longe conspicuum uidimus tumulum. cuius actus à pueritia prima, exercituumque felicissimos ductus, & insidiosum interitum, digessimus tempore cõpetenti. ubi cum pro ingenua pietate consecrato principi parentasset, pergeretque ad Duram desertum oppidum, procul militarem cuneum conspicatus stetit immobilis, eique dubitanti quid ferrent, offertur ab eis immanissimi corporis leo, cum aciem peteret multiplici telorum iactu confossus. Quo omine uelut certiore iam spectaculi prosperioris elatus, exultantius incedebat. Sed incerto fato fortunæ aliorum prorupit euentus. Obitus enim Regis portendebatur. sed cuius, erat incertum. Nam & oracula dubia legimus, quæ non nisi casus describere postremi. ut fidem uaticinii Delphici, quæ post Halyn flumen transmissum, maximum regnum deiectionis prædixerat Croesum. & alia, quæ Atheniensibus ad certandum contra Medos oblique destinauerat mare. sortemque his posteriorem, ueram quidem, sed non minus ambiguum, Aio te Æacida Romanos uincere posse. Ethrusci tamen aruspices qui comitabantur, gnari prodigialium rerum, cum illis pro cinctum hunc sæpe arcentibus non crederetur, prolatis libris ritualibus ostendebant signum hoc esse prohibitorium, principique aliena (licet iuste) inuadenti contrarium. sed calcabantur philosophis refragantibus, quorum reuerenda tunc erat auctoritas, asserentium subinde, & in parum cognitis perseverantium, diu

tium. diu etenim ut probabile argumentum ad fidem implendam scientiæ suæ id prætendebant, quæ & Maximiano antehac Cæsari cum Narseo Persarum Rege iam congressuro, itidem leo & aper ingens trucidati simul oblatis sunt, & superata gente discessit incolumis. illo minime contemplante, quæ aliena perenti portendebatur exitium. Et Narseus primus Armeniam Romano iuri obnoxiam occupat. Sequuto itaque die, qui erat septimum Idus Aprilis, Sole uergente iam in occasum, ex parua nubecula subito aere crassato usus adimitur lucis. & post minacem tonitruum crebritatem & fulgurum, Iouianus nomine miles cælo tactus cum duobus equis concidit, quos potu fatiatis à flumine reducebat. Eoque uiso, harum rerum interpretes accersiti, interrogatique, etiam id uetare pro cinctum, fidentius affirmabant. fulmen Consiliarium esse monstrantes (ita enim appellantur, quæ dissuadent aliquid fieri, uel suadent) ideoque hoc nimis cauendum, quæ militem celsi nominis, cum bellatoris iumentis extinxit. & hoc modo contacta loca, nec intueri, nec calcari debere, fulgurales pronunciant libri. Contra philosophi, candorem ignis sacri repente conspecti, nihil significare aiebant. sed esse acrioris spiritus cursum ex æthere aliqua uia ad inferiora detrusum. aut si exinde prænoscutur aliquid, incrementa claritudinis Imperatori portendi gloriosa captandi. cum constet, flammam suapte natura nullo optante ad sublimia cõuolare. Peracto igitur (ut ante dictum est) ponte, cunctisque transgressis, Imperator antiquissimum omnium ratus est, militem alloqui, sui rectorisque fidutia properantem intrepide. Signo itaque per lituos dato, cum Centuriæ omnes, & Cohortes, & Manipuli conuenissent, ipse aggere glebali assistens, coronaque celsarum circûdatus potestatum, talia ore sereno differuit. Fauorabili studio concordiam cunctorum contemplans, maximis uiribus & alacritate uos uigere, fortissimi milites, concionari disposui. docturus ratione multiplici, non nunc primitus (ut maledici mussitant) sed antea Romanos penetrasse regna Persidis. Næque, ut Lucillum transeam, uel Pompeium, qui per Albanos, & Massagetas, quos Halanos nunc appellamus, hac quoque natione perrupta uidit Caspios lacus, Ventidium nouimus Antonii Legatum strages per hos tractus innumeras edidisse. Sed ut à uetustate discedam, hæc quæ tradidit recens memoriã replicabo. Traianus & rursus Seuerus hinc sunt digressi uictores, & tropheati. redissetque pari splendore Iunior Gordianus, cuius monumentum nunc uidimus honorate, apud Rhænan superato fugatoque Rege Persarum, ni factione Philippi Præfecti Prætorio, scelestis iuuantibus paucis in hoc ubi sepultus est loco, uulnere impio cecidisset. Nec errauere diu manes eius inulti, quæ uelut illabente iustitia omnes, qui in eum conspirauere, cruciabilibus interiere suppliciis. Et illos quidem uoluntas, ad altiora propensior, subire impulit facinora memoranda. nos uero miseranda recens captarum urbium, & inulta cæsarum exercituum umbra, & damnorum magnitudines, carrorumque amissiones, ad hæc quæ proposuimus hortantur. ut solatium sociis medeamur præteritis. & honorata huius lateris securitate republica, quæ de nobis magnifice loquatur

loquatur posteritas, relinquamus. Adero ubique uobis, adiumento numinis sempiterni, Imperator & antesignanus & contumalis. omnibus secundis, ut reor. At si Fortuna uersabilis in pugna me usq̄ fuderit, mihi uero pro Romano Orbe memet uouisse sufficiet, ut Curtii, Mutiiq̄ Veteres, & clara pro sapia Deciorum. Abolenda nobis natio molestissima, cuius in gladiis nondum nostræ propinquitatis exaruit cruor. Plures absumptæ sunt Maioribus nostris ætates, ut interirent radicibus, quæ uexabant. deuicta est perplexo & diuturno Marte Carthago, sed eam dum indyctus timuit superesse uictoriae, euertit funditus Numantiam Scipio, post multiplices casus obsidionis emensos. Fidenas (ne imperio subrescerent æmulæ) Roma subuertit, & Faliscos ita oppressit, & Veios. & suadere nobis laborat monumentorum ueterum fides, ut has ciuitates aliquando ualuisse credamus. Hæc ut antiquitatum peritus exposui. Sapere est, ut auiditate rapiendi posthabita (quæ insidiatrix sæpe Romani militis fuit) quisque agmini coherens incedat, cum ad necessitatem congregandi fuerit uentum. his signa propria sequuturus sciens quod remanserit usq̄, exceptis furibus, relinquitur. nihil enim præter dolos & insidias hostium uereor, nimium callidorum. Ad summam polliceor, uniuersis rebus post hæc prospere mitigatis, absque omni prærogatiua principum (qui quæ dixerint, uel censuerint pro potestate auctoritatis iustum esse existimant) rationem recte consultorum uel secus, si quis exegerit, redditurum. Quocirca erigite iam nunc, quæso, erigite animos uestros multa præsumentes & bona, æquata sorte nobiscum quicquid occurrerit difficilis subituri, & coniectantes æquitati semper solere iungi uictoriam. Conclusa oratione ad hunc gratissimum finem, ductoris gloria præliator miles exultans, speq̄ in prosperum elatior, sublatis altius scutis, nihil periculosum fore uel arduum, clamitabat, sub Imperatore plus sibi laboris, quàm gregariis indicenti, maxime omnium id numeri Gallicani fremitu lætiore monstrabant. memores aliquoties, eo ductante perque ordines discurrente, cadentes uidisse gentes aliquas, alias supplicantes. Res ad egit, ut prolapsa in excessu celeri, situm monstrare Perfidis, à scriptoribus gentium curiose digestum. è quibus ægre uera dixere paucissimi. Quòd autem erit paulo prolixior textus, ad scientiam proficiet plenam. Quisquis enim affectat nimiam breuitatem ubi narrantur incognita, non quid signatius explicet, & quid debeat præteriri, scrutatur. Hoc regnum quondam exiguum, multisq̄ antea nominibus appellatum ob causas quas sæpe retulimus, cum apud Babylona Magnum fata rapuissent Alexandrum, in uocabulum Parthi concessit Arfacis obscure geniti, latronum inter adolescentiæ rudimenta ductoris, uerum paulatim in melius mutato proposito, clarorum contextu factorum aucti sublimius. qui post multa gloriose & fortiter gesta, superato Nicanore Seleuco eiusdem Alexandri successore, cui uictoriarum crebritas hoc indiderat cognomentum, præsidisq̄ Macedonum pulsus ipse tranquillius agens, temperator obedientium fuit & arbiter lenis. Deniq̄ post finitima cuncta, uel æquitatis consideratione uel metu subacta, ciuitatum &

castrorum

castrorum, castellorumq̄ munimentis oppleta Perside, assuefactaq̄ timori esse accolis omnibus, quos antea formidabat, ipse medium agens cursum ætatis, placida morte decessit. Certatimq̄ summatum & uulgi sententiis continentibus, altris (ut ipsi existimant) ritus sui consecratione permixtus est omnium primus. Deinde ad id tempus Reges eiusdem gentis prætumidi appellari se patiuntur Solis fratres & Lunæ. Utq̄ Imperatoribus nostris Augusta nuncupatio amabilis est & optata, ita Regibus Parthicis, abiectis & ignobilibus antea, incrementa dignitatum felicibus Arfacis auspiciis accessere uel maxima. quamobrem numinis eum uice uenerantur & colunt, eousq̄ propagatis honoribus, ut ad nostri memoriam non nisi Arfacides ascitus, qui in suscipiendo Regno cunctis anteponatur. & in qualibet ciuili concertatione, quæ assidue apud eos eueniunt, uelut sacrilegium quisque caueat, ne dextera sua Arfacidem arma gestantem feriat uel priuatum. Satisq̄ constat hanc gentem Regna populis suis, superatis compluribus, dilataste ad usque Propontidem & Thracias, sed alte spirantium Ducum superbia, licenter grassantium per longinqua, erumnis maximis imminutam. primo per Cyrum, quem Bosphori fretum cum multitudine fabulosa transgressum ad internationem deleuit Tomyris regina Scytharum, ultrix acerrima filiorum. deinde cum Dareus, posteaq̄ Xerxes Græciam elementorum usu, ut exhauserie congressi, cunctis penè copiis terra mariq̄ consumptis, uix ipsi tutum inuenere discessum, ut bella prætereamus Alexandri, testamento nationem omnem in successoris unius iura translatum. Quibus peractis, transcursisq̄ temporibus longis sub consulibus, & deinceps in potestatem Cæsarum redacta Rep. nobiscum eæ nationes subinde dimicarunt, paribusq̄ momentis interdum, aliquoties superatæ, nonnunquam abiire uictrices. Nunc locorum situm, quantum ratio finit, carptim breuiterq̄ absoluam. Hæ regiones in amplitudines diffusæ longas & latas, ex omni latere insulosum & celebre Persicum ambiunt mare. Cuius ostia adeo esse perhibentur angusta, ut ex Armuzonta Carmaniæ promontorio contra oppositum aliud promontorium, quod appellant incolæ Maces sine impedimento cernatur. Quibus angustiis permeatis, cum latitudo patuerit nimis extensa, qua nauigatio ad usque urbem Teredona porrigitur, ubi post iacturas multiplices pelago miscetur Euphrates. omnisq̄ finis dimensione litorea in numerum uiginti millium stadiorum, uelut spacio detornato, finitur. Cuius per oras omnes oppidorum est densitas, & uicorum, nauiumq̄ crebri discursus. Ergo permeatis angustiis antedictis, uenitur ad Armeniæ sinum, Orienti obiectum, interuallo Cataonius nomine panditur sinus Australis, haud procul inde alius quem uocant Caliten Occiduo obnoxius sideri. Hinc præstrictis pluribus insulis, è quibus pauca sunt notæ, Indorum mari iunguntur Oceano, qui feruentem Solis exortum suscipit omnium primus, ipse quoque nimium calens. utq̄ geographici stili formarunt, hac specie distinguitur. Omnis circuitus antedictus ab Arctoo cardine ad usq̄ Caspias portas Caduseis conterminat, & Scytharum gentibus multis,

& Arimaspiis

& Arimaspi omnibus lucis, & feris. ab Occidua plaga contingit Armenios, & Niphaten, & in Asia sitos Albanos, mare Rubræ, & Scenitas, Arabas quos Sarracenos posteritas appellauit, Mesopotamiâ sub axe Meridiali despectat. Orienti à fronte contrarius, ad Gangen extenditur flumen, quod Indorum intersecans terras, in pelagus eiectatur Australe. Sunt autem in omni Perside eæ regiones maxime, quas Vitaxæ, id est, magistri equitum curant, & Reges, & Satrapæ (nam minores plurimas recensere, difficile est & superfluum) Assyria, Susiana, Media, Persis, Parthia, Carmania Maior, Hyrcania, Margiana, Bactriani, Sogdiani, Sacæ, Scythia ultra eundem montem, Serica, Aria, Paropamisades, Drangiana, Arachosia, & Gedrosia. Citra omnes propinqua est nobilis Assyria, celebritate & magnitudine & multiformi feracitate ditissima. quæ per populos pagosque amplos diffusa quondam & copiosa, ad unum concessit uocabulum, & nunc omnis appellatur Assyria. ubi inter baccarum, uulgariumque abundantiam frugum bitumen nascitur, prope lacum nomine Sosingiten. cuius alueo Tigris uoratus, fluensque subterraneus percursis spatiis longis emergit. Hic & naphtha gignitur, picea specie glutinosa, similis ipsa quoque bitumini. cui etiam si auicula infederit breuis, præpedito uolatu subuersa penitus euanescit. Et cum hoc liquoris ardere cœperit genus, nullum inueniet humana mens, præter puluerem, extinguendi cõmentum. In his pagis hiatus quoque conspicitur terræ. unde halitus letalis exurgens, quodcumque animal proxime steterit, odore graui consumit. Quæ lues oriens à profundo quodam puteo, cum os eius excesserit latum, antequam sublimius uagaretur terras circumfatas inhabitabiles acerbitate fecisset. Cuius simile foramen apud Hierapolim Phrygiæ antehac (ut asserunt aliqui) uidebatur. unde emergens itidem noxius spiritus perseveranti odore quicquid prope uenerat corrumpebat, absque spadonibus solis. quod qua causa eueniat, rationibus physicis permittatur. Apud Asbamei quoque Iouis templum in Cappadocia, ubi amplissimus ille philosophus Apollonius traditur natus, apud oppidum Tyana, stagno effluens fons cernitur. qui magnitudine aquarum inflatus, seseque resorbens, nunquam extra margines intumescit. Intra hunc circuitum Adiabena est, Assyria priscis temporibus uocitata, longaque assuetudine ad hoc translata uocabulum. ea re, quæ inter Oenam & Tigridem sita nauigeros fluuios, adiri uado nunquam potuit. transire enim, *Διαβάειν*, dicimus græci. & ueteres quidem hoc arbitrantur. nos autem id dicimus, quæ in his terris amnes sunt duo perpetui, quos sic transimus, Diabas & Adiabas, iuncti naualibus pontibus. ideoque intelligi Adiabenam cognominatam. ut a fluminibus maximis Ægyptus, Homero auctore. & India. & Euphratenis, ante hac Commagena. Itidemque Iberia ex Ibero, nunc Hispania. & à Beti amne insignis prouincia Betica. In hac Adiabena Ninus est ciuitas, quæ olim Persidis regna possederat, nomen Nini potentissimi Regis quondam Semiramidis mariti declarans. & Ecbatana, & Arbela, & Gaugamela, ubi Darium Alexander post discrimina uaria præliorum incitato Marte prostrauit. In omni autem Assyria

multæ

multæ sunt urbes, inter quas Apamia eminet Mesene cognominata, & Terredon, & Apolonia, & Vologessia, hisque similes multæ. Splendidissimæ uero & peruulgatæ eæ solæ sunt tres, Babylon, cuius mœnia bitumine Semiramis struxit, arcem enim antiquissimus Rex condidit Belus. & Ctesiphon, quam Vardanes priscis temporibus instituit, posteaque Rex Pacorus incolarum uiribus amplificatam & mœnibus, græco indito nomine, Persidis effecit specimen summum. post hanc Seleucia, ambitiosum opus Nicanoris Seleuci. quæ per duces Veri Cæsaris (ut ante retulimus) excisa, auulsum sedibus simulachrum Cumei Apollinis, perlatumque Romam, in æde Apollinis Palatini deorum antistites collocarunt. Fertur autem, quæ post direptum hoc idem figmentum, incensa ciuitate, milites fanum scrutantes inuenere foramen angustum. quo referato, ut preciosum aliquid inuenirent, ex aditu quodam concluso à Chaldeorum arcanis, labes primordialis exiit. quæ insanabili uicincta concepta morborum eiusdem Veri, Marcique Antonini temporibus ab ipsis Persarum finibus adusque Rehab per Gallias cunctos contagiis polluebat & mortibus. Hic prope Chaldeorum est regio, alitrix philosophiæ ueteris, ut memorant ipsi. apud quos ueridica uaticinandi fides eluxit. Perfluunt autem has eadem terras potiores ante alios amnes hi quos prædiximus, & Marfias, & flumen Regium, & Euphrates cunctis excellens, qui tripartitus nauigabilis per omnes est riuos, insulasque circumfluens, & arua cultorum industria diuigentius rigans, uomeri & gignendis arbutis habilia facit. His tractibus Susiani iunguntur. apud quos non multa sunt oppida. inter alia tamen est Susa sæpe domicilium Regum, & Ariana, & Sele, & Araca. Cætera breuia sunt & obscura. Fluuii uero multi per hæc loca discurrunt, quibus præstantior Oroates, & Harax, & Mosæus, per arenosas angustias, quæ à Rubro prohibent Caspium mare, equoream multitudinem inundantes. At in læua Media confinis Hyrcano panditur mari. quæ, ante regnum Cyri superioris & incrementa Persidos, legimus Asiæ regna totius Assyriis domitis, quorum plurimos pagos in Atropatenæ uocabulum permutatos belli iure possedit. pugnatrice natio, & formidanda post Parthos, quibus uincitur solis. regiones inhabitans ad speciem quadratæ figuræ formatas. Harum terrarum incolæ omnes ad latitudinem nimiam extenduntur, eisque maxime celsitudines imminent montium, quos Zagrum, & Oronten, & Iasonium uocant, Coronique quoque montes altissimi, partem habitantes occiduam frumentariis agris affluunt, & uinariis, pingui fecunditate lætissimi, fluminibus, fontiumque uenis liquidis locupletes sunt. apud eos prata uirentia. fœtus equorum nobilium, quibus (ut scriptores antiqui docent, nosque uidimus) ineuntes prælia uiri summa ui exultantes soluunt, quos Nesæos appellant. abundantiaque ciuitatibus, quibus Media & uicis in modum oppidorum extructis & multitudine incolarum, quæ ut absolute dicatur, uberrimum est habitaculum Regum. In his tractibus Magorum magistri sunt fertiles. Super quorum secta, studiisque (cum huc incidimus) pauca conueniet expediri. Magiam, opinionum insignium auctor

P

amplissimus Plato, Machegistiam esse uerbo mystico docet diuinorum in corruptissimum cultum. cuius scientiis sæculis priscis multa ex Chaldeorū arcanis bactrianus addidit Zoroastres. deinde Hystaspes Rex prudentissimus Darei pater, qui cū Superioris Indiae secreta fidentius penetraret, ad nemorosam quandā uenerat solitudinem, cuius tranquillis silentiis præcella Brachmanorum ingenia potiuntur. eorūq; monitu rationes mundani motus & siderum, puerosq; sacrorū ritus quantum colligere potuit eruditus, ex his quæ didicit, aliqua sensibus Magorū infudit. quæ illi cum disciplinis præsentendi futura per suā quisque progeniem posteris atatibus tradunt. Ex eo per sæcula multa ad præsens una eademq; profapia multitudo creata deorum cultibus dedicatur. Feruntq; etiam (si iustum est credi) ignem cœlitus lapsum apud se sempiternis focolis custodiri. cuius portionem exiguā ut faustā præisse quondam Asiaticis Regibus dicunt. Huius originis apud ueteres numerus erat exilis, eiusq; mysteriis Persicæ potestates in rebus faciendis diuinis solēniter utebātur. eratq; piaculum aras adire, uel hostiam contrectare, anteq̄ Magus conceptis præcationibus libamenta diffunderet præcursoria. Verum aucti paulatim, in amplitudinem gentis solide concesserunt & nomen, uillasq; inhabitantes nulla murorum firmitudine communitas, & legibus suis uti permissi, religionis respectu sunt honorati. Ex hoc Magorum semine septem post mortem Cambysis regnum inisse Persidos, antiqui memorant libri, uacantes eos Darei factione oppressos, imperitandi initium equino hinnitu sortiti. In hac regione oleum conficitur medicum. quo illitum telum si emissum lentius laxiore arcu (nam ictu extinguitur rapido) hæserit usq; tenaciter, cremat. & si aqua uoluerit abluere quisq; æstus excitat acriores incendiorem. nec remedio ullo, q̄ iactu pulueris, cōsopitur. paratur autem hoc modo, Oleum usus cōmunis herba quadam infectum condiunt hæc rerum penti, ad diuturnitatem seruantes, & coalescens diu ex materia bene naturali. similis oleo crassiori species gignitur apud Persas, quā (ut diximus) naphtham uocabulo appellauere gentili. Per hæc loca ciuitates dispersæ sunt plures, queis omnibus præstant Zombis & Parigia & Grazaca. inter quas opibus & magnitudine mœnium conspicuæ sunt, Heraclia & Arfatia & Europos & Cyropolis & Ecbatana sub Iasonio monte in terris sitæ Syromedorum. Amnes has regiones prætereunt multi, quorum maximi sunt Choaspes & Cyndes & Arriardus & Charinda & Cambyfes & Cyrus cui magno & spaciolo Cyrus ille superior Rex amabilis, abolito uetere, id uocabulū dedit, cum ereptū ire Regna Scythica destinaret, q; & fortis esset (ut ipse ferebat) & uias sibi utiles impetu ingenti molitus in Caspium dilabitur mare per tractus meridianos. Expansa post hæc confinia litoribus proxima Persis habitatur antiqua, minutis frugibus diues & palmite, aquarūq; copia iucundissima. amnes quippe multi per eum ante dictum fluunt sinu. quorum maximi sunt Vatrachites & Rhogomanis & Brisoana atque Bagrada. Oppida uero mediterranea sunt ampliora. incertū enim qua ratione per oras maritimas nihil con-

diderunt

diderunt insigne. Inter quæ Persepolis est clara, & Ardea, & Orobatis, atque Tragonice. Insulæ uero uisuntur ibi tres tantum, Cadiana, & Phara, & Alexandria. His propinquant Parthi, siti sub Aquilone, colentes niuales terras, & pruinosas. quorum regiones Choatres fluuius interscindit, cæteris abundantior. Et hæc potiora. residui sunt oppida Genonia, Mæsia, Charaxa, Apamia, Arthacana, & Hecatonpylos. à cuius finibus per Caspia litora ad usque Portarum angustias stadia quadraginta numerantur & mille. Feri sunt illic habitatores pagorum omnium, atque pugnaces. eosq; ita certamina iuant & bella, ut iudicetur inter alios omnes beatus, qui in prælio profuderit animam. Excedentes enim è uita morte fortuita conuitiis infectantur, ut de generes & ignauos. Quibus ab Orientali Australiq; plaga Arabes Beati conterminant. ideo sic appellati, q; frugibus iuxta, & fœtibus, & palmite, odorūq; suauitate multiplici, sunt locupletes. magnæq; eorum partes Rubrum mare à latere dextro contingunt. Iæua, Persico mari collimitant. elementi utriusq; potiri bonis omnibus assueti. Vbi & stationes, & portus tranquilli sunt complures, & emporia densa, & diuersoria Regum ambitiosa nimium & decora, aquarūq; suapte natura calentium saluberrimi fontes, & riuorum fluminumq; multitudo perspicua, hospitalisq; temperies cœli & terræ, ut spectantibus nihil eis uideatur ad felicitatem deesse supremam. Ac licet abundet urbibus mediterraneis, atque maritimis, campisq; copiosis, & uallibus, has tamen ciuitates habet eximias, Hierapolim, & Naxum, & Babam, itidemq; Vangonam, & Maphram, & Taphren, & Dioscuriada. Insulas autem complures habet per utriūq; proximas mare, quas dinumerare non refert. insignior tamen aliis Turgana est. in qua Serapidis maximum esse dicitur templum. Post huius terminos gentis, Carmania Maior uerticibus celsis erigitur ad usque Indicum pertinens mare, fructuariis, arboreisq; fœtibus culta, sed obscurior Arabum terris multò & minor. fluminibus tamen ipsa quoque non minus abundans, cespitisq; ubere iuxta fœcunda. Amnes autem sunt hinc cæteris notiores Sagareus, & Saganis, & Hydriacus. Sunt etiam ciuitates, licet numero pauca, uictu tamen & cultu perq; copiosæ. Inter quas nitet Carmana omnium mater, & Portospana, & Alexandria, & Hermupolis. Interius uero pergenti occurrunt Hyrcani. quos eiusdem nominis alluit mare. apud quos glebæ maximæ auro micætes. Ruris colendi cura est leuior, sed uescunt uenatibus, quorum uarietate immane quantum exuberant. ubi etiam Tigridum millia multa cernuntur, feræq; bestię plures. quæ cuiusmodi solent capi commentis, dudum nos meminimus retulisse. Nec ideo tamen stium ignorant, sed feminibus teguntur, taliq; parte, ubi solum est pinguius. Nec arbuta defunt in locis habilibus ad plantandum, & marinis mercibus pleriq; sustentantur. Hic amnes duo peruulgati sunt nominis, Oxus, & Maxera. quos (urgente inedia) superantes natatu, aliquoties Tigres improuisæ finitima populantur. Habent etiam ciuitates, inter municipia minora, ualidas. duas quidem maritimas, Secunda, & Saramana. mediterraneas alias, Azi-

P ii

nornan, & Solen, & his nobiliorem Hyrcanam. Contra hanc gentem sub Aquilone dicuntur Abiei uersari genus piissimum, calcare cuncta mortalia consuetum. quos (ut Homerus fabulosius canit) Iuppiter ab Idæis montibus contuetur. Sedes uicinas post Hyrcanos fortiti sunt Margiani, omnes penè collibus altis undiq; circūsepti, ideo à mari discreti. Et quanq̄ pleraque sunt ibi deserta aquarum penuria, sed quidem Sena, Asomon, & Antiochia, & Nicea, sunt aliis notiora. Proximos his limites possident Bactriani, natio ante hac bellatrix, & potentissima, Persisq; semper infesta, anteq̄ circūfitos populos omnes ad ditionem gentilitatemq; traheret nominis sui, quam rexere ueteribus seculis etiam Arfaci formidabiles Reges. Eius plerèque partes, ita ut Margiana, procul à litoribus sunt disparata, sed humi gignentium fertiles, & pecus, quod illic per campestria loca uescitur & montana, membris est magnis compactum & ualidis, ut indicio sunt cameli, à Mithridate exinde per ducti, & primitus in obsidione Cynrige à Romanis. iisdem gentes Bactrianis obediunt plures, quæ arua plana arant, & ad Italiæ speciem crebris fluminibus inundantur. è quibus Atarmes, & Zariaspes ante sibi consociati. itidemq; Ochus, & Dargamanes iuncti conuenis aquis, augent immania Oxi fluenta. Sunt & hic ciuitates, quas amnes diuersi perstringunt, his cadentes ut melioribus, Charrachatra, & Alicodra, & Astacana, & Menapia, & Bactra, ipsius unde regnum & uocabulum nationis est institutum sub imis montium pedibus, quos appellant Sogdios, inter quos amnes duo fluunt nauium capacissimi, Araxates & Dyme, per iuga uallesq; præcipites in campestram planitiem fluiui decurrentes, Oxiâ nomine paludem efficiunt, longe lateq; diffusam. Hinc inter alia oppida celebrant Alexandria, & Cyreschata, & Drepsa metropolis. His contigui sunt Sacæ, natio fera, squalentia incolês loca, solo pecori fructuosa. ideo nec ciuitatibus culta. Cui Ascatanca mons imminet, & Comedus. Præter quoq; radices, & uicum, quem Lithinon pyrgon appellant, per longissimum patet mercatoribus peruiû ad Seras subinde cõmeantibus. Circa defectus & crepidines montiû, quos Imauos, & Tapuros uocant, Scythæ sunt Agra intra Persicos fines, Asianis contermini Sarmatis, Halanorumq; latus tangentes extremum. Qui uelut agentes quodã secessu, coalitiq; solitudine, & per interualla dispersi sunt longa, assueti uictu uili & paupertino. Et gentes quidem uarios incolunt tractus, quas nunc recensere alio properantes, superfluû puto. Illud tamen sciendum est, inter has nationes, penè ob asperitatem nimia inaccessas, homines esse quosdam mites & pios. ut Iaxartæ sunt, & Galactophagi, quorum meminit uates Homerus in hoc uersu, *γλακτοφάγων ἀβίωντες, δικαιοτ' ἄτων ἀνθρώπων*. Inter flumina uero multa, quæ per has terras uel potioribus iungit Natura, uel lapsu post trahit in mare, Rhymmus celebris est, & Iaxartes, & Daicus. Ciuitates autem nõ nisi tres solas habere noscuntur, Aspabota, & Cauriana, & Saga. Ultra hæc ut prius quæ Scythiæ loca contra Orientalem plagam in urbis speciem confertæ celsorum aggerum summitates ambiunt Seras, ubertate regionum & ampli-

tudine

tudine circūspectos. ab Occidentali latere Scythis adnexos, à Septentrione & Orientali Vofæ solitudini coherentes. qua Meridiem spectant ad usq; Indiam porrectos & Ganges. Appellatur autem iidem montes Anniba, & Nazauitium, & Asmira, & Emodo, Tapuros, Catha. Hanc itaque planiciem, undique prona decliuitate præruptam, terrasq; lato situ distentas, duo famosi nominis flumina, & Chartis, & Bantis, lentiore meatu percurrunt, & disparis tractu, diuersorum ingenium. Hic patulum alibi molli deuexitate subductum. Ideoq; satietate frugum, & pecoribus, & arbutis exuberant. Incolunt autem fecundissimam glebam uariæ gentes. quibus Alitrophagiæ, Carambus, & Syzages, & Chardi Aquilonibus obiecti sunt & pruinis. exortu uero Solis suspiciunt Rabannæ, & Asmiræ, & Effedones omnium splendidissimi. quibus Athagoræ ab occidentali parte cohærent, & Asparata. Betæ uero Australi celsitudine montium inclinati, urbibus licet non multis, magnis tamen celebrantur & opulentis. inter quas maximæ Asmira, & Effedon, & Asparata, & ferè nitidæ sunt, & notissimæ. Agunt autem ipsi quietius Seres, armorum semper & præliorum expertes. utq; hominibus sedatis & placidis est oculum uoluptabile, nulli finitimorum molesti. celi apud eos iucunda salubrisq; temperies, aëris facies munda, leniumq; uentorum commodissimus flatus, & abunde siluæ sublucidæ, à quibus arborum foetus aquarum asperginibus crebris, uelut quædam uellera mollientes, ex lanugine & liquore mixtam subtilitatem tenerrimam pectunt, nentesq; subtegmina, conficiunt sericum, ad usus antehac nobilium, nunc etiam infirmorum sine ulla discretione proficiens. Ipsi præter alios frugalissimi, pacatoris uitæ cultores, uitantes reliquorû mortalium coetus. Cûq; ad coemenda fila, uel quædam alia, fluiuium transierint aduenæ, nulla sermonum uice propositarum rerum precia solis oculis æstimantur. Et ita sunt abstinentes, ut apud se tradentes gignentia, nihil ipsi comparent aduectitium. Africani uiuunt post Seras, Boreæ obnoxii flatibus. quorum terras amnis uchendis sufficiens nauibus Arias perfluit nomine, faciens lacum ingentem, eodem uocabulo dictitatum. Abundat autem hæc eadem Area oppidis. inter quæ sunt celebria Bitaxa, Orbitana, & Sotera, & Nisibis, & Alexandria. Vnde nauiganti ad Caspium mare quingenta stadia numerantur & mille. His locis Paropanisiadæ sunt proximi, Indos ab Oriente, Caucasumq; ab Occidentali latere prospectantes. ipsi quoque montium defectibus inclinati, quos residuis omnibus maior Ortogordomaris interluit fluiuis, à Bactrianis exurgens. Habent autem etiã ciuitates aliquas, quibus clariores sunt Gazaca, & Naulibis, & Ortospana, unde litorea nauigatio ad usque Mediæ fines Portis proximos Caspiis, stadiorum sunt duo millia ducenta. Antedictis contigui sunt Drangiani collibus cohærentes, Arabum nomine ideo appellatum, q; inde exoritur, interq; alia duobus municipiis exultatates Prophthasia, & Aria, Pseudopolis & Cariga. Post quos ex aduerso Arachosia uisitur, dextrum uergens in latus, Indis obiecta, quam ab Indo fluiorum maximo, unde regiones cognominatæ sunt, amnis multo minor exur-

P iii

gens aquarum alluit amplitudine, efficitq; paludem Arachotoscrenen appellatam. Hic quoque ciuitates sunt inter alias utiles Alexandria, & Arbaca, & Choaspa. At in penitissima parte Persidos Gerdosia est, dextra terminos contingens Indorum. Inter minores alios Arthabius uberior fluuius, ubi montes deficiunt Barbitani, quorum expeditibus imis emergentes alii fluuii Indomiscuntur, mittentes nomina magnitudine potiores. Ciuitates autem etiam hic sunt præter insulas, Sedratyra, & Carna, collimes meliores residuis aestimantur. Ne igitur oræ maritimæ spacia alluentia Persidis extremitates per minutias demonstrantes, à proposito longius aberremus, id sufficere dicitur, quod mare prætentum à Caspiis montibus per Boream latus adusque memoratas angustias nouem millium stadiorum, Australe uero ab ostiis Nili fluminis adusque principia Carmanorum, quatuordecim millium stadiorum numero definitur. Per has nationes dissonas & multiplices, hominum quoque diuersitates sunt, ut locorum. Sed ut generaliter corpora describamus & mores, graciles penè sunt omnes, subnigri, uel liuido colore pallentes, caprinis oculis torui, & superciliis in semiorbiuum speciem curuatis iunctisq; non indecoribus barbis, capillisq; promissis, hirsuti, omnes tamen promiscue uel inter epulas festosq; dies gladiis cincti cernuntur, quem grecorum ueterum morem abieuisse primos Athenienses, Thucidides est auctor amplissimus. effusius pleriq; soluti in Venerem, ægregq; contenti multitudine pellicum, puerilitum stuprorum expertes, pro opibus quisque affiscens matrimonia plura, uel pauca. Vnde apud eos per libidines uarias caritas dispersa torpescit. Munditias conuiuiorum & luxum, maximeq; potandi aueritatem uitantes, ut luem. Nec apud eos, extra regales mensas, hora est præstituta prandendi, sed uenter unicuiq; uelut solariū est, eoq; monente quod inciderit editur. nec quisq; post satietatem superfluos sibi ingerit cibos, immane quantum restricti & cauti, ut inter hostiles ortos gradientes nonnunq; & uineta, nec cupiant aliquid, nec contingant, uenenorum & secretarum artium metu. Super his nec stando mingens, nec ad requisita naturæ secedens, facile uisitur Persa, ita obseruatius hæc aliaq; pudenda declinat. Adeo autem dissoluti sunt, & artuum laxitate, uagocq; incessu se iactitantes, ut effœminatos existimes, cum sint acerrimi bellatores, sed magis artifices q̄ fortes, cminusq; terribiles, abundantes inanibus uerbis, insanūq; loquentes & ferum, magnidici, & graues, ac tetri, minaces iuxta in aduersis rebus & prosperis, callidi, superbi, crudeles, uitæ necisq; potestatem & in seruos & plebeios uindicantes obscuros. Cutes uiuis hominibus detrahunt particulatim uel solidas. Nec ministrati apud eos famulo mensq; astanti hiscere uel loqui licet uel spuere, ita prostratis pellibus, labra omnium uinciuntur. Leges apud eos impendio formidatæ, inter quas diritate exuperant latæ contra ingratos & desertores, & abominandæ aliæ, per quas ob noxam unius omnis propinquitas perit. Ad iudicandum autem usu rerum spectati destinantur & integri, parum alienis consiliis indigentes, unde nostram consuetudinem rident, quæ interdum facundos, iurisq; publici peritissimos, post in-

doctorum

doctorum collocat terga. nam, q; superfedere corio damnati ob iniquitatem Iudicis iudex alius cogebatur, aut finxit uetustas, aut olim recepta consuetudo cessauit. Militari cultu, ac disciplina pro laudisq; cōtinuis rei castrens, & armaturæ, quam sepe formauimus metuendi uel exercitibus maximis, equitatus uirtute confisi, ubi defudat nobilitas omnis & splendor. pedites enim in speciem mirmillonum contacti iussa faciunt, ut calones. sequiturq; semper hæc turba, tanq; addicta perrenni seruitio, nec stipendiis aliquando fulta, nec donis. Et gentes plurimas, præter eas quas abunde perdomuit, sub iugum hæc natio miserat, ita audax & ad pulueres martios erudita, ut bellis ciuilibus externisq; assidue uexaretur. Indumentis plerique eorum ita operiuntur lumine colorum fulgentibus uario, ut licet sinus lateraq; diffusa relinquunt flatibus agitari uentorum, inter calceos tamen & uerticem nihil uideatur intactum, armillis uti, monilibusq; aureis, & gemmis, præcipue margaritis (quibus abundant) assuefacti post Indiã uictam & Cræsum. Restat ut super ortu lapidis huius pauca succinctius explicentur. Apud Indos & Persas margaritæ reperiuntur in testis marinis robustis & candidis, permixtione roris anni tempore præstituto conceptæ. Cupientes enim uelut coitum quendam humoris, ex lunari aspergine capiunt densius oscitando. Exindeq; grauidæ adunt minutas binas aut ternas, uel uniones, ideo sic appellatas, q; euisceratæ singulas aliquoties pariunt, sed maiores. Idq; indicium est, ætheria potius deriuatione, q̄ saginis pelagi hos oriri foetus & uesci, q; guttæ matutini roris iisdem infusæ claros efficiunt lapillos & teretes. uespertini uero flexuosos contra & rutilos, & maculosos interdum. minima autem uel magna pro qualitate haustum figuratur casibus uariatis. Conclusæ uero sæpissime metu fulgurum inanescunt, aut debilia pariunt, aut certe uitis defluunt abortiuis.

Capturas autem difficiles & periculosas, & amplitudines pretiorum, illa efficit ratio, q; frequentare sueta litora propter piscantium infidias declinantes (ut quidam coniciunt) circa deuios scopulos, & marinorum canum receptacula delitescunt. quod genus gemmæ etiam in Britannici secessibus maris gigni, legiq; (licet dignitate dispari) non ignoramus.



AMMIANI · MARCELLINI

RERVM · GESTARVM

LIBER · VIGESIMVS

QVARTVS



DOST exploratam alacritatem exercitus, uno pariq; ardore impenetrabilem principem superari non posse, deum usitato clamore testati, Iulianus summæ rei finem imponendū maturius credens, extracta quiete nocturna itinerarium sonare lituos iubet, præstruētis omnibus, quæ difficultates arduæ belli poscebant. candente iam luce Assyrios fines ingressus, celsos præter alios spiritu obequitans ordinibus, emulationis ui cunctos ad officia fortitudinis incendebat. Vtq; ductor usu & docilitate firmatus, metuens ne per locorum insolentiam insidiis caperetur occultis, agminibus incedere quadratis exorsus est. Excursatores quidem quingentos & mille sensim præire disposuit. qui cautius gradientes ex utroq; latere, itidemq; à fronte, ne quis repentinus irrueret, prospectabant. Ipse uero medios pedites regens, quod erat totius roboris firmamentum, dextra legiones aliquas, cum ne iuxta supercilia fluminis perstringere iussit Euphratis. Cornu uero læuum cum equitum copiis Arintheo tradidit & Ormizdæ, ducendum confertius per plana camporum & mollia. Agmina uero postrema Dagalai phus cogebat & Victor. Vltimus omnium Osdroenæ dux Secundimus. Deinde, ut hostibus, si erupissent usq;, uel cōspicantibus procul, timorem multitudinis maioris incuteret, laxatis cuneis iumenta dilatauit & homines, ut decimo penè lapide postremi dispararentur à signiferis primis. Qd̄ arte mira fecisse Pyrrhus ille Rex dicitur Epyrotes, opportunis in locis castrametandi, armorumq; speciem diffundendi ex industria, uel attenuādi, perq; scientissimus. ut ubi uenissent, plures existimarentur, aut pauci. Sarcinas uero, & calones per apparitionem imbellem, impedimentorumq; genus omne, inter utrūq; latus instituit procedentiū ordinatim. ne qua ui subita raperentur (ut sæpe contigit) improsecta. Classis aut, licet per flumen ferebatur assiduis flexibus tortuosum, nec residere, nec præcurrere sinebatur. Euenso itaque itinere bidui, prope ciuitatem uenimus Doram desertam marginibus amnis impositam. In quo loco greges ceruorum plures inuenti sunt. quorum alii confixi missilibus, alii ponderibus inserti ramorum, ad facietatem omnes pauerunt. pars maxima natate assueta ueloci alueo penetrato incoibili cursu euasit ad solitudines notas. Exin itinere dierum quatuor leui peracto, uespere intendente,

cum expe

cum expeditis mille impositis nauibus Lucillianus Comes imperitia principis mittitur, Anathan munimentum expugnaturus, qd̄ (ut pleraq; alia) circumluitur fluentis Euphratis. & nauibus (ut præceptum est) per opportuna dispersis obsidebatur insula, nebulosa nocte obumbrante impetum clandestinum. Sed postq̄ aduenit lux certa, aquatū quidam egressus, uisis subito hostibus ululabili clamore sublato, excitos tumultuosos uocibus propugnatores armauit. Et mox specula quadam altissima explorato situ caltrorū, q̄ ocyssime duarum præsidio nauium amnem supermeat Imperator, ponē sequentibus nauigiis multis, quæ obsidionales machinas aduehebant. Iaq; muris propinquans, cum non absque discriminibus multis consideraret esse certandū, sermone cum leni, tum aspero & minaci, hortabatur ad deditioem defensores. quos ad colloquium petit Ormizda. promissis eius & iuramentis illecti, multa sibi de lenitudine romana spondebant. Denique præ se bouem coronatum agentes, quod est apud eos susceptæ pacis indicium, descendere suppliciter. & statim omni munimento egit opus. Seus eius Præfectus dux Ægypti, postea honore tribunatus affectus est. Reliqui uero cū caritatibus suis & suppellectile humaniore cultu ad syriacam ciuitatem Chalcida transmissi sunt. Inter hos miles quidā, cum Maximianus perripisset quondam Persicos fines, in his locis æger relictus, prima etiā tum lanugine iuuenis (ut aiebat) uxores sortitus, gentis ritu, complures, cum numerosa sobole tunc senex incuruus exultans proditionisq; auctor ducebatur ad nostra, testibus affirmans, & præcisse se olim & prædixisse, q̄ centenario iam contiguus sepeliretur in solo Romano. Post quæ Sarraceni procuratores Parthos quosdā hostium obtulere lætissimo principi, & iterum ad agenda similia sunt remissi. Acciderat aliud postridie dirum. uentorum enim turbo exortus, pluresq; uertigines concitans, ita confuderat omnia tecta, ut tabernacula multa considerent, utq; supini pleriq; milites sternerentur uel prōni, spiritu stabilitatem uestigiis subuertente. Nec minus eodem die aliud periculosum euenit. amne enim repente extra margines euagato, mersæ sunt quædam frumentariæ naues, cataractis auulsis, ad diffundendas reprimendasq; quas ligare sucti operari saxo strictim. quod utrum per insidias an magnitudine acciderit fluentorum, sciri non potuit. Post præruptam incensamq; urbem omnium primam, & captiuos transmissos, certiore iam spe prouectus exercitus ad fiduciam elatis uocibus in fauores principis consurgebat, affore sibi etiā deinde celestem existimans curam. & qui per regiones ignotas de obscuris erat suspectio circa assurgentes, & ludificandi uarietas timebatur. Ideoq; Imperator nunc antesignanis, nunc agminibus cogendis insistens cum expeditis uelutibus, ne quid lateret abstrusum, fruteta squalida, uallesq; scrutabatur, licentiores militum per longinqua discursus affabilitate natua prohibendo uel minis. hostiles tamen agros, omni frugum genere diuites, cum segetibus & tuguriis inflammari permisit, ita demum cum usui necessaria abunde sibi quisque collegisset. & hoc modo sauciabatur salus hostium nesciorum.

Bellatores

Bellatores enim libenter quæstis dextris propriis utebantur. alii uirtutis suæ horrea reperisse existimantes, & læti, q̄ uitæ, q̄ subsidiis affluentibus alimenta seruabant, quæ nauigiis uehebatur. Hic uino grauis quidam temerarius miles, & ad ulteriorem ripam nullo urgente transgressus, in conspectu nostro ab hostibus captus, occisus est. Quibus tali casu patris, ad castra peruenimus nomine Thilutha, in medio fluminis sita loco, immenso quodam uertice tumescente, & potestate Naturæ, uelut manu circūseptum humana. Cuius ad deditioem incolæ temptati mollius (ut decebat) q̄ asperitas ædita uim superabat armorum intempestiuam, tunc defectionem esse firmabant. Sed hæcenus responderunt, q̄ cum interiora occupauerint protinus gradientes Romani, se quoq̄ (utpote regnorū sequelas) uictoribus accessuros. & post hæc prætermeantes ipsa mœnia, naues nostras cum uerecundia quieti spectabāt, immobilesq̄ transitus. Cum ad munimentū aliud, Achaiachalan nomine, ueniremus fluminis circuitione uallatum, arduumq̄ transcensu, confutati pari responso discessimus. Alia postridie castra ob muros inualidos derelicta prætereuntur Tensa. Postea uero & in sequenti die stadiis ducentis emensis, uentum est ad locum Baraxmalcha, unde amne transito, milliario septimo disparata Diacira inuaditur ciuitas habitatoribus uacua, frumento & salibus nitidis plena, in qua templū alti culminis arci uidimus superpositum, qua incensa, cæsisq̄ mulieribus paucis quæ repertæ sunt, traiecto fonte scaten te bitumine, Ozogardana occupauimus oppidū, qd̄ formidine aduenientis exercitus itidem deseruere cultores, in quo principis Traiani tribunal ostentabatur. Hac quoque exusta, biduo ad refectionem corporum dato, prope extremum noctis, quæ secundū diem sequuta est, Surena post Regem apud Persas promeritæ dignitatis, & Malechus Podofacis nomine Phylarchus Sarracenorum Assanitarum famosi nominis latro, omni sauitia per nostros limites diu grassatus, structis Ormisdæ insidiis, quem ad speculandum exiturum incertum unde præsens erat. Ideo sunt tentamenta frustrata, q̄ angusta fluminis interluuies & præalta transiri uado non potuit, & primo lucis exordio, cum essent hostes iam in contuitu trusi, tūc primitus coruscis galeis, & horrentes indutibus rigidis milites in procinctum impetu ueloci tendentes eos inuolauere fortissime. Et quis arcus ualidis uiribus flecterentur, & splendor ferri intermicans Romanorū metū aueret, ira tamen ac uente uirtutem, clypeorum densitate coniecti, ne possent emittere coegerunt. Animatus his uescendi primitiis miles, ad uicum Macebracta peruenit, in quo semiruta muri uestigia uidebantur, qui prisca temporibus in spacia longa protentus, munire ab externis incurfibus Assyriam dicebatur. Hinc pars fluminis scinditur largis aquarum agminibus, ducens ad tractus Babylonios interiores, usui agris futura & ciuitatibus circūiectis. alia, Naarmalch nomine (qd̄ fluuius Regum interpretatur) Ctesiphonta prætermeat. Cuius in exordio turris in modū phari celsior surgit. Hanc peditatus omnis, pontibus caute digestis, transiit. equites uero cum iumentis armati, clementiores gurgites obliquati

fluminis obliquati transarunt. alii multitudine subita petiti telorum hostilium, quos egressi auxiliares ad cursuram leuissimam, fugientiumq̄ ceruicibus insistentes, laniatu auium prostrauerunt. Quo negotio itidem gloriose perfecto, ad ciuitatem Parisadoram uentū est, amplam & populosam, ambitu insulari circūuallatam. Cuius obequitans mœnia Imperator, & sitū & obsidium omni cautela captabat, quasi sola formidine oppidanos à propugnadi studio summoturus. Quibus per colloquia sæpe tentatis, cum nec promissis quisq̄ flecteretur nec minis, suscipitur oppugnandi exordium, & armatorum triplici corona circūdati muris, die primo adusque noctis initium missilibus certabatur. cum defensores animo præstantes & uiribus, propugnacula cilicis undique laxius passis, quæ telorum impetus cohiberent, obiecti scutis uimine firmissimo textis, & crudorum tergorum densitate uestitis, ualidissime resistebant. ferrea nimirū facie omni, quia laminæ singulis membrorum liniam mentis coercenter aptatæ fido operimento totā hominis speciem contegebāt. Et aliquoties rare & indigne & regalis colloquia petentes obnixè, propinquantem probris atque conuiciis, ut malefidum incessabant & desertorem. ac lenta cauillatione die maxima parte exempta, tenebrarū silentio primo multiforme admotæ sunt machinæ, cœptaq̄ altitudo cōplanari fossarum. quæ uix dum ambigua luce defensores intentius contemplati (eo accedente, q̄ angularem turrin ictus forauit arietis uolentior) relictis ciuitatis duplicibus muris, continentem occupant arcem, asperi montis interrupta planicie superpositam. cuius medietas in sublime consurgens tereti ambitu argolici scuti speciem ostendebat, nisi q̄ sub Septentrionem rotunditatis eidem quid erat. Momphatis fluenti ad proiecta caute eminentia tuebantur, in quæ excellēbant minæ murorū bitumine & coctilibus laterculis fabricatæ. quo ædificiū genere nihil tutius esse constat. Iamq̄ ferocior miles, peruasa urbe quam uiderat uacuā, aduersus oppidanos ab arce multimoda tela fundentes acri contentione pugnabat. Cum enim iidem prohibitores catapultis nostrorū uergerentur atque balistis, ipsi quoq̄ ex ædito arcus erigebant, fortiter tensos, quibus panda utrinque surgentia cornua ita lentius flectebatur, ut nerui digitorū actis pulsibus uolentis arundines ferratas emitterent. quæ corporibus illis contrariis letaliter figebantur. Dimicabatur nihilominus utrobique saxorum manualium nimbis, neutrobi inclinato momento prælium atrox à lucis ortu ad initium noctis destinatione magna protractum, pari sorte diremptum est. Proinde die sequuto, cum certaretur asperrime, multiq̄ funderentur altrinsecus, & æque mortes gesta librarent, Imperator omnes alex casus inter mutuas clades experiri festinans, cuneatim stipatus densatisque clypeis ab ictu sagittarum defensus, ueloci saltu, comitantibus cunctis prope portam uenit hostilem crasso ferro crustatam. Et licet saxis & glande cæterisq̄ telis cum periculis acrius præmeretur, fodicare tamen paratus ualarum latera, ut aditum patefaceret, uocibus increpans crebris, non ante discessit, q̄ telorum congerie, quæ superiaciebantur se iam cerneret obruendū, euasit cum

euasit cum omnibus, tamen paucis leuius uulneratis ipse innoxius uerecundo rubore suffusus. Legerat enim Æmilianum Scipionem, cum historiarum conditore Polybio Megalopolitano arcade, & triginta millibus portam Carthaginis impetu simili subfodisse. sed fides recepta scriptorum ueterum recens factum defendit. Æmilianus enim testudine lapidea tectam successerat portam, sub qua tutus & latens dum moles faxeas retegunt hostes, urbem nudatam irrupit. Iulianus uero locum patentem aggressus, obumbrata cœli facie fragmentis montium & missilibus, ægre repulsus abcessit. His raptim ac tumultuarie agitatis, cum operositas uinearum, & aggerum impeditissima à ceteris turgentibus cerneretur, machinam quæ cognominatur Helipolis iussit expeditius fabricari. qua (ut supra docuimus) usus Demetrius, superatis oppidis pluribus, Polioretetes appellatus est. Ad hanc molem ingentem, superaturam celsarum turrium minas, prohibitores oculorum aciem intentius conferentes, itidemque instantiâ obsidentium perpensantes, subito uertuntur ad preces. circûfusi que per turres, ac mœnium minas, & fidem Romanam pansis manibus protestantes, uitam cum uenia postulabant. Cûque cessasse operam, & uinitores nihil tentare uiderent ulterius, quod quietis erat indicium certum, copiam sibi dari conferendi sermonis cum Ormizda poscebant. Hocque impetrato, Mamerfidis presidiorum præfectus demissus per funem, ductusque ad Imperatorem, ut obsecrauit, uita cum impunitate sibi cõsortibusque suis firmiter pacta, redire est permissus. Gestisque nûtiatis, plebs omnis utriusque sexus ad sententiam suam cunctis acceptis, pace fœderata cum religionum consecrationibus fidis, patefactis egreditur portis, salutarẽ Genium affulisse sibi clamitans Cæsarem, magnum, & lenem. Numerata sunt autem deditiorum duo millia & quingenti. nam cætera multitudo, obsidium ante suspectans, nauigiis paruis permeato amne decessit. In hac arce armorum alimentorumque copia reperta est maxima. unde necessariis sumptis, reliqua cum loco ipso exussere uictores. Postera die que hæc acta erant perfertur ad Imperatorem, cibos per ocium capientem, nuntius grauis, Surenam Persicum ducem, procuratorum partis nostræ tres turmas inopinũ aggressum, paucissimos trucidasse. inter quos strato tribuno, unum rapuisse uexillum. Statimque concitus ira immani cû armigera manu festinatione ipsa tutissimus peruolauit, & grassatoribus fœda consternatione depulsis, residuos duos tribunos sacramento soluit, ut desides & ignauos. decem uero milites, ex his qui fugerant, exauctoratos capitali addixit supplicio, sequutus ueteres leges. Incensa denique urbe, ut memoratum est, constructo tribunali insistens, actis gratis exercitui conuocato, cunctos ad paria facienda deinceps hortabatur. & argenteos nûmos centenos uiritim pollicitus, cum eos paruitate promissipercitos tumultuare sensisset, ad indignationem plenam grauitatis erectus, En, inquit, Persæ circûfluentes rerum omnium copiis. ditare uos poterit opimitas gentis, si in unũ spirantibus animis fortiter fecerimus. ex emensis opibus egentissima est tandem credite Romana Respublica per eos, qui ut auge-

rent diuitias,

rent diuitias, docuerunt principes auro quietem à Barbaris redemptam redire. impetuum ærarium est, urbes exinanite, populatæ provinciæ. mihi nec facultates, nec propinquitas generi suppetit, quis ortus sim nobilis, præter petus omni liberũ metu. nec pudebit Imperatorem, cuncta bona in animi cultu ponentem, profiteri paupertatem honestam. nam & Fabritii, familiari re pauperes, rexere bella grauissima, gloria locupletes. Hæc nobis cuncta poterunt abundare, si imperterriti deo meque (quantum humana ratio patitur) caute ductante, mitius egeritis. si ui resistitis, ad seditionũ reuoluti dedecora pristinarum, pergite. ut Imperatorem decet, ego solus confecto tantorum munerum cursu moriar stando. contempturus animam, quã mihi febricula eripiet una. aut certe discedam. nec enim ita uixi, ut non possim aliquando esse priuatus. præque me fero & lætor, ductores spectatissimos esse nobiscum, perfectos bellicarum omni genere doctrinarum. Hac modesta Imperatoris oratione inter secunda & aspera medii, miles pro tempore delentus assumpta cum meliorum expectatione fiducia, regibilem se fore pollicitus & morigerum, cunctorum aspirante consensu, auctoritatem eius, sublimitatemque cordis extollebat in cœlum. quod cum uere atque ex animo dicitur, solet armorum crepitu leui monstrari. Repetitis post hæc tentoriis, pro copia rei præsentis uictu se recreauit & quiete nocturna. Animabat autem Iulianus exercitũ, cum non per caritates, sed per inchoatas negociorum magnitudines deieraret assidue, Sic sub iugum mitteret Persas, ita quassatũ recrearet Orbem Romanum. ut Traianus fertur aliquoties iurando dicta consueffe firmare, Sic in prouinciarum speciem redactas uideam Daciam, Sic pontibus Istrum & Euphratẽ superem. & similia plura. Post hæc, discursis millibus passuum quatuordecim, ad locum quendam est uentum, arua aquis abundantibus fœcundantem. quo itinere nos ituros Persæ prædocti, sublatis cataractis, undas euagari fufius permiserunt. itaque humo late stagnante, altero die militi requie data, Imperator ipse prægressus, constratis ponticulis multis, & utribus, subli-

Q

lagine grauis incessit. Sagittariorum denique hostilium impetu latenti temptatus, neque inultus, prope locum uenit, ubi pars maior Euphratis in riuos diuiditur multifidos. In hoc tractu ciuitas ob muros humiles ab incolis Iudeis deserta, iratorum manu militum conflagrauit. Quibus actis pergebat ulterius Imperator, placida ope numinis (ut arbitrabatur) erectior. Cumque Maozamalcha uenisset, urbem magnam & ualidis circumdatam mœnibus, tentoriis fixis, prouidit solcite, ne castra repentino equitatus Persici turbarentur accursu, cuius fortitudo in locis patentibus immane quantum gentibus est formidata. Et hoc disposito, stipatus uelut paucis, ipse quoque pedes, ciuitatis situm diligentem inquisitione exploraturus, in perniciosas precipitatus insidias, ex ipso uitae discrimine tandem emerit. Namque per latentem oppidi portam Persarum decem armati digressi, imaque cliuorum peruadentes poplitibus subsidendo, repentino impetu nostros aggressi sunt. E quibus duo conspectiorem habitu principem gladiis petiere districtis, sed occurrit ictibus erectum latius scutum, quo cœtectus, magna lataque fiducia unius lateri ferre infixit, alterque Stipatores multiplicatis ictibus occiderunt, residuis equitibus uulnerati sunt aliqui, disiectis in fugam, spoliatisque ambobus, reducens incolumes socios cum exuuiis remeauit ad castra, omnium letitia magna susceptus. Sustulit ab hoste prostrato aureum colli monile Torquatus, fudit confidentissimum Gallum alitis propugnatione Valerius, postea cognomento Coruinus, hacque gloria posteritati sunt commendati, non inuidemus, accedat hoc quoque monumentis ueteribus facinus pulchrum. Constratis postridie pontibus, exercitumque traiecto, & metatis alibi salubrius castris uallo duplici circumductis (quoniam, ut diximus, timebantur solitudines plane) oppidi suscepit obsidium, periculosum fore existimans, si gradiens prorsus a tergo relinqueret quos timeret. Hæc dum magno molimine comparantur, Surenam hostium dux, iumenta adortus, quæ in lucis palmaribus uescebantur, a cohortibus nostris repulsiis cum paucorum exitio habitus frustra discessit, & duarum incolæ ciuitatum, quas amnes amplexi faciunt insulam, pars sui fiducia trepidi ad Ctesiphontis mœnia se contulerunt, pars sylvarum densa, alii per paludes uicinas a lucis arborum cauataram inuecti, ad unicum auxilium & potissimum itineris longi, quod supererat, dilabuntur, ulteriora petitori terrarum. E quibus resistentes aliquos nostri milites trucidabant. Ipsi quoque itineribus & cymbis per uaria discurrerent, captiuos alios subinde perducebant. Id enim erat librata ratione dispositum, ut dum copiam pedestres muros oppugnant, equestres turmae diuisæ per globos, abigendis insisterent prædis. Hocque prouiso, nullo prouincialium damno miles uisceribus hostium pascebatur. Iamque Imperator muris oppidum duplicibus circumdatum, ordine trino scutorum, spe patrandi incepti, maximis uiribus oppugnabat. Sed ut erat necessarius appetitus, ita effectu res difficillima, nam accessus undique rupibus anfractu celsiore discissis, flexuosisque excessibus ob periculum anceps adeundi copiam denegabat, maxime cum turres crebritate & altitudine formidandæ montem saxeam

arcis na

arcis naturaliter æditum æquabant, & procliuis planicies flumini imminens propugnaculorum firmitate muniebatur. Accedebat his haud leuius malum, quæ lecta manus & copiosa, quæ obsidebatur, nullis ad deditioem illecebris flectebatur, sed tanquam superatura uel deuota cineribus patriæ resistebat, aduersus Samegren reuerbatur inferens se proteruius miles, & pugnam uel equo capto, iustoque prælio poscens. cumque receptui caneretur, assidue animosis hostem urgendi conatibus utebatur. Vicit tamen nostrorum consilium contentionem uirum maximam, diuisisque operibus, officia quisque distributa capessit ocysissime. Hinc enim ardui suggestus erigebantur, inde fossarum altitudines alii cœplanabant, terrarum latibula concaua oblongis tramitibus alibi struebantur. Locabant etiam artifices tormeta muralia, in funestos sonitus proruptura. Et cuniculos quidem cum uineis Neuita & Dagalaiphus curabant, ineundis autem conflictibus, & defendendis ab incendio uel eruptionibus machinis, præerat Imperator. Cumque apparatu omni excindendæ urbis labore multiplici cœsumato pugnam flagitaretur, uictus minime dux reuersus est adusque Ctesiphonta itineribus exploratis, nulla obstacula nunciis offendisse. Quo efferati gaudio milites omnes, elati que firmioribus animis, ad certandum signum operiebantur armati. Iamque clangorem martium sonantibus tubis strepebant utrinque partes, & primi Romani hostem undique laminis ferreis in modum tenuis plumæ conceptum, findentemque quæ tela rigentis ferri lapsibus impacta resiliebant, crebris procurrationibus & minaci murmure lacebant, nonnunquam cum pace, scutorumque uelut testudine infigurabiliu fornici operiebantur, aptissime assiduis motibus laxius dehilcente, contra Persarum muris obstinatius adhærentes, quantum facere nitique poterant, claudere & frustrari exitiales impetus conabantur. Verum ubi uimineas crates præ se ferentes oppugnatores iam mœnia perurgerent cum sagittariis funditores, aliis quinetiam laxa uolentes ingentia, cum facibus & malleolis eos longius propulsabant, tum aptata lignis sagittis balistæ flexus stridore torquebantur, creberrima spicula funditantes, & scorpiones quocumque manus perire duxissent, rotundos lapides euibrabant. Itaque deinde ac sæpe geminatis congressibus æstus in meridiem crescens, efferuescente uaporatus Sole, apparatu operum & studio præliandi intentos cunctos reuocauerat fatigatos & sudore perfusos, eodem mentis proposito, sequuto quoque die per uaria certaminum genera controuersæ partes dimicantes instanter, æquis manibus & pari fortuna discedunt. Verum in omne discrimen armatis proximis princeps ciuitatis urgebat excidium, ne circa muros diu excubans omitteret maiora, quæ temptabat. Sed in districtis necessitatibus nihil tam leue est, quod non interdum etiam contra sperata rerum afferat momenta magnarum. Cum enim, ut sæpe discessuræ, partes leuius concertarent, abusiue incusso ariete, qui paulo ante erat admotus, sternitur residuis omnibus altior turris, latere coctili firmissime structa. Cuius ruina muri contiguum latus secum immani fragore protraxit. Ibi tum uarietate casuum obsidentium labor, obsessorumque industria uicissim facinoribus speciosis inclaruit. Nihil enim asperum, ira & dolore succenso

militi uidebatur, nihil munitoribus erat pro salute currentibus metuendum aut dirū. Nam cum anceps pugna diutius feruens, sanguine utrinque multis cædibus fuso, diei finis & occasus, dum fatigationi consulitur, dumq; hæc luce agerentur, hæc palma nunciatur Imperatori peruigili cura distento, Legionarios milites quibus cuniculorū erant fodinæ mandata, cauatis tramitibus subterraneis, sublicisq; suspensissima penetrasse fundamentorū, iā si ipse disposuerit euasuros. Cū itaque noctis plerūque processisset, & æneatorū occentu signo dato progrediendi ad pugna, ad arma concursus est. & consulto murorum inuaduntur utrinque frontes. ut dū propulsaturi pericula defensores ultro citroq; discurrunt, nec proxima fodientis audiretur ferri tinnitus, nec quoq; intrinsecus obsistente, cuniculariorum subita manus emergit. Quibus ita ut cōuenerat ordinatis & occupatis prohibitoribus, patefactisq; latebris, euolat ex superius deuictorū numero miles, post quem Magnus Tribunus & Iouianus notarius, quos audax multitudo sequuta, his prius confossis, quos in æde, per quā in lucem prodierāt, inuenerunt, suspensis gradibus procedentes obtruncarunt uigiles omnes, ex usu moris Getici iustitiā felicitatemq; Regis sui, canoris uocibus extollentes. Æstimabatur Mars ipse (si misceri hominibus numina, maiestatis iura permittunt) affuisse, castra Lucanorū inuadentibus ultro. Hocq; ideo creditū est, q; in congressu flagranti, scalas uehens uisus formidandæ uastitatis armatus, postridie cū recenseretur exercitus, precipuo studio quæsitus, reperiri non potuit, cū se ultro offerret, si miles fuisset, memorabilis cōsciis facti, sed ut tunc qui esset pulchri facinoris auctor, penitus est ignoratū, ita nūc enituerūt hi qui fecere fortissime, Obsidionalibus coronis donati, & pro concione laudati ueterū more. Tandem nudata referatis aditibus multis, lapsura inuaditur ciuitas, & sine sexus discrimine uel ætatis, quicquid impetus repperit, potestas iratorū assumpsit, alii exitii imminentis timore, cum hinc ignis inde mucrones urgerent, ultimū flentes è muris acti sua sponte præcipites, membrisq; omnibus infirmati, uitam morte funestiorum, paulisper dum cederentur, egerunt. Extractus est autem uiuus cum satellitibus LXXX. Nabdates Præsidiorū magister, quem oblatum sibi cum aliis seruari iussit intactū serenus Imperator & clemens. Diuisa itaque, perpen-
 sis meritis & laboribus, præda, ipse ut erat paruo contentus mutū puerū oblatum sibi suscepit gesticulariū, multa quæ callebat nutibus uenustissimis explicantem, & tribus aureis nūmis parte uictoriæ præmiū iucundū, ut existimabat, & gratū. Ex uirginibus autem, quæ speciosæ sunt capte, ut in Perside, ubi foeminarum pulchritudo excellit, nec contrectare aliquā uoluit, nec uidere, Alexandrū imitatus & Africanū, qui hæc declinabant, ne frangerentur cupiditate, qui se inuictos à laboribus ubique præstiterunt. Inter hæc certamina, nostræ partis architectus, cuius nomen non suppetit, post machinā scorpionis forte assistens, reuerberato lapide, quem artifex titubanter aptauerat fundæ, obliquo pectore supinatus, profudit animā disiecta cōpage membroꝝ, adeo ut ne signa quidem totius corporis noscerentur. Exin profecto Impera-

tori index

tori index nunciauerat certus, circa muros subuersi oppidi fallaces foueas & obscuras, quales in tractibus illis sunt plurimæ, subsedisse manū insidiatricem latenter, ut improuiso inde adorta, agminis nostri terga feriret extrema, confestimq; ad extrahendam eam missi sunt cōperte fortitudinis pedites. Qui cum neque peruadere foraminū aditus, nec amandatos intus prolicere possent ad decernendum, collectam stipulam & sarmenta specuū faucibus aggefferunt. Vnde fumus angustius penetrans, ideoq; spissior, quosdā uitalibus obstructis necauit, alios ignium afflatus emixtus prodire in perniciem coëgit abruptam. & ita omnibus incendio ferroq; consumptis, ad signa repedauit ocyus miles. Hoc modo ciuitas ampla & populosa, uirtute roboris excisa Romani, in puluerem concidit & ruinas. Post quæ tā gloriosa transitis pontibus, multorum amniū concursu continuatis, ad munimenta gemina uenimus, ædificiis cauatis extructa, ubi Victorem Comitem exercitus præuium, à transitu fluminis Regis filius progressus est à Ctesiphonte cū optimatibus & multitudine armata prohibere conatus, cateruis sequentiū militum uisis abscessit. Pergentes itaque protinus, ad lucos uenimus agrosq; pube uariorū seminum lætos, ubi reperta regia Romano more ædificata, quoniā id placuerat, mansit intacta. Erat etiā in hac eadem regione extentū spacium & rotundum, loricæ ambitu circūclausum, destinatas regiis uoluptatibus continens feras, ceruicibus iubatis leones armatisq; hispidos apros, & urfos (ut sunt persici) ultra omnē rabiem sæuientes, & alia lecta immania corpora bestiarū. Quas omnes, diffractis portarū obicibus, equites nostri uenatoriis lanceis & missiliū multitudine confoderūt. Quo loco pinguis situs & culta, quem Equorū sepem etiā nominant, haud longius disparatur, ubi uallatis opere tumultuario castris, & exercitu omni per aquarū & pabuli opportuna biduo recreato, antegressus cum Procuratoribus princeps & ciuitatem desertā collustrans, sacro principe quodam excisam (in qua perpetuus fons stagnū ingens eiectat, in Tigridem defluens) corpora uidit suffixa patibulis multa necessariorū eius, quem prodidisse ciuitatem Pyrisabora, retulimus supra. Hic & Nabdates uiuus exiit est, quem extractū cum LXXX latebris expugnata docui ciuitatis, eo q; inter exordia obsidii cœpti clam pollicitus prodere, dimicauit acerrime, adeptusq; ueniā insperatam, ad id proruperat insolentiæ, ut cornua laceraret omnibus probris. Itaq; aliquantū progressi, tristi percellimur facto. Dum em tres Procuratorū Cohortes expeditius cū Cuneo persico decertarent (quem patefactis subito portis profuderat ciuitas) Proruptores alii ex contraria fluminis ripa iumenta nos sequentia cū Pabulatoribus paucis licenter palantibus intercipiunt & obtruncāt. Vnde profectus Imperator iratus & frendens, iāq; regionibus Ctesiphontis propinquans, celsum castellū offendit & munitissimū. Ad quod explorandū ausus accedere, obscurior (ut ipse rebatur) cum paucis obequitans muros, pauloq; auidius intra iactum telorum repertus, latere non potuit. Statimq; diuersorum missilium nube exagitatus oppetisset tormento murali, ni uulnerato armigero, qui lateri eius hærebat, ipse scu-

Q iii

torum densitate coniectus, cuitato magno discrimine discessisset. Qua causa concitus immane munimentum disposuit obsidere, prohibitoribus acriter ad resistendum intentis, quod loco fidebant propemodum inaccesso, quod Rex cum ambrosiosis copiis passibus citis incedens propediem affore credebatur. Iamque uineis, & residuis omnibus, quae poscebat obsidium, paratis, uigilia secunda praecipiti cum nox, casu tunc lunari splendore nitens, his qui propugnaculis insiscebant aperte cuncta monstraret, repente in unum pondus coacta multitudine, patefactis subito portis erupit, cohortemque nec opinantem adorta, nostrorum caecidit complures. inter quos etiam Tribunus peremptus est, periculum propulsare conatus. Quae dum ita aguntur, pari modo, ut antea, Persae ex aduersa fluminis ripa partem adorti nostrorum, interfectis quibusdam, uiuos ceperere non nullos, & timore, simul quia uenisse in maiorem numerum copiae putabantur hostiles, egere nostri tunc segnius. Sed ubi animus in audaciam restitutus, armisque raptis inter tumultum exercitus cantu concitus buccinarum, minaci murmure festinaret, Eruptores perterriti, reuerterunt intacti. Ita Imperator ira graui permotus, reliquos ex ea cohorte qui abiecte sustinerant impetum grassatorum, ad pedestrem compegit militiam, quae onerosior est, dignitatibus imminutis. Flagrans post haec, ad eruendum castellum, ubi periclitatus est, operam conuertit & curam, nusquam ab antesignanis ipse digrediens. ut inter primos dimicans militi ad fortiter faciendum esset exemplo, spectator probatorque gestorum. quo inter discriminum uertices diu multumque uersato, uarietate munitioum atque telorum, & conspiratione oppugnatorum, idem castellum incenditur captum. Postquam, consideratis asperitatibus antegestorum rerum & impendentium, requieuit exercitus labore nimio quassatus, multis uictui congruis affatim distributis, uallum tamen sudibus densis fossarum altitudine cautius deinde struebatur, cum a uicina iam Ctesiphonte repentini excursus & alia formidarentur occulta. Ventum est hinc profossile flumen Naarmalch nomine, quod amnis Regum interpretatur, tunc aridum. Id antehac Traianus, posteaque Seuerus egesto solo fodiri in modum canalisi amplissimi, studio curauerat summo. ut aquis illuc ab Euphrate transfusis, naues ad Tigridem commigrarent, tutissimumque ad omnia uisum est eadem loca purgari, quae quondam similia Persae timentes mole saxorum obruere multorum. hacque ualle purgata, auulsis cataractis undarum magnitudine classis secunda stadiis XXX depulsa, in aluuium eiecta est Tigridis. & contextis ilico pontibus, congressus exercitus iter Cohen uersus promouit. Utque lassitudini succederet quies opportuna, in agro confedimus opulento, arbutis & uitibus & cupressorum uiriditate latissimo. cuius in medio diuersorium opacum est & amoenum, gentiles picturas per omnes aedium partes ostendens, Regis bestias uenatione multiplici trucidantis. nec enim apud eos pingitur uel fingitur aliud, praeter uarias caedes & bella. Proinde cunctis ex sententia terminatis, Augustus altius iam contra difficultates omnes incedens, tantumque a fortuna sperans, nondum afflictatus propius temeritatem multa, crebro audiret, ualidiores naues, ex his quae

alimenta

alimenta portabant, & machinas deonerabant, octogenis impleuit armatis. Retentoque secum classis robore firmiore, quam in tres diuiserat partes, unam cum Victore Comite, quiete prima noctis emitti disposuit. ut flumine raptim transmissis ripae occuparentur hostiles. Quod cum acri metu territi duces concordi precatu fieri prohibere tentarent, neque destinationem flecterent principis, sublato uexillo, ut iussum est, euolant e conspectu quinque subito naues, & cum ripas iam aduentarent, facibus & omni materia qua alitur ignis petita, & assiduis iactibus, cum militibus iam conflagrassent, ni ueloci frigore peccatoris excitus Imperator, signum sibi datum, nostros quod margines iam tenerent, ut mandatum est, erexisse proclamans, classem omnem properare citis remigiis, adegisset. Quo facto, & naues incolumes sunt receptae, & residuus miles (quamquam saxis & uarietate telorum ex aedito uexaretur) post concertationem acerrimam praeraltas ripas & arduas supergressus, stabat immobilis. Et miratur historia, Rhodanum arma & lorica retinente Sertorio transnatatum. cum eo momento turbati quidam milites, ueritatemque ne remanerent post signum erectum, scutis (quae patula sunt & incurua) prona firmiter adherentes, eaque licet imperite regendo, per uoraginosum amnem uelocitatem comitati sunt nauium. Contra haec Persae obiecerunt instructas cataphractorum equitum turmas, sic confertas, ut laminis quae optati corporum flexus splendore praestringerent occurstantes obtutus, operimentis scortis equorum multitudine omni defensa. quorum in subsidiis locati sunt manipuli peditum coniecti scutis oblongis & curuis, quae recta uimine & coriis crudis gestantes, densius se commouebant. Post hos elephantum gradientium collium specie, motumque immani corporum propinquantibus exitium intentabant, documentis praeteritis formidati. Hinc Imperator cateruis peditum firmis in medium inter acies spacium secundum homericam dispositionem praestituit. ne locati priores, cedentesque deformiter cunctos auerterent secum, aut postsignani penes omnes reiecti, centurias nullo renitente licentius uerterent terga. ipse cum leuis armaturae auxiliis per prima postremaque discurrens. Ergo ubi uicissim contiguas esse cernerent partes, cristatis galeis corusci Romani, uibrantesque clypeos uelut pedis anapesti praecinentibus modulis, lenius procedebant. & praepilatis missilibus per procuratores principis pugnae tentatis, excita undique solito more cum clamaretur, uirorumque alacritatem sonans classica iam iuuaret, hastis & mucronibus strictis hincinde cominus pugnabatur, sagittarum periculo miles erat imminis, quantum interiora festinatius occupabat. Inter quae Iulianus pulso fulcra subsidiis, incitareque tardantes, quasi contumalis strenuus properabat & rector. Laxata itaque acies prima Persarum, leni & inconcito gradu calefactis armis retrorsus gradiens, propinquam urbem petebat. quam sequebatur miles itidem fessus, in campis torridis adusque diei finem a lucis ortu decernens. eiusque occipitiis pertinacius haerens, omnem cum Tigrae & Surena & Narte potissimis ducibus adusque Ctesiphontis muros egit praecipitem, aduersos feriens suras & terga. perripissetque ciuitatis aditus lapsorum agminibus mixtus,

Q iii

ni dux Victor nomine, manibus erectis prohibuisset & uocibus, ipse humerum & sagitta præstrictus, & timens ne intra moeniū ambitus rapidus miles inconsulte repertus, nullosq; inueniens exitus, multitudinis pondere circūueniretur. Sonent hæctoreas poetæ ueteres pugnas. fortitudinem Theffali ducis extollant. longæ loquantur ætates Sophanen & Aminiam & Callimachum & Cynegyrum, Medicorū in græcia culmina illa bellorū. non minus illo die quorundā ex nostris inclaruisse uirtutem, omnium confessione monstratur. Post timorem depositū, calcatasq; ruinas hostilium corporū, iusto sanguine miles etiā tum cruentus ad Imperatoris tentoria congregatus, laudes ei perhibebat & gratias, q; ubique ignoratus dux esset, an miles magis, tū ita rem pspere gesserat, ut cæsis Persarū plus minusue duobus millibus & quingentis, LXX caderent soli nostrorū. Qui appellās plerosq; nominatim, quos stabili mente aliquid clarū fecisse, ipse arbiter perspexit, Nauilibus donauit coronis & Ciuicis & Castrensibus. Abunde ratus post hæc prosperitates similes aduentare cōplures, hostias Marti parabat Vltori. & ex tauris pulcherrimis decem ad hoc perductis, nōdū aris admoti uoluntate sua nouem procubere tristissimi. decimus uero, qui defractis uinculis lapsus egre reductus est, matatus ominosa signa monstrauit. Quibus uisis exclamauit indignatus acriter Iulianus, Iouemq; testatus est, nulla Marti iā sacra facturū, nec resecauit, celeri morte præreptus. Digesto itaque consilio cum primatibus super Ctesiphontis obsidio, itū est in uoluntatem quorundā, facinus audax & importunum esse noscentium id aggredi. q; & ciuitas situ ipso inexpugnabilis defendebatur, & cum metuenda multitudine protinus Rex affore credebatur. uicit sententia melior, cuius utilitate princeps solertissimus ad populandas regiones circūsitā misit armentis lætas & frugibus. Hostes pari persecutorū industria, quos dispalatos nuper densi tramites & latebræ texere notissimæ hinc opulenta, sed illæ auidæ semper ad ulteriora cupiditatis paruihabitis uetantium dictis & increpitis optimatibus, q; ob inertiam parta Regna Persidis flumine leua relicto, infaustis ductoribus præuiis mediterraneas uias irrepere cito posuit gradu. & tanq; funesta face Bellonæ subiectis ignibus. exuri cunctas iusserat naues, præter minores duodecim, quas p̄futuras pangendis pōtibus disposuit uehi carpentis. idq; putabat utiliter ordinasse. ne relicta classis usui hostibus foret, aut certe, ut ab expeditionis primordio factum est, armatorum ferè uiginti millia in trahendis occuparentur iisdem nauibus & regendis. Dein cum metuens quisque mussaret, monstraretq; perspicua ueritas, q; repulsus forsitan ariditate uel altitudine montium, ad aquas redire non poterit miles, tortiq; perfugæ aperte faterentur se sefellisse concursum, maxime extinguī iussæ sunt flāmæ. Et quoniam ignis auctus immaniter plerasque consumpsit, duodecim tantūmodo naues potuerunt intacte seruari, que, ut possint custodiri, discretę sunt. Hoc casu classe (cum non oporteret) abolita, Iulianus consociato fretus exercitu, cum armatorū nulli per diuersa distinguerentur, numero potior ad inferiora tendebat, alimenta affatim opulentis suggerentibus

gerentibus locis. Quo cognito, hostes ut inedia nos cruciarent, herbas cum adultis segetibus incenderunt, & conflagratione procedere uetiti statiuis castris, cum flāmæ senescerent nitebamur. insultantesq; nobis longius Persæ, nunc de industria se diffundebant, aliquoties confertius resistentes, ut procul conspicantibus uiderentur aduenisse iam Regis auxilia, ideoq; eos æstimaremus erupisse ad audaces excursus, & insolita tentamenta. Mœrebat tamen ob hæc Imperator & miles, q; nec contabulandi pontis erat facultas amissis nauibus temere, nec occurri poterat hostis aduentitii motibus, quem adesse coruscus nitor indicabat armorū, arte pro singulis membris inflexus. Hisq; accedebat aliud haud exiguum malum, q; nec adminicula, quæ præstolabamur cum Arface & nostris ducibus, apparebant, ob causas impedita prædictas. Has ob res, ut solaret anxios milites princeps, captiuos graciles suapte natura, ut omnes penè sunt Persæ, & macie iam confectos, iussit in medium duci, nostrosq; respiciens, En (inquit) quos martia ista pectora uiros existimant, deformes illuue capellas & tetras, utq; crebri docuerunt euentus, anteq; manus conserant abiectis armis uertentes semet in fugam. Quibus dictis, remotisq; captiuis, super rerum summa consultabatur. & multis ultrocitroq; dictitatis, cum reuerti debere per loca quæ uenimus, plebs uociferaretur imprudens, resistebat intentius princeps, multis cum in eo nequaquam fieri posse monstrantibus, per effusam planiciem pabulo absumpto & frugibus, uicorumq; reliquiis exustorum inopia squalentibus ultima. q; iam liquentibus brumæ pruinis omne maduerat solum, & raptis riparum terminis aucti inhorruere torrentes. Hoc etiam ad difficultatem accedente negotii, q; per eas terras, uapore sideris calescentes, muscarum & culicum multitudine referta sunt omnia, earumq; uolatu dies & astrorum noctu micantium facies obumbratur. Et cum nihil humani proficerent sensus, diis fluctuantes & dubii extractis aris, cæsisq; hostiis cōsulta numinū scitabantur, utrum nos per Assyriam reuerti censerent, an præter radices montium leuius gradientes, Chiliocomum prope Corduenam sitam ex improviso uastare. quorum neutrum extis inspectis confore dicebatur. Sedit tamen sententia, ut omni spe meliorum succisa, Corduenam arriperemus. & sextumdecimū Cal. Iul. promotis iā signis progresso Imperatore cum lucis exordio fumus uel uis quædam turbinata pulueris apparebat, ut opinari daretur asinorum esse greges Agrestium, quorum multitudo in tractibus est illis innumera. ideo simul incedens, ut constipatione densa feroces leonum frustraretur assultus. Quidam arbitrabantur Sacenæ duces aduentare, iam nostris rumoribus percitōs, q; Imperator Ctesiphonta magnis uiribus oppugnaret. nonnulli Persas nouis motibus incubuisse firmabant. Ideo inter hæc ita ambigua, ne quid aduersum accideret, reuocatibus agmina classicis, in ualle graminea prope riuū, multiplicato scutorum ordine in orbiculatam figurā metatis conqueuimus castris. nec enim adusque uesperam aëre concreto discerni potuit, quid nam esset, quod his squalidius uidebatur.

AMMIANI · MAR CELLINI

RERVM · GESTARVM

LIBER · VIGESIMVS

QVINTVS



Hanc quidem noctem nullo siderum fulgore splendentem, ut solet in arctis rebus & dubiis, exegimus. nec federe quoq̄ auso, nec flectere in quietem lumina præ timore. Vbi uero primum dies inclaruit, radiantibus loricae niueis limbis circumdatae ferreis, & corusci thoraces longe prospecti, adesse Regis copias indicabant. Hocq̄ uiso accensum proferentem congregi militem dirimēte fluuio breui prohibuit Imperator. & non procul à uallo ipso inter excursatores nostros & perficos prælio acris conferto, Machameus cecidit, ductor unius agminis nostri. cui propugnatorius Maurus frater, dux postea Phœnices, cum germani trucidasset interfectorem, obuū quēq̄ perterrens, infirmatus & ipse humerū telo, pallescens morte propinqua Athameum extrahere pugna uiribus ualuit magnis. Et cū fatiscerent uix toleranda estuū magnitudine crebrisq̄ congressibus, pares ad ultimū hostiles turmæ graui sunt repulsa discussæ. Hinc recedentibus nobis longius, Saracem nostrorū metu pedites repedare sunt compulsi, paulo post in ea innexi Persarum multitudine toti irruerāt Romana impedimenta rapturi. Verū uiso Imperatore ad alas subsidiarias reuerterunt. Quæ ex regione profecti ad Hucumbram nomine uillā peruenimus. Vbi per biduum omnibus ad usum congruis, & satietate requisita frumenti ultra spem recreati discessimus. & confestim, absque his quæ tempus uehi permisit, reliqua flammis exusta sunt. Postridie exercitu sedatius procedente, extremos qui eo die forte cogendorum agminum officia sustinebant, nec opinantes Persæ adorti negotio leui interfecissent, ni proximus equitatus noster hoc acutius intellecto, per patulas ualles late diffusus, tantā molem discriminis, uulneratis qui superuenerāt, reppulissent. In hac cecidit pugna Adaces nobilis satrapa Legatus quondā ad Constantium principem missus, ac benigne susceptus. Cuius exuuiis interfecto Iuliano oblatis, remuneratus est ut decebat. Eodem die Tertiacorum equestris numerus à legionibus incusatus est, quæ cū ipsæ hostiū aduersæ irrumperent acies, illi paulatim dilapsi, alacritatem penè totius minuissent exercitus. Vnde ad indignationem iustā Imperator erectus, adeptisq̄ diffractis, omnes eos qui fugisse arguebantur, inter impedimenta & sarcinas & captiuos agere iter impoluit, auctore eorum, qui solus fortiter decertarat, alia turmæ

alię Turmæ appposito, cuius Tribunus turpiter prælium deseruisse conuincatur. Abiecti sunt autem sacramento etiam alii quatuor ob flagitium simile Vexillariorū Tribuni. hoc enim correctionis moderamine leuiore, impendendum consideratione difficultatum, contentus est Imperator. Progressi itaque stadia LXX. attenuata rerū omnium copia, herbis frumentisq̄ crematis, ex flammis ipsis raptas fruges & pabula, ut quisque uehere potuit, conseruauit. Hoc etiam loco relicto, cum ad tractum Maranga appellatum, omnis uenisset exercitus, prope lucis confinia immensa Persarum apparuit multitudo, cum Merene Equestris magistro militiæ, filiisq̄ Regis duobus, & optimatibus plurimis. Erant autem omnes cateruæ ferratæ ita per singula mēbra densis rectæ, ut iuncturæ rigentes compagibus artuum conuenirent, humanorumq̄ uultū simulacra, ita capitibus diligenter aptauit imbracteatis corporibus solitis, ubi tantum incidentia tela possint hæere. quæ per cauernas munitas, & orbibus oculorum affixa parcius uisuntur, uel supremitates nariū angusti spiritus emittuntur. Quorum pars contis diuicatura stabat immobilis, ut retinaculis æreis fixam existimares. Iuxtaq̄ sagittarij (cuius artis fiducia ab incunabulis ipsis gens præualuit maxima) tendebāt diuicatis brachiis flexiles arcus, ut nerui mamas præstringerent dexteras, spicula sinistris manibus cohærent. summaq̄ peritia digitorum pulsibus argutū sonantes harundines euolabant, uulnera perniciosa portantes. Post hos elephantorum fulgentium formidandam speciem & truculentos hiatus uix mentes pauidæ perseuebant. Ad quorum stridorem odoremq̄ & insuetum aspectum magis equiterrebantur. Quibus insidentes magistri, manubriatos cultros dexteris manibus illigatos gestabant, acceptæ apud Nisibin memores cladis. & si ferociens animal uires exuperasset regentis (ne reuersum per suos, ut tunc acciderat, collisam sterneret plebem) uertebam, quæ caput à ceruice determinat, ictu maximo terebrabāt. Exploratū est enim aliquando ab Hasdrubale Hannibalis fratre, ita citius uitam huiusmodi adimi beluarum. Quibus non sine magno terrore perspectis, stipatus armatarum cohortium globis cum primatibus fidentissimus Imperator, ut flagitabat maior uis ita trucior, Lunariacie sinuatisq̄ lateribus occururos hosti Manipulos instruebat. Et ne sagittariorū procurfus nostrorū Cuneos disiectaret, illatis concitatus signis spiculorum impetū fregit. datoq̄ ad discernendū solenniter signo, densati Romani pedites, confertas hostium frontes nisu protruserunt acerrimo. & feruente certaminum mole, clypeorum sonitus & uiorum armorūq̄ lugubre sibilantium fragore, nihil perpetiens iam remissum, campos cruore & corporū strage contextit, effusus cadentibus Persis. quibus sæpe languidis in conflictu arctius pes pede collatus grauius obsistebat, pugnare fortiter eminus consuetis. & si inclinatas suorū copias senserint, cædendo in modū imbriū ponere uersus directis sagittis, hostes à persequēdi fiducia deterrere. Pulsis igitur ponere magnarum uirium Parthis, miles solus cursu flāmeo diu lassatus, signo in receptum dato, tentoria repetit, ad audenda deinceps maiora sublatus.

In hoc

In hoc prælio Perfarum maior (ut dictum est) apparuit strages, nostrorum admodum leuis eminuit, tamen inter uarios certaminū casus, Veteranionis mors uiri pugnacis animos aliquantisper mouit, qui legionem Triariorum regebat. Postq; triduo induciis destinato, dum suo quisque uulneri medetur uel proximis, cōmeatibus nos destitutos inedia cruciabat iam non ferenda. Et quoniā frugibus exustis & pabulis homines in discrimen ultimū uenerant & iumenta, ex eo cibo quem animalia Tribunorū uehebant & Comitū, imæ quoque militum plebi penitus indigenti pars distributa est magna. Et Imperator, cui non cupediæ ciborum ex regio more, sed sub columellis tabernaculi paruis cœnatura pultis portio parabatur exigua, etiam munifici fastidienda gregario, quicquid ad ministeria postulabatur, per contubernia paupertina, sui securus, egressit. Ipse autem ad sollicitam suspensamq; quietem paulisper protractus, cū somno (ut solebat) depulso, ad æmulationem Cæsaris Iulii, quædam sub pellibus scribens, obscuræ noctis altitudine, sententiis cuiusdā philosophi teneretur, uidit squalidius (ut confessus est) proximi speciem illā Genii publici, quam, cum ad augustum surgeret culmen, conspexit in Galiliis, uelato capite, cū Cornu Copiæ, per aulea tristius discedentem. Et quanq̄ ad momentum hæsit stupore defixus, omni tamen superior metu, uentura decretis cœlestibus cōmendabat. Relictoq; humi strato cubili, adulta iam exitus nocte, & numinibus per sacra Depulsoria supplicans, flagrantissimā cadenti similem stellam aeris parte sulcata euanuisse existimauit, horroreque perfusus est, ne ita aperte minax Martis apparuerit sidus. Erat autem nitor igneus iste, quem *δρακίσουρα* nos appellamus, nec cadens unq̄, nec terrā contingens. Corpora enim qui credit cœlitus posse labi, profanus merito iudicatur & demens. Fit autem hic habitus modis cōpluribus, è quibus sufficet pauca monstrare. scintillas quidam putant ab ætherio cadentes uigore, parūq; porrectius tendere sufficientes, extingui, uel certe radiorum flammam iniectas nubibus densis sacri scintillas, & contactu aut cū lumen aliquod cohæserit nubi. Id enim in stellæ speciem figuratum decurrit, dum uiribus igniū sustentatur, amplitudine uero spaciorem exinanitum iners tum soluitur corpus, ad substantiam migrans, cuius attritu incaluit nimio. Confestim itaque ante lucis primitias ethrusci aruspices accersiti, cōsultiq; quid astri species portenderet noua? Vitandū esse cautissime, responderūt, ne quid tunc tentaretur, ex Tarquinianis libris, in titulo De rebus diuinis, id relatum esse monstrātes, q̄ face in cœlo uisa, cōmitti prælium, uel simile quicq̄ non oportebat, quo etiam id inter multa alia spernente, orabant aruspices saltem aliquot horis profectio nem differri. & ne hoc quidem sunt adepti, Imperatori omni uaticinandi sententia reluctantes, sed exorto iam die promoti sunt castra. Hinc nos egressos Persæ, cum sæpe afflicti peditū stabiles pugnas horrerent, structis insidiis occulte comitabatur, altrinsecus uiantes cateruas à celsis collibus explorando, ut id suspicans miles adusque perpetuū diem nec uallū erigeret, nec sudibus se cōmuniret, dumq; tegunt firmiter latera, & exercitus pro locoꝝ situ qua-

dratis

dratis quidem, sed laxis incedit agminibus, inuasa subito terga ponè uersus arma cogentium principi indicantur, etiam tum Meruma ad speculanda anteriora progresso. Qua concitus clade, oblitus lorice, scuto inter tumultū abrepto properans ultimis ferre suppetias, reuocatur alio metu, qui etiam ante signanos, unde decesserat, paria perpeti nunciabat. Quæ dū sine respectu periculi sui redintegrare festinat, ex alia parte cataphractorū Parthicus globus Centurias adorū medias à sinistro cornu inclinato acriter superfusus, scetorem Elephantorū, stridoremq; impatienter tolerātibus nostris, contis & multiplicatis missilibus decernebant. Verū principe uolitante inter prima discrimina præliorū, exiliuit nostra succinctior armatura, auerforūq; Persarū & be-luarū suffragines concidebat & dorfa. Quos cū Iulianus cauendi immemor diffluxisse trepidos, elatis uociferando manibus aperte demonstrans, irasq; sequentiū excitans, audenter effunderet semet in pugna, clamabant hincinde Candidati, quos disiecerat terror, ut fugientiū molem tanq̄ ruinā male cōpositi culminis declinaret, & incertū, subit equestris hasta & brachio eius præstrieto, costis perfossis hæsit in ima iecoris fibra. Quā dū auellere dextera manu conatur, acuto utrinque ferro digitorū neruos sensit excisos, & prouolutus iumento, præsentūq; ueloci concursu relatus in castra, medicinæ ministeriis fouebat. Moxq; ubi lenitō paulisper dolore timere desit, magno spiritu contra exitum certans, arma poscebat & equū, ut reuiso prælio suorū fiduciā repararet, ac uideretur sui securus alienę salutis sollicitudine uehementer astringi, eo uigore, licet in negotio dispari, quo Epaminundas ille dux inclytus letaliter apud Mantineā faucibus & reuictus ex acie conquirebat solcite scutū, quod cū uidisset propius latior uulneris interit. & qui animā intrepidus amittebat, iacturā clypei formidauit. Sed cū uires parę sufficerent uoluntati, sanguinisq; profluuio uexaretur, mansit immobilis, ideo spe deinceps uiuendi absumpta, q̄ percontando, Phrygiā appellari locum ubi ceciderat, cōperit, hic enim obiturū se præscripta audierat sorte. Reducto ad tentoria principe, incredibile dictu est, quanto ardore miles ad uindictā ira & dolore feruentior inuolabat, hostes ad scuta increpans etiā se tulisset, mox obstinatus. Et quis effundebatur oculis altitudo pulueris, & æstus calecens officeret alacritati membrorū, tamen uelut exauctoratus amisso ductore, sine parsimonia ruebat in ferrū. Contra animosius Persæ sagittarū uolantiū crebritate conspecta Solis rapiebant oppositus, quos elephantum tardius gradientes magnitudine corporū, cristarūq; horrore pauorem iumentis incuciebant & uiris. Concurfus itaque armatorū, & cadentiū gemitus, equorū flatus, tinnitus ferri, procul audiebatur, q̄ diu satietate uulnerū partibus fessis, nox diremit certamina iam tenebrosa. Quinquaginta tū Persarū optimates & satrapæ cū plebe maxima ceciderunt. Inter has turbas Murena & Nonohalare potissimis ducibus interfectis. Obstupescat magniloquentia Vetustatis diuersis in locis prælia uiginti Marcelli, Siciniū Dentatū adiiciat, ornatū Militariū multitudine coronarū, miretur super his Sergiū, qui uicies & ter uulneratus est in uariis pugnis.

R

ut fertur . cuius posteritatis ultimus Catilina claras gloriarum adoras sempiternis maculis obumbravit . Deformabat tamen tristitia latiores euentus . Dum enim hæc per discessum duois ubique aguntur , exercitus cornu dextro defatigato , & Anatolio interfecto , qui tunc erat Officiorum magister , Sallustius Præfectus actus in exitium præceps & opera sui apparitoris ereptus , Sofforio amisso consiliario , qui ei aderat casu , euasit . & fugam quidam milites , quæ per multa discrimina occupato castelli uicini præsidio , post diem denique tertium iungi exercitui potuerunt . Quæ dum ita aguntur , Iulianus in tabernaculo iacens , circumstantes alloquutus est demissos & tristes . Aduenit ò focii nunc abeundi tempus è uita , impendio tempestiuum , quam repositenti Naturæ , ut debitor bonæ fidei , redditurus exulto , non (ut quidam opinantur) afflictus & mœrens . philosophorum sententia generali perdoctus , quantum corpore sit beator animus , & contemplans quoties conditio melior à deteriore secernitur , lætandum esse potius quàm dolendum , illud quoque aduertens , quod etiam dii cœlestes quibusdam piissimis mortem tanquam summum præmium persoluerunt . munus autem id mihi delatum in optio ne difficultatibus succumberem arduis , neue me proiciam unquam postrema expertus , quod dolores omnes ut insultant ignauis , ita persistentibus cadunt . Nec me gestorum poenitet , aut grauis flagitii recordatio stringit , uel cum in umbra & angulis emendarer , uel post principatum susceptum , tanquam à cognatione cœlitum defluentem , immaculatum (ut existimo) conseruauit , & ciuilia moderatius regens , & examinatis rationibus bella inferens & repellens , tametsi prosperitas simul , utilitasque consultorum non ubique concordent , quoniam ceptorum euentus super se sibi uendicant potestates . Reputans autem , iusti esse finem Imperii obedientium comodum & salutem , & tranquilliora semper (ut nostis) ministrans , rerum corruptricem morumque gaudens abolere inscitiam . Quare ubicumque , uelut imperiosa parens , consideratis periculis obiecit Respublicæ fundatus , turbines calcare fortuitorum assuefactus . Nec fateri pudebit , interiturum me ferro , dudum didici , fide fatidica præcinente . Ideoque sempiternum ueneror numen , quod non clandestinis insidiis , nec longa morborum asperitate , uel delicatorum sine decedo , sed in medio cursu florentium gloriarum hunc merui clarum è mundo digressum . Æquo enim iudicio iuxta timidus est & ignauus , qui cum non oporteat , mori desideret , & qui refugiat , cum sit oportunitas . Hactenus loqui uigore uirium labente , sufficiat . Super Imperatore uero creando , caute reticeo , ne per imprudentiam dignum præteream , aut nominatum , quem habilem reor , anteposito forsitan alio , in discrimen ultimum tradam . Ut alumnus autem Reipublicæ , frugi , opto bonum post me reperire Rectorem . Post hæc placide dicta , familiares opes iunctionibus uelut supremo distribuens studio , Anatolium quaesuit Officiorum magistrum . Quem cum beatum fuisse cum Sallustio , Sallustius respondisset Præfectus , intellexit occisum . acriterque amici casum ingemuit , qui & lætanter contempserat suum . Et flentes inter hæc omnes qui aderant , auctores inter alia tunc increpabat ,

pabat , humile esse , cœlo sideribusque conciliatum lugeri principem , dicens . Quibus ideo iam silentibus , ipse cum Maximo & Prisco philosopho super animorum sublimitate perplexius disputans , hiantem latius effossi lateris uulnere & spiritum timore cohibente uenarum , epota gelida aqua , quam petit medio noctis horrore , uita facilius est absolutus , anno ætatis altero & tricesimo natus , apud Constantinopolim à pueritia usque ad parentis obitum destitutus Constantii , quem post fratris Constantini excessum inter complures alios turba consumpsit imperii successurum , & Basolina matre , iam inde à maioribus nobilis . Vir profecto heroicis connumerandus ingeniis , claritudine rerum & coalita maiestate conspicuus . Cum enim sint , ut sapientes definiunt , uirtutes quatuor precipue , Temperantia Prudentia Iustitia Fortitudo , eisque accidentes extrinsecus alia , scientia rei militaris , auctoritas , felicitas , atque liberalitas , intente studio coluit omnes ut singulas . Et primum ita inuiolata castitate enituit , ut post amissam coniugem , nihil unquam uenerium attingeret . illud aduertens , quod apud Platonem legitur , Sophoclem tragediarum scriptorem , ætate grandævum , interrogatum , ecquid adhuc foeminis misceretur ? negantem id adiecisse , quod gauderet harum rerum amorem , ut rabiosum quendam effugisse dominum & crudelem . Item ut hoc propositum ualidius confirmaret , relegebat sæpe dictum lyrici Bacchilidis , quem legebat iucunde , id asserentis , quod ut egregius pictor uultum speciosum effingit , ita pudicitia celsius consurgentem uitam exornat . Quam labem in adulto lubrico iuuentutis ita caute uitauit , ut ne suspicionem quidem tenuis libidinis ullius , uel deterioris uitæ ministris incurfaretur , ut sæpe contingit . Hoc autem temperantiæ genus immanis iuuat parsimonia ciborum & somni , quibus domi forisque tenacius utebatur . Namque in pace uictus eius mensarumque tenuitas erat recte noscentibus admiranda , uelut ad penuriam mox reuersuri . Per uarios autem procinctus stans interdum more militiæ cibum breuem uilemque sumere uisebatur . Vbi uero exigua dormiendi quiete recreasset corpus laboribus induratum , expergefactus explorabat & ipsarum uigiliarum uices & stationum . post hæc serias ad artes confugiens doctrinarum . Et si nocturna lumina , inter quæ lucubrabat , potuissent uoces ullæ testari , profecto ostenderant , inter hunc & quosdam principes multum interesse , quem norant uoluptatibus ne ad necessitatem quidem indulgisse naturæ . Dein prudentiæ eius indicia fuere uel prima . quibus explicari sufficere pauca . armatæ rei scientissimus & togatæ . ciuilitati admodum studens . tantum sibi arrogans , quantum à contemptu & insolentia distare existimabat . uirtute senior quam ætate . studiosus cognitionum omnium , & indeclinabilis aliquid quoties . iudex censoriis moribus regendis acerrimus . placidus opum contemptor , mortalia cuncta despiciens . Postremo id prædicabat , Turpe esse sapienti , cum habeat animum , captare gaudia ex corpore . Quibus autem iustitiæ inclaruit bonis , multa significant . primo , quod erat pro rerum omnium distinctione sine crudelitate terribilis . deinde , quod paucorum discrimine uitia cohibebat , tum autem , quod minabatur ferro potius quam utebatur . postremo , ut mul-

ta præteream, constat eū in apertos aliquos inimicos insidiatores suos ita confurrexisse mitissime, ut pœnarū asperitatem genuina lenitudine castigaret. Fortitudinem, certaminum crebritas, ususq; bellorū ostendit, & patientia frigorū immaniū & feruores quoq;. Corporis munus à milite, ab Imperatore uero animi poscitur. ipse trucem hostem ictu confecit, audacter congressus, ac nostros cedentes subito pectore suo aliquoties cohibuit srolus. regnaq; furentiū Germanorum excindens, & in puluere uaporato Persidis, augebat fiduciam militis, dimicans inter primos. Castrensiū negociorū scientiam plura declarant, & nota. ciuitatum oppugnationes & castellorum, inter ipsos discriminum uertices acies figura multiformi compositę salubriter & caute, castramenta, prætenturæ, stationesq; agrariæ totis rationibus ordinatæ. Auctoritas adeo ualuit, ut dilectus arctissime dum timetur, ac si periculorum socius & laborum, & inter concertationes acerrimas animaduerti iuberet in desides, & Cæsar adhuc sine stipendio regeret militem feris oppositum gentibus, ut dudum est dictum, alloquutusq; tumentes Sarmatas discessurę ad uitam minaretur priuatā, ni tumultuari desisterent. Denique id pro multis nosse sufficit, exhortatum eum supplici concione militem Gallicanum pruinis assuetū & Rheno, peragratis spatiis regionū extentis, per tepentem Assyriā adusque confinia traxisse Medorum. Felicitas ita eminauit, ut ipse quodāmodo ceruicibus Fortunæ aliquandiu bonę gubernatricis aditus uictoriosis cursibus difficultates superaret immensas. Et postq̄ ex occidua plaga digressus est, quoad fuit in terris, quieuerunt nationes omnes immobiles, ac si quodā caduceo leniente mundano. Liberalitatis eius testimonia plurima sunt & uerissima. inter quæ indicta sunt tributorū admodum leuia, coronarium indultum, remissa debita multa diuturnitate congesta, æquata fisci iurgia cum priuatis, uectigalia ciuitatibus restituta cū fundis, absque his, quos uelut iure uendidere præteritæ potestates. q; nūq̄ augendæ pecuniæ cupidus fuit, quam cautius apud dominos seruari existimabat. id aliquoties prædicans, Alexandrum Magnum ubi haberet thesauros interrogatum: apud amicos, beneuole respondisse. Digestis bonis, quæ scire potuimus, nunc ad explicanda eius uitia ueniamus, licet dicta sint carptim. Lenioris ingenii, uerum hoc instituto rectissimo temperabat, emendari se, cum deuiaret à fruge bona, permittens. linguæ fusioris & admodum raro silentis. præfagiorum sciscitationi nimiam deditus, ut æquiparare uideretur in hac parte principem Hadrianum, superstitiosus magis quam factorum legitimus obseruator, innumeras sine parsimonia pecudes maectans. ut æstimaretur, si reuertisset de Parthis, boues iam defuturos. Marci illius similis Cæsar, in quem id accepimus dictum

οι λευκοι βοες μαρκῶ τῷ καίσαρι τῆρ νικησῆρ μὴ καταπλωόμεθα. Vulgi plausibus lætus,

laudum etiam ex minimis rebus intemperans appetitor, popularitatis cupiditate cum indignis loqui sæpe affectans. Illud quoque itidem parum ferendum, q; municipalium ordinum cœtibus patiebatur iniuste quosdam annexi, uel peregrinos, uel ab his consortiis priuilegio aut origine longe discretos.

Figura

Figura talis, utiq; membrorum, mediocris erat staturæ, capillis tanq̄ pexisset mobilibus, hirsuta barba in acutum desinente. uultus uenustate, oculorū micantiū flagrantius, qui mentis eius angustias indicabāt, superciliis decoris, & naso rectissimo, ore paulo maiore, labro inferiore demisso, opima & incurua ceruice, humeris uastis & latis, ab ipso capite usque ad unguiū summitates linamentorū recta cōpage, unde uiribus ualebat & cursu. Et quoniā eū obtrectatores novos bellorū tumultus ad perniciem rei cōmunis insimulant concitasse, sciant (docente ueritate perspicue) non Iulianū, sed Constantiū ardorē Parthicos succendisse, cū Metrodori mendaciis auidius acquiescit, ut dudū retulimus plenæ uindictæ, si ad indignationem exercitus nostri capti milites aliquoties numeri urbes excisæ, rapta munimenta, uel diruta, prouinciæ grauibus impensis exhaustæ, & affectū tendentibus minis cuncta petebantur à Persis adusque Bithynos & litora Propontidis. At in Galliis uerborū tenore gliscente, diffusis per nostra Germanis, iāq; alpibus ad uastandā Italiā perripendis, multa & nefanda perpetratis hominibus, nihil præter lachrymas supererat & terrores. ubi & præteritorū recordatio erat acerba, & expectatio tristior impēdentiū. Quæ omnia iuuenis iste ad occidua plaga specie Cæsar missus, Regesq; pro mancipiis agitans ignobilibus, cuncta penē mira dictu celeritate correxit. Itaq; ut Orientem pari studio recrearet, adortus est Persas, triūphū exinde relaturus & cognomentū, si cōsiliis eius & factis illustribus decreta cœlestia congruissent. Et cū sciamus experimento, adeo quosdā ruere improuidos, ut bella interdū uicti, & naufragi repetant maria, & ad difficultates redeant, quibus succubuere sæpissime, sunt qui reprehendant paria repetisse principem, ubique uictorem. Nec fuit post hæc lamentis aut fletibus locus. Corpore enim curato pro copia rerū & temporis, ubi olim ipse statuerat conderet principio lucis sequutæ, quæ erat quintū Cal. Iulias, hostibus ex omni latere circūfusis. collecti duces exercitus, aduocatisq; legionū principiis & turmarū super creando principe consultabant. discissi studiis turbulentis, Arintheus & Victor & e palatio Constantii residui de parte sua quendā habilem scrutabantur. contra Neuitta & Dagalaiphus, proceresq; Galloz uirū talem ex cōmilitio suo quærabant. qua dū ambigitur, nulla uariante sententia, itū est uoluntate omniū in Sallustium. eoq; causante morbos & senectutem, honorator aliquis miles aduertens destinatus reluctans, Et quid ageritis (ait) si id bellū nobis curandū cōmisisset absens (ut sæpe factū est) Imperator: nonne posthabitis cæteris militem instantibus erumnis eriperetis: id nunc agite. etsi Mesopotamiā uidere licuerit, utriusque exercitus consociata suffragia legitimum principem declarabūt. Inter has exiguas ad tantoz moras nondū pensatis sententiis, tumultuantibus paucis, ut in rebus extremis est factū sæpe, Iouianus eligitur Imperator, Domesticorū ordinis primus, paternis meritis mediocriter cōmendabilis. erat enim Varroniani notissimi Comitæ filius, haud dudum post depositum militiæ munus ad tranquilliora uitæ digressum. Et confestim indumentis circūdatus principalibus, subitoq; productus è tabernaculo

R iii

naculo, per agmina iam discurrebat, proficisci parantia. Et quoniam acies ad-
 usque lapidem quartū porrigebatur, antesignani clamare quosdā Iouianum
 audientes Augustum, eadem multo magis sonabant. gentilitate enim propè
 perciti nominis, qđ una litera discernebat, Iulianum recreatum arbitrati sunt
 deduci magnis fauoribus, ut solebat. Verum cum incuruus ille uisus & lon-
 gior aduentaret, suspicati qđ acciderat, in lachrymas effusi sunt omnes & lu-
 ctum, qđ si grauis quidam æquitatis præuaricator in ultimo rerū spiritu fa-
 ctum criminatur improuide, nauticos idem iustius incusabit amisso perito na-
 uigandi magistro, sæuiantibus flabris & mari, qđ clauos regendæ nauis cuius-
 libet periculi focio cōmiserunt. His ita cæco quodā iudicio Fortunę præactis,
 Iouianorum signifer, quos Varianus rexerat dudum, cū nouo dissidens prin-
 cipe, etiam tum priuato, ut partis eius obtrektor, cōmeatus periculum ex
 inimico metuens, iam cōmunia supergressus discessit ad Persas. data dicendi
 copia quę sciret, docet Saporem iam propinquare, extincto quem uerebatur,
 prece concitato colonorum, ad umbram imperii Iouianum adhuc Protecto-
 rem ascitum, inertem quendam & mollem. Hoc ille audito, qđ semper trepidis
 uotis & inopina prosperitate elatus, multitudine ex regio equitatu adiuncta
 his, qui dimicauere nobiscum celeri disposuit gradu, agminis nostri inuadit
 terga. Postremiq; dum ultro citroq; ordinantur, hostius pro Iouiano extisq;
 inspectis, pronunciatum est, eum omnia perditurū, si intra uallum remansis-
 set, ut cogitabat. Superiorem uero fore, profectū. Proinde egredi iam cœptan-
 tes adoriuntur nos elephantis præuiis Persæ. ad quorum fremitū incessumq;
 terribilem equis inter initia turbatis & uiris Iouiani & Herculiani occisis, uel
 his pauci ex cataphractis equitibus acriter restiterunt. Dein legiones Iouio-
 rum atque Victorum laborantibus suis ferentes auxilium, elephantem duos
 strauerunt cum hostium plebe non parua. & in læuo prælio uiri perire for-
 tissimi Iulianus & Macrobius & Maximus legionum Tribuni, quæ tunc
 primas exercitus obtinebant. Hisq; sepultis ut rerum angustia permiserunt,
 propè confinia noctis, cum ad castellū Scenitæ nomine citis passibus tende-
 remus, iacens Anatolii corpus est agnitū, qđ tumultuaria opera terrę man-
 datum est. Hic & milites sexaginta cum Palatinis recepimus, quos in muni-
 mentum Vaccatum retulimus. Sequuto inde die pro captu locorum reperta
 in ualle castra ponuntur, uelut murali ambitu circūclausa, præter unum exi-
 tum eundemq; patentem undique in modum mucronum præacutis sudibus
 fixis. Hocq; uiso è saltibus nos hostes diuersitate telorum, ac uerbis turpibus
 incessabant, ut perfidos & lectissimi principis peremptores. audierant enim,
 ipsis quoque referentibus transfugis rumore iactato incerto, Iulianum telo
 cecidisse romano. Ausi denique inter hæc equitū cunei, porta perrupta præ-
 toria, propè ipsum tabernaculum principis aduenire, occisis multis suorum
 & uulneratis, ui repulsi sunt magna. Egressi exinde proxima nocte, Charcam
 occupauimus, locum dirutum riparum aggeribus humana ui destructis, ne
 Saraceni deinceps Assyriam persultarent, nostrorum agmina nullus ut ante
 uexabat.

uexabat. Cumq; his Cal. Iuliis stadiis triginta confectis, ciuitatem nomine
 Duram aduentarem, fatigatis iumentis, uectores eorum nouissimi pedi-
 bus incedentes, à Saracena multitudine circūsepti, protinus concidissent, ni
 expeditiores turmæ nostrorum opem laborantibus attulissent. Hos autem à
 Saracenis ideo patiebamur infestos, qđ salaria muneraq; plurima Iuliano ad
 similitudinem præteriti temporis accipere uetiti, questiq; apud eum, solūm
 audierant, Imperatorem, bellicosum & uigilantem ferrum habere non aurū.
 In hoc loco Persarum obstinatione tritum est quadriduum. nam progredien-
 tes nos sequebantur, crebris laceffitionibus retrahentes. cum staremus, ut pu-
 gnaturi, gradum sensim referentes moris diuturnis excruciant. Iamq; (ut
 solet extrema metuentibus etiam ficta placere fama) circūdata, fines haud
 procul limitum esse nostrorum, exercitus uociferans immodeste, dari sibi co-
 piam transeundi Tigridis, flagitabat. Quibus oppositus cum Rectoribus Im-
 perator, tumentemq; iam Canis exortu sideris amnem ostendens, ne se pe-
 riculosus cōmitterent gurgitibus, exorabat. nandi imperitos esse complures
 asserens, simulq; adiiciens hostiles manus hincinde margines superfusi flu-
 minis occupasse. Sed cum hæc sæpe congeminando refragaretur incassum,
 milesq; conclamans magno contentionis fragore minaretur extrema. edicit
 Imperator ut sistatur agmen, & assueti nare Galli amnem primi omnium pe-
 netrarent, ut his magnitudine fluentorum abreptis residuorum pertinacia
 frangeretur. ut si id perfecissent, unus transitus fidentior tentaretur. Electiq;
 sunt ad id negocium habiles, qui maxima præ cæteris flumina transmeare
 in regionibus genuinis à prima pueritia sunt instituti. & cum latendi copi-
 am nocturna quies daret, tanq; è transfenna simul emissis peritis ripas oc-
 cupauere contrarias. Persarumq; conculcatis pluribus & truncatis, quos lo-
 ca seruare dispositos, securitas placido iunxerat somno, efficacis audaciæ si-
 gnum elatis manibus contortisq; spiculis ostendebant. Hinc longe conspe-
 ctus ardens ad transitum miles ea mora tantummodo tenebatur, qđ utribus
 cæforum animalium coriis coagmentare pontes, architecti promittebant.
 Quæ dum uanis conatibus agitantur, Rex Sapor & procul absens & cum
 propè uenisset exploratorū profugarum ueris uocibus docebatur, fortia fa-
 cta nostrorum, fcedas suorum strages, & elephantem (qđ nunq; regnantem
 meminerant) interfectos, exercitumq; Romanum continuis laboribus in-
 duratum, post casum gloriosi Rectoris non saluti suæ, ut memorabat con-
 sulere, sed uindictæ, difficultatemq; rerum instantium, aut uictoria summa,
 aut morte memorabili finiturum. Ob quæ reputabat multa & formidanda,
 diffusum abunde militem per prouinciales leui tessera colligi posse. expertus
 & sciens, populum suum post amissam maximam plebem ultimis terroribus
 deformatum. simul comperiens in Mesopotamia relictum haud multo mi-
 norem exercitum. quæ super omnia hebetarunt eius anxiam mentem, uno
 pariq; natatu quingenti uiri transgressi tumidum flumen incolumes, custo-
 dibusq; confossis, reliquos consortes suos ad similem fiduciam concitasse.

Hæc inter, cum neque pontes compaginari paterentur unde torrentes, & absumptis omnibus, quæ mandi poterat utilibus ullis, acto miserabiliter biduo furebat inedia, iraque percitus miles ferri properans, quæ fame ignauissimo genere mortis absumeret, tamen pro nobis æternū dei cœlestis numen, & Persæ præter sperata priore super fundanda pace oratores Surenā & optimatē alium mittunt, animos ipsi quoque despondentes, quos omnibus penè præliis pars Romana superior grauius quassabat indies. conditiones autem ferebāt difficiles & perplexas, fingentes humanorū respectu reliquias exercitus redire sinere clementissimū Regem, quæ iubet, impleuerint cum primatibus Cæsar. Contra hos cū Salutio Præfecto mittitur Arintheus, & deliberatur examinatus quid fieri deberet. dies quatuor sunt euoluti inedia, cruciabiles, & omni supplicio tristiores. quo temporis spacio, anteq̄ hi mitterentur, se eduxit princeps paulatim terris hostilibus excessis, sed profecto uenisset ad subsidia Corduenæ & uberes regiones, & nostræ ex eo loco in quo hæc agebant, centesimo lapide disparatæ. Petebat autē Rex obstinatius, ut ipse aiebat, Susam dudū à Maximiano ereptā. docebat autem negociū pro redemptione nostra quinque regiones transgiritanas, Arzamānam. nā & Mizeam, & Rhabdicensā, itidēq̄ Rhesenam, & Corduenam cū castellis quindecim, & Nisibin, & Singaram, & Castra Maurorū munimentū perq̄ oportunū. & cū pugnari decens expedierit, ne horū quicq̄ deberetur aduultorū globis instabat timido principi, Procopii metuendū subserens nomen, eūq̄ affirmans si redit cognito Iuliani interitu Comato milite, quem regebat, nouas res nullo renitente facile moliturum. Hac perniciofa uerborū ille assiduitate nimia succensus, sine cunctatione tradidit omnia quæ petebantur, difficile hoc adeptus Nisibis & Singara sine incolis transire iura Persarum, à munimentis uero alienandis reuerti ad nostra præsidia Romani permitterentur. Quibus exitiale aliud accessit & impium, ne post hæc ita composita Arsaci poscenti contra Persas ferretur auxilium amico nobis semper & fido. qd̄ ratione gemina cogitatum est, ut puniretur homo, qui Cilices cōmuni mandato uastauerat principis, & remaneret occasio, per quā subinde licenter inuaderetur Armenia, unde postea contigit, ut uiuus caperetur idem Arsaces, & Armeniæ maximum latus Medis conterminans, & Artaxatæ inter dissentiones & turbamenta raperent Parthi. Quo ignobili decreto firmato, ne quid cōmitteretur per inducias contrarium pactis, obsidatus specie uiri celebres altrinfecus dant Nemora & Victor ex parte nostrorum & Bellonedius, insignium numerorum Tribuni. ex parte uero diuersa bini è numero nobiliū optimatum, tresq̄ alii Satrapæ non obscuri. Fœderata itaque pace annorum triginta, eaq̄ iurifurandi religionibus consecrata, reuersi itineribus aliis (quoniam loca contigua flumini, ut confragosa uitabatur & aspera) potus inopia premebamur & cibi. Et pax, specie humanitatis indulta, in perniciem uersa est multorum, qui fame adusque spiritum lacerati postremum, ideoq̄ latenter progressi, aut imperitia nandi gurrite fluminis absorbebantur, aut si undarum ui superata uenirent ad ripas,

rapti

rapti à Saracenis, uel per eum, quos ut diximus pauloante exturbauere Germani, cædebant ut pecora, uel longius amandati sunt uenundandi. Vbi uero transeundi amnes aperte signum dedere buccinæ concrepantes immane, quo quantoq̄ ardore mature rapiendo momenta periculorū, semet quisque reliquis omnibus anteponebat, uitare multa & terribilia festinabat. & pars cratribus temere textis iumenta retinentes hincinde natantia. alii supersidentes utribus, ut ui dominante diuersa in necessitate abrupta uersante, undarū occurfantium fluctus obliquis meatibus penetrabant. Imperator ipse breuibus lembis, quos post exustam classē docuimus remansisse, cum paucis transeuctus, eadem nauigia ultro citroq̄ discurrere statuit, dum onusti ueheremur. Tandemq̄ uniuersi (præter merfos) ad ulteriores uenimus margines, fauore superi numinis, discrimine per difficiles casus extracti. Dum nos pendentium erumnarū opprimit timor, compertum est Procuratorum indicio, Persas pontem iungere procul è nostro conspectu. ut post firmatam pacem & fœdera, sopitis belli turbinibus, incuriosius gradientes agros & animalia peterent diu fatigata. Verum cum se proditos aduertissent, à conatu nefario destiterunt. Hac etiam suspitione iam liberi, properatisq̄ itineribus magnis propè Acram uenimus, uetus oppidum in media solitudine positum, olimq̄ desertum. qd̄ eruendum adorti temporibus uariis Traianus & Seuerus principes bellicosi cum exercitibus penè deleti sunt. ut in eorū actibus has quoque digessimus partes. Vnde cognito per porrectam planiciem adusque lapidem septuagesimum in regionibus aridis nec aquam inueniri posse præter falsam & fœtidam, nec ad uictum aliquid nisi abrotanum & absynthium & dracontium, aliaq̄ herbarum genera, ut tristissima, uasa quæ portabantur, aquis impleta sunt dulcibus. & mactatis camelis, iumentisq̄ aliis alimenta quæ sita sunt, licet noxia. Et uia sex dierum emensa, cum ne gramina quidem inuenirentur solatia necessitatis extremæ, dux Mesopotamiæ Cassianus & Tribunus Mauritius pridem ob hoc missus adiuuit nomine Persicum uenire castellum, cibos ferentes ex his, quos relictos cum Procopio & Sebastiano exercitus parcius uictitans conseruauit. Hinc Procopius alter notarius, & Memoridus militaris & Tribunus, ad tractus Illyricos mittuntur & Galliarum. Nunciatur interea Iuliani mors, & Iouianum post eius obitū ad culmen Augustum euectum. quibus ut mandauerat princeps, ut Lucillianum focerū suum, post depositum militiæ munus digressum ad ociū, morantemq̄ eo tempore apud Sirmium, oblati magistris Equitum & Peditum codicillis, quos iisdem tradiderat, properare Mediolanum urgerent, res firmaturū accipites, & qd̄ magis metuebatur, si casus quidam noui exurgerent opponendū. Quibus per secretiores addiderat literas, Lucillianum itidem monens, ut quosdam lectos exploratæ industriæ fideiq̄ duceret secum, ad miniculis eorū usurus pro incidentium captu negociorum, prudentiq̄ consilio Malaricum ex familiaribus negociis, agentem etiā tum in Italia missis insignibus, Iouino iussit succedere Armorum magistro per Gallias gemina utilitate perspicuata, ut

lata, ut & dux meriti celsioris, uel eo quod suspectus adiret è medio, & homo inferioris spei ad sublimiora prouectus auctoris sui notantem adhuc statum studio fundaret ingenti. Visum est autem, ad implenda hæc perrecturos extolleseriem gestorum in melius, & rumores quoquo irent breui diffundere, continentes procinctum Parthicum exitu prospero terminatum, additisque festinando itineri noctibus, prouinciarum militiæque Rectoribus insinuarent noui principis scripta, omniūque sententiis occultius sciscitatis remearent uelociter cum responsis, ut comperto quid in longinquis agatur, principatus roborandi matura consilia quærantur & cauta. Hac tabellarius fama progrediens, index tristium casuum uelocissime per prouincias uolitabat, & gentes, maximeque omnium Nisibenos, acerbo dolore perculsit, cum Abderam Sapor deditam comperissent, cuius iram metuebant & simultates recolentes, quæ assidue pertulerit funereâ sapius oppugnare conatus. Constabat autem Orbem Eoum in ditionem potuisse transire Persidis, ni hæc ciuitas habili situ & mœnium magnitudine restitisset, miserum tum licet maiore uenturi pauore constringerentur, spe tamen sustentari potuerunt exigua, hac scilicet, quod uel suoapte motu, uel exoratus eorum precibus Imperator eodem statu retinebit urbem, Orientis firmissimum claustrum. Dum gestorum seriem ubique rumores diffunditant uarii, in exercitu absumptis cōmeatibus paucis, quos aduectos prædiximus, in corpora sua necessitas erat humana uertenda, ni iumentorum caro cæserum aliquatenus perdurasset. Vnde effectum est, ut & armorum pleraque proicerentur & sarcinarum. Adeo enim atroci tabuimus fame, ut si usque modius unius farinæ fuisset repertus (quod raro contigerat) aureis decem mutaretur, ut minus. Profecti exinde Thisalphata uenimus, ubi Sebastianus atque Procopius cum Tribunis principisque militum sibi ad tuendam Mesopotamiam commissorum, ut poscebat solennitas, occurrerunt, & sequebantur benigne suscepti. Post quæ itinera festinationi sibi cupidæ uisa extra urbem statio, castra posuit princeps, rogatusque, enixe precante multiplici plebe, ut ingressus palatium more succederet principum, pertinaciter reluctatus est erubescens, agentis se intra muros urbem inexpugnabilem iratis hostibus tradit, ibi tunc uespera tenebrante, raptus à cœna Iouianus primus inter Notarios omnes, quem obsidione ciuitatis Maozamalchæ per cuniculum docuimus euasisse cum aliis, ductusque ad deuium locum, & præceps actus in puteum siccum, obrutus est saxorum multitudine superiecta. hanc profecto ob causam, quod Iuliano perempto, ipse quoque nominatus à paucis imperio dignus, nec post creatum Iouianum egit modeste, sed susurrans super negotio quædam audiebat, muniebatque ad cōmunia subinde militaris. Postridie Bineses unus ex Persis, quem inter alios excellere diximus, mandata Regis complere festinans, promissa flagitabat instanter, & principe permittente Romano ciuitatem ingressus, gentis suæ signum ab arce extulit, subinde migrationem patria ciuibus nunciantem luctuosam. & uertere solum extemplo omnes præcepti, manus tendentes orabant, ne imponeretur sibi necessitas abscedendi, ad defendendos

defendendos penates se solos sufficere sine alimentis publicis affirmantes & milite, satis confisi affuturam Iustitiam pro genitili sede dimicaturis, ut experti sunt sæpe. Et hæc quidem suppliciter ordo & populus precabatur, sed uentis loquebat incassum. Imperatore, ut fingebat alia metuens, periurii piacula declinante, tum Sabinus fortuna & genere inter municipales clarus, ore uolubili replicabat, Constantium immani crudescente bello materia, superatum à Persis interdum, deductumque postremo per fugam cum paucis adhibitam stationem intutam, panis frusto uixisse precario ab anu quadam agresti porrecto, nihil tamen ad diem perdidisse supremum. & Iouianum inter exordia principatus prouinciæ muro celsisse, cuius obice iam inde uetustate innoxia permanserunt. cumque nihil promoueretur, iuris iurandi religionem principe destitatus præcedente, cum oblatam ei coronam aliquandiu recusans coactus denique suscepisset, Syluanus quidam causæ defensor confidentius exclaimans, Ita inquit, Imperator, à ciuitatibus residuis coroneris. Quo uerbo exasperatus, intra triduum omnes iussit excedere mœnibus, detestantes rerum præsentium statum. Appositis itaque compulsoribus, mortem si qui distulerint egredi minitantibus, mœnia permixta sunt lamentis & luctu, & per omnia ciuitatis membra una uox cunctorum erat gementium, cum laceraret crines matrona exul fuganda laribus in quibus nata erat & educata, orbataque mater liberis, uel coniuge uiduata procul ab eorum manibus pelleretur, & turba flebilis postes penatum amplexa uel limina lachrymabat. Exin uariæ complentur uia, qua quisque poterat dilabentium. Properando enim multi furabantur opes proprias, quas uehi posse credebant, conclamata licet suppellectili pretiosa & multa, hanc enim relinquebant penuria iumentorum. Tu hoc loco Fortuna Orbis Romani merito incusaris, quæ diffiantibus procellis Remp. excussa regimenta præterito rei gerendæ ductori consumato, iuueni porrexisti, quem nullis ante actæ uitæ insignibus huiusmodi negociis cognita, nec uituperari est æquum, nec laudari. Illud tamen ad medullas usque bonorum peruenit, quod dum extimescit æmulum potestatis, dumque in animo Gallias & Illyricum uersat, quas dum sæpe sublimiora ceptasse famam aduentus sui præuenire festinans, indignum Imperio facinus amictu periurii fugiendi comisit, Nisi sibi prodita, quæ iam inde à mithridatici regni temporibus, ne Oriens à Persis occuparetur, uiribus restitit maximis. Nunquam enim ab Urbis ortu inueniri potest, animalibus replicatis, ut arbitror, terrarum partes ullas nostrarum ab Imperatore uel Consule hosti concessas, & ne ob recepta quidem quæ direpta sunt, ueget ob amplificata regna triumphales glorias fuisse delatas. Vnde P. Scipioni ob recuperatas Hispanias, Fuluius Capua post diuturna certamina superata, & Opimio post diuersos exitus præliorum, Fregellanis tunc interneciuis hostibus ad deditonem compulsis, triumphus sunt denegati. Id etiam memoriam nos ueteres docent, in extremis casibus icta cum dedecore foedera, postquam partes uerbis iurauere conceptis, repetitione bellorum ilico dissoluta, ut temporibus præcis apud Furas Caudinas sub iugum legionibus missis in Samnio, & per

& per Albinum in Numidia scelestæ pax cogitata, & auctore turpiter pactio-
nis festinatæ Mancino dedito Numantinis. Proinde extractis ciuibus, & ur-
be tradita, missoq; Tribuno Constantino, qui munimenta præsi-diarîa cum
regionibus perficis optimatibus assignaret, cum Iuliano supremus Procopi-
us mittit, ea (ut superstes ille mandarât) humaturus in suburbano Tarfensi.
Qui ad exequendum profectus, confestim corpore sepulto discessit, nec inue-
niri usq; potuit studio quæsitus ingenti, nisi q; multo postea apud Constanti-
nopolim uisus est subito purpuratus. His hoc modo pactis, discursisq; itine-
ribus, Antiochiâ uenimus. ubi per continuos dies uelut offenso numine mul-
ta uisebantur & dira, quorum euentus fore luctificos, gnari rerum prodigiali-
um præcinebât. Nam & Maximiani statua Cæsaris, quæ locata est in uestibu-
lo regiæ, amisit repente sphæram æream, formatam in speciem poli, quæ ge-
stabat. & cum horrendo stridore sonuerunt in Consistorio trabes. & uisa sunt
interdiu sidera Cometarum, super quorum natura ratiocinantes physici ua-
riant. Quidam enim eos hoc nomine ideo existimât appellari, q; tortos ignes
spargunt, ut crines in unum stellis multiplicibus congregatos. Alii eos arbi-
trantur ex halitu fictiore terrarû ignescere paulatim in sublimiora surgente.
Quidã currentes radios Solis, densiore nube obteçta digredi ad inferiora pro-
hibitos, splendore infuso corpori crasso, lucem uelut stellas distinctas mortali
conspectu monstrare. sed quorundam opinione, hanc speciem tunc apparere
cum erecta solito celsius nubes æternorû ignium uicinitate colluceat. uel certe
stellas esse quasdam cæteris similes, quarum ortus obitusq; quibus sint tem-
poribus præstituti, humanis mētibus ignorari. Plura alia de Cometis apud pe-
ritos mundanæ rationis sunt lecta. quæ digerere nunc uetat aliorum oratio
properans. Moratum paulisper Antiochiæ principem, curarûq; ponderibus
diuersis afflictû, exeundi mira cupiditas agitabat. proinde nec iumento par-
cens, nec militi flagranti hyeme, die profectus, signis (ut dictum est) uetanti-
bus plurimis, Tarsum urbem Cilicum nobilem introiit, cuius originem do-
cuimus supra. Exindeq; egredi nimium properans, exornari sepulcrum sta-
tuit Iuliani, in pomerio situm itineris, quod ad Tauri montis angustias ducit.
Cuius suprema & cineres, si qui tunc iuste consuleret, non Cydnus uidere de-
beret, quis gratissimus amnis & liquidus, sed ad perpetuandam gloriam recte-
factorum præterlabere Tiberis, interfecans Urbem æternam, diuorûq; uete-
rum munimenta perstringens. Deinde Tarso profectus, extentis itineribus
uenit oppidû Cappadociæ Tyana. Vbi ei reuersi Procopius notarius & Me-
moridus Tribunus occurrunt, gestorûq; aperiunt textum, hinc ut ordo po-
scebat exorssi, q; Lucillianus Mediolanum ingressus cum Sanianco & Valen-
tiniano Tribunis, quos duxerat secum, cognito q; Malarichus recusauit susci-
pere magistratum, effuso cursu petierat Remos, & tanq; in alto geniti silentio
extra calcem (ut dicitur) procurrebat, & intempestiue parum etiam tum fir-
matis omnibus exacturis ratiociniis scrutandis incubuit. qui fraudum con-
scius & noxarum ad militaria signa confugit, finxitq; Iuliano superstite in res

nouas

nouas quendam medium surrexisse. cuius fallaciis turbo militaris acerrime
concitus, Lucillianum & Saniaucum occidit. Valentinianum enim, paulo
postea principem, trepidû & quò confugeret ambigentem, primitus hospes
tutius amandarât. His ita tristibus letum aliud addebatur, misso Iouio mili-
tes aduentare, quos Capita Scholarum ordo castrensis appellat, nunciantes.
equo animo Iouiani imperium amplecti exercitum Gallicanum. Quibus cõ-
pertis Valentiniano, qui cum his redierat, regenda Scutariorum Secunda cõ-
mittitur schola, & Vitalianus consortio Domesticorû iungitur, Herulorum
è numero milës, qui multo postea auctus Comitatus dignitate, male rem per
Illyricum gessit. confestimq; mittitur in Gallias Arintheus, ferens literas ad
Iouianum, ut constanter ageret, suum obtinens locum. cuique mandatû est,
ut animaduertent in concitorem tumultus, auctoresq; seditionis ad comita-
tum uincti transmitterentur. Post quæ ut uidebatur expedire disposita, apud
Agrizama Galatiæ municipium breue, Gallicani milites cû principe ingres-
si consistorium, post audita gratanter quæ pertulerant, munerati redire iu-
bentur ad signa. & cû introisset Ancyram Imperator paratis ad pompâ pro
tempore necessariis consulatum iniit. adhibito in societatem trabæ Varro-
niano filio suo admodum paruulo. cuius uagitus pertinaciter reluctans ne in
Curuli sella ueheretur ex more, id quod mox accidit, portendebat. Hinc quo-
que Iouianum celeri gradu præscriptus uitæ finiendæ dies exegit. cum enim
uenisset Dadastanam, qui locus Bithyniam distinguit & Galatas, exanima-
tus inuentus est nocte. Super cuius obitu dubietates emerfere cõplures. Fer-
tur enim recenti calce cubiculi illiti ferre odorem noxium nequiuisse, uel ex-
tuberato capite perisse succensione prunarû immensa, aut certe ex colluui-
one ciborum auida cruditate distentus. Decessit autem anno tricesimo ætatis &
tertio. Cûq; huic & Æmiliano Scipioni uitæ exitus similis euenisset, super
neutri morte quæstionem cõperimus agitatum. Incedebat autem motu cor-
poris graui, uultu lætissimo, oculis cæcis, uasta proceritate & ardua, adeo ut
diu nullum indumentum regium ad mensuram eius aptum inueniretur. &
æmulari malebat Constantium, agens seria quædam aliquoties, post meri-
diem iocari palam cum proximis assuetus. Christianæ legis idem studiosus,
& nonnunquam honorificus, mediocriter eruditus, magisq; beneuolus, &
perpensius, ut apparebat ex paucis, quos promouerat iudices electurus. edax
tamen, & uino ueneriq; indulgens, quæ uitia imperiali uerecundia forsitan
correxisset. Dicebatur autem Varronianus pater eius monitu cuiusdam som-
ni dudum præscisse quod euenit. idq; duobus amicis commisisse fidissimis,
illo adiecto q; ipsi quoque deferretur trabea consularis. sed impetrato uino,
adipisci non potuit aliud. Audita enim filii celsiore fortuna, anteq; eum ui-
deret, fatali præuentus est morte. Et quia huic nomini amplissimum ma-
gistratum portendi per quietem prædictum est seni, Varronianus nepos
eius, infans etiam tum, cum Iouiano patre declaratus est (ut supra rettu-
limus) consul.

S

AMMIANI · MAR CELLINI

RERVM · GESTARVM
LIBER · VIGESIMVS
SEXTVS



DICTIS impensiore cura rerum ordinibus adusque
Mediae confinia propioris, conuenerat iam referre à
notioribus pedem, ut & pericula declinent, ueritatis
saepe contigua, & examinatores contexendi operis.
deinde ne perferamus intempestiuos, strepentes ut
laesos, si praeteritum sit, quod locutus est Imperator in
coena, uel omissum, quia ob causam gregarii milites
coerciti sunt apud signa, & quod non docuerat in descri-
ptione multiplici regionum super exiguis silere castellis, quaeque cunctorum no-
mina, quae ad Urbani Praetoris officium conuenirent, non sunt expressa, & si-
milis plurima praecipit historiae dissonantia discurrere per negotiorum celsi-
tudinis assuetae, non humilium minutias indagare causas, quas, si scitari uo-
luerit quispiam, indiuidua illa corpuscula uolitantia per inane (atomos ut nos
appellamus) numerari posse sperabit. Haec quidam ueterum formidantes co-
gnitiones actuum uariorum, stellis uberibus explicatis, non adidere superstitibus.
ut in quadam ad Cornelium Nepotem epistola Tullius quoque testis reueren-
dus affirmat. Proinde inscitia uulgari contempta, ad residua narranda perga-
mus, Hac uolubiliu casuum diritate exitu luctuoso finita, obituque interualla-
to breui tempore principis corpore curato defuncti, missoque Constantinopo-
lim, ut inter Augustorum reliquias conderetur, progresso Niceam uersus exerci-
tu, quae in Bithynia mater est urbium, potestatem civilium militiaeque Rectores,
magnitudineque curarum astricti communium, interque eos quidam spe uana sufflati,
moderatore quaeritabant diu exploratum & grauem, & rumore tenus obscuris
paucorum susurris nomen perstringebatur Equitii, Scholae Primae Scutariorum
etiam tum Tribuni. Qui cum potiorum auctoritate displicuisset, ut asper & subagre-
stis, translata est suffragatio leuis in Ianuariu, Iouiani affinem, curantem sum-
mitatem necessitatum caltrensium per Illyricum. Quo itidem spreto, quia procul
iacebat, ut aptus ad id quod quaerebatur atque conueniens Valentinianus nul-
la discordante sententia numinis aspiratione caelestis electus est, agens Scho-
lam Scutariorum Secundam, relictusque apud Ancyram, postea sequuturus
ut ordinatum est. Et quia nullo renitente hoc e Republica uidebatur, missis
quicum uenire ocyus admonerent, diebus decem nullus Imperii tenuit gu-
bernacula, quod tunc uenisse extis Romae inspectis, aruspex edixerat Marcus.

Inter haec

Inter haec tamen, ne quid nouaretur contrarium placitis, neue armatorum
mobilitas sepe uersabilis ad praesentium quendam inclinaret arbitrium, atten-
te providebat Equitius, cum Caleo adhuc sub Dagalaipho magistro Equi-
tum, rationes numerorum militarium tractans exitiales. Postea magister Of-
ficiorum exercitus uniuersi iudicium quantum facere nitique poterat, ut Pannonii
fautoresque principis designati formantes. Qui cum uenisset accitus, implen-
dique negotii praesagis, ut opinari dabatur, uel somniorum assiduitate, nec ui-
deri die secundo, nec prodire in medium uoluit, bissextum uitans Februarii
mensis, tunc illucescens. quod aliquoties rei Romanae fuisse cognorat infastum,
cuius notitiam certam designabo. Spatium anni uertentis iidem periti munda-
ni motus & sideris definiunt ueteres (inter quos Victorinus, Hypparcus &
Archimedes excellunt) cum Sol perenni rerum sublimium lege polo percursio si-
gnifero, quem zodiacum sermo graecus appellat, trecentis & sexaginta quinque
diebus emensis & noctibus ad eundem redierit cardinem, ut uerbotenus, si a
secunda particula Arietis ad eam dimensionem redierit terminata. Sed anni in-
teruallum uerissimum, memoratis diebus & horis, adusque meridiem concludi-
tur plenum, annique sequentis erit post horam sextam initium porrectum ad uesperam.
Tertium a prima uigilia sumens exordium, ad horam noctis extenditur sextam.
Quartum a media noctis adusque claram trahitur lucem. Ne igitur haec com-
putatio uariantibus annorum principiis, & quodam post horam sextam die, alio
post sextam excursio nocturna, scientiam omnem squalida diuisione confun-
dat, & autumnalis mensis inueniatur quandoque uernalis, placuit senas illas
horas, quae quadriennio uiginti colliguntur atque quatuor, in unius diei no-
ctisque adiectae transire mensuram. Hocque aliter considerato, eruditibus concinen-
tibus multis, effectum est ad unum distinctumque exitum circueuersio cursus anni
reuoluta, nec uaga sit, nec in ullo errore deinceps obumbrata ratio caelestis ap-
pareat, menses tempora retineant praestituta. Haec, nondum extentis fufius
regnis, diu ignorauere Romani, perque saecula multa obscuris difficultatibus
implicati, tunc magis errorum profunda caligine fluctuabant, cum in sacer-
dotes potestatem transtulissent intercalandi, diligentiam gratificantes publi-
canorum uel litigantium comodis ad arbitrium suum detrahebant tempora,
uel augebant. Hocque excepto, merferunt alia plurima quae fallebant, quorum
meminisse nunc superuacuum puto. Quibus abolitis, Octavianus Augustus
graecos sequutus, hanc inconstantiam correcta turbatione composuit, spatium
duodecim mensium & sex horarum magna deliberatione collectis, perque duo-
decim siderum domicilia Sol discurrens motibus sempiternis, anni totius in-
terualla concludit. Quam rationem bissexti probatam, etiam uictura cum seculis
Roma adiumento numinis diuini fundauit. Proinde pergamus ad reliqua.
Elapso die, parum apto ad inchoandam rerum magnitudinem, ut quidam exi-
stimant, propinquante iam uespera monitu Praefecti Salutii sub exitu denun-
tiatione, statutum est prompta consensione cunctorum, ne potioris quisque aucto-
ritatis uel suspectus ab hora conaretur procedere, post die mane, cumque mul-

S ii

torum tēdio, quos uotorum inanitas cruciabat, tandem finita nocte, lux aduenisset, in unum quæsito milite omni progressus Valentinianus in campū, permissusq; tribunal ascendere celsius tractum Comitiorum specie & uoluntate præsentium secundissima, ut uir serius Rector pronūciatur Imperii, mox principali habitu circūdatus & corona, Augustusq; nuncupatus cum laudibus amplis, quas nouitatis potuit excitare dulcedo, præmeditata dicere iam parabat. Eoq; ut expeditius loqueretur brachium exsertante, obmurmuratio grauis exoritur, concrepantibus centuriis & manipulis, cohortiūq; omnium plebe urgentium destinante confestim Imperatorem alterū declarari. Qd̄ licet nonnulli existimarunt paucis corruptis ad gratiam fieri despectorum, ex eo tamen uis sinistra creditum uidebatur, q̄ non emercati, sed consoni totius multitudinis, paria uolentis, clamores audiebantur, documento recenti fragilitatem pertimescentes sublimium fortunarū. Dein ex susurris immaniter strepentis exercitus cieri tumultus uiolentior apparebat & confidentia militis erumpentes interdum ad perniciofa facinora timebantur. q̄ Valentinianus magis præcunctis ne fieret extimescens, elata prospere dextera in principis fiducia pleni, ausus increpare quosdam ut seditiosos & pertinaces, cogitata nullis interpellantibus absoluebat, Exulto prouinciarum fortissimi defensores, & præ me fero, semperq; laturus sum, nec speranti, nec appetenti moderamina Orbis Romani mihi, ut potissimo omnium, nostras detulisse uirtutes. Qd̄ erat igitur in manu positum uestra, nondū electo Imperii formatore, utiliter & gloriose cōplestis, ascito in honore uerticem eo, quem ab ineunte adolescentia ad hanc usque ætatis maturitatem splendide integreque uiuuisse experiundo cognostis, Proinde pacatis auribus accipite quæso simplicioribus uerbis, qd̄ conducere arbitror in cōmune. Adhiberi oportere in omnes casus socia potestate collegā, contemplatione poscente multiplici, nec ambigo nec repugno. curarū aceruos & mutationes uarias accidentium ipse quoque, ut homo, formidans, sed studendū est concordia uiribus totis, per quā res quoque minime conualescunt, qd̄ impetrabitur facile, si patientia uestra cū æquitate consentiens id mihi, qd̄ mearum est partium, concesserit libens. Dabit enim (ut spero) Fortuna consiliorum adiutrix bonorum, quantum efficere & consequi possum, diligenter perscrutari temperantiam. Ut enim sapientes definiunt, non modo Imperio, ubi pericula maxima sunt & creberrima, uerum etiā in priuatis quottidianisq; rationibus, alienum ad amicitiam cum iudicauerit, quisq; prudens adiungere sibi debet. non cum adiunxerit, iudicare. Hęc cum spe letiorum polliceor, uos firmitatem factorum retinentes & fidem, dum hyberna patitur quies, animorū reparate uigorem atque membrorum, ob nuncupationem augustam debita protinus accepturi. Finita oratione, quā auctoritas erexerat inopina, flexit Imperator in suam sententiam uniuersos. Consiliiq; eius uiam sequuti, qui paulo ante flagrantissimis uocibus alium postulabant, circūseptum Aquilis & uexillis, agminibusq; diuersorum ordinum ambitiose stipatum, iamq; terribilem, duxerunt in regiam.

Dum hæc

Dum hæc in Oriente uolubiles Fatorum explicat sortes, Apronianus regens Urbem æternam Iudex integer & seuerus inter curarū præcipua, quibus hæc Præfectura sæpe sollicitatur, id primum opera curabat enixa, ut ueneficos qui tunc rarecebant captos, postq; agitatae questiones, nocuisse quibusdā aperitissime confutatos, indicatis conscis morte mulctaret, atque ita paucorū discrimine, reliquos si qui laterent, formidine parū exturbaret. Hęc egisse ideo efficaciter fertur, q̄ Iuliani promotus arbitrio, agentis etiam tum per Syrias, in itinere unum amiserat oculum, suspicatusq; artibus se nefariis appetitum, iusto quidem, sed inusitato dolore, hæc & alia magna irritabat industria. unde quibusdā atrox uisus est, in amphitheatrali curriculo undatim coeunte aliquoties plebe causas dispiciens terminum maximorum. Denique post huiusmodi uindicta complura, Hilarium aurigam conuictum atque confessum, uix dum pubescentem filiū suū uenefico tradidisse docendū secretiora quædā legibus interdicta, ut nullo conscio adminiculis iuuaretur internis, capitali animaduersione damnauit. Qui laxius retinente carnifice subito lapsus, confugit ad ritus Christiani sacrarium, extractusq; exinde ilico abscisa ceruice consumptus est. Verum hæc similiaq; tum etiā ut coercenda mox cauebantur, & nulli uel admodū pauci in his uersati flagitiis, uigori publico insultarunt, sed tempore sequuto, longæua impunitas nutriuit immania, usque eo grassante licentia, ut emittat Hilarium quidam Senator, seruūq; suum modo non per syngropham arcanis piacularibus induendū cōmissæ doctori malarum artium confutans supplicium, redimerent optima mercede, ut crebrior fama uulgarat. Isq; ipse hoc genere quo iactum est absolutus, cum uitæ pudere deberet & culpæ, non abolendæ incubuit maculæ, sed tanq̄ inter multos probros solus uacuus ab omni delicto, phalerato insidens, discurrensq; persilices, multa post se nunciisq; trahit agmina seruulorum per nouū quoddam insigne curiosius spectari affectans. ut Duelliū accepimus ueterem post gloriosa illa naualis rei certamina id sibi sumpsisse, ut tibicine lenius præcinente rediret ad sua post cœnam. Sub hoc tamen Approniano ita iugiter copia necessariorum exuperauit, ut nulla uel saltem leuia murmura super inopia uictui congruentium oriretur, qd̄ assidue Romæ contingit. At in Bithynia Valentinianus princeps (ut prædiximus) declaratus, dato in perendinum diem signo proficiscendi, conuocatis primoribus, quasi tota consilia quæ sibi placencia sequuturus, percūctabatur, quem nam ad Imperii consortiū oporteret assumi? silentibusq; cunctis, Dagalaiphus tunc Equestris militiæ Rector respondit fidentius, Si tuos (inquit) amas, Imperator optime, habes fratrem, si Remp. quære quem uestigas. Quo dicto asperatus ille, sed tacitus & occultans quæ cogitabat, Nicomediā itineribus citis ingressus Calendis Martiis Valentem fratrem stabulo suo cum tribunatus dignitate præfecit. Inde q; cū uenisset Constantinopolim, multa secum ipse deuoluens, & magnitudine uirgente negociorū iam sese parari considerans, nihil morandū ratus, quintum Cal. Aprilis productum, eundem Valentem in suburbanum uniuersorum

sententiis concinentibus (nec enim audebat quisque refragari) Augustum pronunciauit, decoraque imperatorii cultus ornatum, & tempora diademate redimitum, in eodem uehiculo secum reduxit, participem quidem legitimum potestatis, sed in modum apparitoris morigere, ut progrediens aperiet textus. Quibus ita nullo iter turbante profectis, constricti rapidis febribus Imperatores ambo, diu spe uiuendi firmata, ut erant inquirendis rebus grauiore quam in componendis, suspectas morborum causas inuestigandas acerrime Vrsatio Officiorum magistro dalmate crudo, & Iuuentio Titiano questori, tunc commiserunt. ut loquebatur pertinax rumor, inuidiam cientes Iuliani memorie principis, amicisque eius tanquam clandestine prestigii laesis, sed hoc euauit facile, ne uerbo quidem tenuis insidiae indicio ullo reperto. Hoc tempore uelut per uniuersum Orbem Romanum bellicum canentibus buccinis excitate gentes saeuissimae, limites sibi proximos persultabant. Gallias Rhetiasque simul Alamanni populabantur. Sarmatae, Pannonae, & Quadi, Rheti, Saxonesque, & Scoti, & Atacitti, Britannos erumnis uexare continuas, Austoriani Mauriceque aliae gentes Africam solito acius incurfabant, & Thracias diripiebant praedatorum globi Gothorum. Persarum Rex manus Armeniis iniectabat, eosque in suam ditionem ex integro uocare uel nimia properans, sed iniuste causando, quod post Iouiani excessum, cum quo foedus firmarat & pacem, nihil ob stare debebat, quo minus ea recuperaret, quae antea ad maiores suos pertinuisse monstrabat. Acta igitur tranquillius hyeme concordissimo principe unus nuncupatione praelatus, alter honore specietenus adiunctus, percursis Thraciis Nessim aduenerunt. ubi in suburbano, quod appellatum est Mediana, a ciuitate tertio lapide distantum, quasi mox separandi partiti sunt Comites. & Valentiniano quidem, cuius arbitrio res gerebatur, Iouianus euenit, dudum promotus a Iuliano per Gallias magister Artium, & Dagalaiphus, quem militiae Rectorem peruexerat Iouianus. in Orientem uero sequuturus Valente, ordinatus est Victor. ipse quoque iudicio principis, antedictis prouectus. cui iunctus est Arintheus. Lupicinus enim pridie a Iouiano pari modo promotus magister Equitum, partes tuebatur eas. tunc & Equitius illyriciano praepositus exercitui, nondum Magister, sed Comes. & Serenianus, olim sacramento digressus, recinctus est ut pannonius, sociatusque Valenti Domesticorum praefuit scholae. Quibus ita digestis, & militares partiti numeri, et post haec cum ambo fratres Sirmium introissent, diuiso palatio, ut potiori placuerat, Valentinianus Mediolanum, Constantinopolim Valens discessit. & Orientem quidem regebat potestate Praefecti Salutius, Italiam uero cum Africa & Illyrico Mamertinus. & Gallias prouincias, Germanianus. Agentes igitur in memoratis urbibus principes sumptu primitus Trabeas consulares, omnisque hic annus dispendiis grauius Rem Romanam afflixit. Alamanni enim perripere Germaniae limites. hac ex causa solito infestius moti, cum Legatis eorum missis ad Comitatum certa & praestituta ex more munera preberi deberent, minora & uilia sunt attributa. quae illi suspecta furenter agentes, ut indignissima proiecere, actumque asperius

ab Vrsatio

ab Vrsatio, tunc magistro Officiorum, iracundo quodam & saeuo regressi, factumque exaggerantes & contumeliose despectas gentes immanissimas concitarunt. Et circa id tempus, aut non multo postea, in Oriente Procopius in res surrexerat nouas. quae prope Cal. Nouembris, uenturo Valentiniano Parisios eodemque nunciata sunt die. & Alamannis quidem occursum Dagalaiphum pergere mature praecipit. qui uastatis propinquioribus locis, longius discesserat incruentus. Super appetitu uero Procopii antequam adulesceret reprimendo, curis deducebatur ambiguus. ea potissimum ratione sollicitus, quod ignorabat, utrum Valente superstiti an extincto memoratum Imperium affectaret. Equitius enim, relatione Antonii Tribuni accepta agentis in Daciam & mediterraneam, militem qui nihil praeter negocium ipsum auditum obscure significabat, ipse quoque nondum liquida fide comperta simplicibus uerbis principem gestorum conscium fecit. His cognitis Valentinianus, eodem Equitio aucto Magisterii dignitate, repedare ad Illyricum destinabat. ne persultatis Thraciis perduellis iam formidatus inuaderet hostili excursu Pannonias. Documento enim recenti impendio terrebatur, reputans paulo antea Iulianum contemptorem bellorum ciuiliu ubique uictorem, nec speratum ante, nec expectatum ab urbe in urbem incredibili uelocitate transisse. Verum ardens ad redeundum eius impetus mouebatur consiliis proximorum, uolentium & orantium, ne interneciuam minantibus Barbaris exponeret Gallias. neue hac causatione prouincias desereret, egentes adminiculis. in eiusque legationes urbium accessere nobilium, precantes ne in rebus duris & dubiis impugnatas eas relinqueret, quas praesens eripere poterit discriminibus maximis, metu ambitiosi nominis sui Germanis incusso. Denique utilitate rei perpensus excogitata, in multorum sententias flexus, replicabat aliquoties, hostem suum fratrisque solius esse Procopium, Alamannos uero totius orbis Romani. Statuitque nusquam interim extra confinia moueri Gallorum. & ad usque Remos progressus, sollicitusque super Africa, ne repente perumperetur, Vultarium postea Cos. tunc notarium, ad eandem tuendum ire disposuit, & Nautionem Domesticum Protectorem, ea consideratione, qua diuo sub patre, Cretione quondam Comite educatus suspecta nouerat loca, hisque scutarium adiunxit Gaudentium, olim sibi cognitum & fidelem. Quia igitur uno eodemque tempore utrobique turbines exarsere mestissimi, competenti loco singula digeremus. nunc partem in Oriente gestorum, deinde bella barbarica narraturi. quoniam pleraque & in occidentali, & in eoque Orbe iisdem mensibus sunt actitata. ne dum ex loco subinde saltatim redire festinamus in locum, omnia confudentes, squaliditate maxima reque ordinem implicemus. Insigni genere Procopius in Cilicia natus & educatus, ea consideratione, qua propinquitate Iulianum postea principem contingebat, a primo gradu eluxit. & ut uita moribusque castigatus, licet occultus erat & taciturnus notarius, diu perspicaciter militaris & Tribunus, iamque summatibus proximus, post Constantium obitum in reque conuersione uelut Imperatoris cognatus, altius anhelabat,

S iii

adiunctus consortio Comitum. & apparebat eum, si unquam potuisset, fore quietis publicæ turbatorem. Hunc Iulianus Perfidem ingrediens cum sociis compari potestatis iure Sebastiano in Mesopotamia cum manu militum reliquerat ualida. mandaratque (ut susurravit obscurior fama, nemo enim dicti auctor extitit uerus) per cognitorum agere textus, & subsidia rei Romanæ languisse sensissent, Imperatorem ipse se prouideret ocyus nuncupari, qui inuicta ciuilitate agens & caute, Iuliani letaliter uulnerati funus, & ad regenda communia cōperit Iouianum euectū, falsoque rumore disperso inter obeuntis anhelitus animæ, eundem Iulianum uero mandasse, placere sibi Procopio clauos summæ rei gerendæ cōmitti. Quare ueritus ne hac ex causa indemnatus occideretur, e medio se conspectu differuit, maxime post Iouiani territus necem notariorum primi, quem Iuliano perempto ueluti dignum Imperio paucis militibus nominatum, nouaque exinde cœptare suspectum, cruciabili nece interfectum, quia se quæri industria didicerat magna, uitans grauioris inuidie pondus, Ecbatana longiusque remota discessit. Cuique à Iouiano exploratius indagari latibula sua sentiret, formulæ uitæ iam fuisset pertesum (quippe à celsiore subsellio statim deiectus ad inferiora) etiã ædendi penuria in locis squalentibus stringebatur, hominūque egebat colloquiis, postremæ necessitatis impulsu, dubiis itineribus ad Chalcedonos agrū peruenit. Vbi quoniã & illud firmiter uisum est receptaculum, apud ficiissimū amicorum delitescere Strategum quendam ex Palatino milite Senatore, Constantinopolim, quantum fieri poterat, clanculo sæpe intermeans, ut indicio eiusdem Stratego patuit, postquam sapius in factionis conscios inquisitū. Ritu itaque solertissimi cuiusdam speculatoris ignotus multis, ob squalorem uultus & maciem, fumusculos colligebat tunc crebrescentes, ut sunt acerba semper instatia, inculantiū multorum Valentem, quasi cupiditate aliena rapiendi succensum. Cuius diritati adiectum erat incentiuū exitiale socrer Petronius, ex Præposito Martensium militū promotus repentino saltu patritius, animo deformis & habitu, qui ad nudandos sine discretionem cunctos unanimiter flagrans, nocentes pariter & infantes post exquisita tormenta quadruplicibus nexibus uinciebat, debita iam inde à temporibus principis Aureliani perscrutans. & impendio mœrens, si quenquam absoluisset indemnem. Cuius morū intolerantiæ hæc quoque perniciēs accedebat, quod cum ditaretur luctibus alienis, erat inexorabilis & crudelis, & in rapido corde rudissimus, nec reddendæ, nec accipiendæ rationis unquam capax, inuisor Cleandro, quem agentem sub Imperatore Cōmodo Præfecturā, sublata uerba diuersas legit uexasse fortunas, & onerosior Plautiano, qui Præfectus itidem sub Seuero, ultra mortale tumens, cuncta confuderat, ni gladio perisset ultore. Hæc lachrymosa incitante Petronio, sub Valente & Caro multas paupertinas & nobiles domos, impendentiumque spes atrocior prouincialium & militum, paria gementium, sensibus imis hærebant. & uotis, licet obscuris & tacitis, permutatio status præsentis ope numinis summi cōcordi gemitu poscebatur. Quæ Procopius latenter accipiens, arbitratusque ubi felicius affederit

Fatum,

Fatum, negotio leui ad apicem summæ potestatis assumi, subsidebat ut prædatrix bestia, uiso quod capi poterat, protinus eruptura, cui hæc quoque maturabat ardenti Fors hanc materiã dedit impendio tempestiuã, consumpta hyeme, festinans ad Syriam Valens, iamque fines Bithynorum ingressus, docetur relationibus ducum, gentem Gothorum ea tempestate intactã, ideoque sæuissime conspirantem in unum, ad peruadenda parari collimitia Thraciarum. Hocque agnito, ut impræpedito ipse pergeret quod tendebat, sufficiens equitum adiumentum & peditum mitti iussit ad loca, in quibus barbarici timebantur excursus. Dimoto itaque longius principe, Procopius crumnis diuturnis attritus, uel atrocem mortem clementiorem ratus malis quibus affictabatur, aleã periculorum omnium iecit abrupte, extrema iam perpeti nequaquam timens, præuente perdita ratione facinus adoritur audacissimum. Diuitenses tunc Grecanosque iuniores ad procinctum urgentem per Thracias inter Arzum & Celam dispositos & Constantinopolim oraturos solenniter biduum per quosdam ex iisdem numeris notos sollicitare properas (quia cum omnibus loqui periculosum erat & arduum) fidem paucorum elegit, qui pellecti per spem præmiorum ingentium, sub consecratione iurifurandi promissere, se quæ uellet cuncta facturos, fauorem quoque polliciti conturmaliū, inter quos ipsi potiorum locum obtinebant in suadendo stipendiis excellentes & meritis, utque conductum, & ubi excanduit radiis dies, idem Procopius deductus in cogitationes uarias, Anastasinas balneas petit, à sorore Constantini cognominatas, ubi locata nouerat signa, doctusque per arcanorum conscios omnes in eius studiū consensisse, societate coita nocturna fidelitatis data libenter admissus constipatione militum cum honore quidem, sed in modum tenebatur obsessi. Qui ut Pratoriani quondam post Pertinacis uocem licitantem Imperii præmia Iulianum susceperant, ipsi quoque Procopium infauisti dominatus exordia molientem attententi ad omen cōpendii deferunt. Stetit itaque subtabidus, excitum putares ab Inferis, nusquam reperto paludamento, tunica auro distincta, ut regius minister, indutus à calce in pubem in pædagogiani pueri speciem, purpureis operatus tegminibus pedes, astatusque purpureū itidem pannulū leua manu gestabat, ut in theatriali scena simulachrum quoddam insigne per auleum uel mimicam cauillationem subito putares emersum. Ad hoc igitur dehonestamentum honorem omnium ludibriose sublatus, & ancillari adulatione beneficii alloquutus auctores, opesque pollicitus amplas & dignitates ob principatus primitias, processit in publicum multitudine stipatus armorum, signisque sublati erectius, ire pergebat circumcluso horrendo fragore scutoque lugubre concrepantiū, metuentes ne à celsioribus tectis saxi uel tegularum fragmentis conflictarentur, densius ipsis galearum cristis aptabant. Huic timidius incedenti nec resistebat populus, nec fauebat. Accendebatur tamen insita plerisque uulgariū nouitatis repentina iucunditate, ea re potius incitante, quam Petroniū, ut prædiximus, diuitias uiolenter agentem, omnes eadem mente detestabantur, qui sepulta iam dudum negocia, & rediuuas tabulas debitorum in diuersos ordines excitabat.

Cum itaque

Cum itaque tribunali descendisset Procopius, & cunctis stupore defixis timeretur silentiū triste, procliuiorem uitam ad mortem (ut sperabat) existimans aduenisse, per artus tremore diffuso implicatior ad loquendum diu tacitus stetit. pauca tamen interrupta & moribunda uoce dicere iam exorsus, quibus stirpis propinquitatem imperatoriae prætendebat, leui paucorum surro precio illectorū, deinde tumultuariis succlamationibus plebis Imperator appellatus, incondite petit curiam raptim, ubi nullo clarissimorum, sed ignobili paucitate inuenta, palatium pessimo pede festinatis passibus introiit. Mirantur quidam profecto irrisione digna principia incaute ccepta, temere ad ingemiscendas erupisse Reip. clades, ignari forsitan exemplorum, accidisse primitus arbitantes. sic adramythenus Andriscus, de gente quidem infimæ sortis adusque Pseudophilippi nomen euectus, bellis Macedonicis tertium addidit damnū. sic Antiochiæ Macrino Imperatore agente ab Emesa Heliogabalus exiuit Antonius. ita inopino impetu Maximini Alexander cum Mamaea matre confossus est. in Africa Superior Gordianus in Imperium raptus, aduentantium periculorum angoribus implicatus, uitam laqueo spiritu intercluso profudit. Igitur cupediarum uilium mercatores, & qui intra regiam apparebant aut patere desierant, quiq; cœtu militarium nexi ad pacatiora iā uitæ discescerant, insoluti casus ambigua partim mutari uolentes, afficcebantur nouiter omnia tutiora petentibus Ratia ciuitate occulte dilapsi, Imperatoris castra petiuere itineribus festinatis. Hos omnes Sophronius uiuacissimo cursu progressus tūc notarius, Præfectus postea Constantinopoleos Valentem à Cæsarea Cappadocū profecturus, ut uaporatis æstibus Ciliciæ iam lenitis ad Antiochiæ percurreret sedes, prætextū nactus æstuū spe dubia, ut in talibus percitum & stupentem auertit Galatiam, res adhuc trepidas arrepturæ. Qui dum itineribus properat magnis, attentissima cura Procopius indies agitabat noctes subditiuos quosdam ostentans, qui astutia confidenti, partim ab Oriente, alii è Gallis se uenisse, & Valentinianū obisse fingentes, cuncta parère nouo & fauorabili principi memorabant. Et quia res nouæ petulanter arrepta celeritate muniri solent interdū, ne quid formidandū omittetur, cum festinatione Vridius in locū Salutii Præfectus Prætorio, factione Petronii recens promoti, & Cæsarius Constantinopolitanæ urbis Præfectus in uincula conpinguntur, & iubetur ciuitatem curare solita potestate Phronemius, esseq; magister Officiorū Euphrasius, ambo Galli, institutis bonarum artium spectatissimi. & administratio negociorū castrensiū Gomoario & Agiloni, reuocatis in sacramentū cōmittitur inconsulte, ut docuit reꝝ exitus proditor. Quia igitur Iulius Comes per Thracias copiis militaribus præsidens oppressisset rebelles comperisse conata ex propinquis stationibus timebatur, commentū excogitatū est ualidū, & quasi iussu Valentis sæua superbia super barbaricis motibus tractu uberi litorū ab hoc clauso uiolenter oppressis accitus Constantinopolim strictius tenebat. hacq; callida fraude bellatrices Thraciæ gentes sine cruore acquisitæ, adminicula ausis tumultuariis maxima compa-

rarunt.

rarunt. Post quæ ita euentu latiore completa, Arasius ex ambita regia Prætorio Præfectus, accessit uelut Agilone genero suffragante. aliiq; plures ad aula uarios actus & administrandas prouincias sunt admissi. quidam inuitati, alii ultro semet offerentes, cum præmiis utiq; in certaminibus intestinis usu uenire contingit. emergebant ex uulgari fece nonnulli desperatione consiliisq; ductantibus cæcis. contraq; quidā orti splendide à culminibus summis ad usque mortes & exilia corruebant. Vbi hæc per similia facta firmiter uidebantur esse composita, restabat ut abundans cogeretur militum manus. & impetratum est facile, id qd in publicis turbamentis aliquoties ausa ingentia, uel iustis exorsa primordiis impediuit. Transcuntes ad expeditionem per Thracias concitata equitum peditūq; turmæ, blandeq; acceptæ & liberaliter cum essent, in unū sitæ, iāq; exercitus species apparebant promissis uberrimis inhiantes sub execrationibus diris in uerba iurauere Procopii. hæc polliciti pertinaciam, q; eum suis animis defensabunt. Inuenta est enim occasio ad alliciendos eos perq; oportuna, q; Constantii filiam paruulam, cuius recordatio colebat, sinu ipse circūferens, necessitudine prætendebat & uil Adeptusq; est aliud tempori congruū quæ Faustina matre puellæ casu præsentē, quædam acceperat habitus insignia principalis. Adiungit his aliud ueloci diligentia maturandum, & electi quidam stoliditate præcipites ad capeffendum Illyricum missi sunt, nullo præter petulantiam adiumento confisi, aureos scilicet nūmos effugiatos in uultū noui principis, aliaq; ad illecebras aptantes. Quos correptos Equitus per eas regiones miles legionis extinxit genere diuerso pœnarū pariaq; deinde metuens, obstruxit tres aditus angustissimos, per quos prouinciæ tentantur Arctæ. unum per Ripensem Daciam. alterum per Succos notissimum, tertiu per Macedonas, quem appellant Acontisma. Hacq; cautela, uana persuasione rapiendi Illyrici destitutus usurpator indebitæ potestatis, magna perdidit instrumenta bellorum. Dum hæc ita aguntur, atrocitate nuntii Valens percussus, iāq; reuertens per Gallogræciam, auditis apud Constantinopolim gestis, diffidenter incedebat & trepide. ac repentino pauore uias prouidendi turbante, eousque desponderat animū, ut augustos amictus ablicere, tanq; grauem sarcinam, cogitaret. fecissetq; profecto, ni uetantibus proximis, detractus à deformi proposito, firmatusq; meliorū sententiis, agmina duo præire iussisset, quibus nomina sunt Iouii atque Victores, castra perduellium irruptura. His iam propinquantibus ipse Procopius à Nicea regressus, quo nuper aduenerat cum Diuitensibus desertoꝝ plebe præmissis, quanquam dierum breui spatio congregarat, Mygdū accelerauit. qui locus Sangario alluitur flumini. Vbi cū legiones iam pugnaturæ congregarent, inter reciprocantes missilia quasi procurfatione hostem laceffens, solus prorupit in medium. & secundioris ductu fortunæ ex contraria acie uelut agnitum quendam Vitalianū, quem si norat ambigitur, latine salute data, blande produxit. eumq; porrecta dextera suauitatus, omnibus hinc inde attonitis, en, inquit, cana Romanorum exercituū fides, & religionibus firmis iuramenta con-

stricta.

stricta, placet, fortissimi uiri, pro ignotis tot suorum confurrexissent mucrones, utque Pannonius degener alie factas cunctas & proterens Imperio, quod ne uotis quidem concipere ausus est unquam, potiat. ingemiscere nos uestris nostrisque uulneribus, quin potius sequimini culminis summi profapiam, non restitua-
tur arma iustissima comouentem. Hac sermonis placiditate molliti omnes, qui acriter uenerant pugnaturos, signorum apicibus aquilisque submissis, descende-
re libenter ad eum, & pro terrifico fremitu, quem Barbari dicunt barritum, nuncupatum Imperatorem, stipatumque de more, sentientes in unum, redixe-
runt ad castra, testati (more militie) Iouem, inuictum Procopium fore. Huic perduellium prosperitati laetior accessit rumor etenim Tribunus in societate Procopianorum ascitus, & suscepta cura palatii, digesto mature consilio per-
mixtoque cum militibus, mari ad Drepanum ante eum Celenopolim uenit. Ex-
indeque Niceam spe celerius occupauit. Ad quam obsidendam cum huiusmodi pu-
gnarum peritis Vadomario missis, ex duce & Rege Alamannorum, Valens Ni-
comedia pergit. Exindeque profectus oppugnationi Chalcedonis magnis uiri-
bus insistebat, cuius e muris probra in eum iaciebantur, & iniuriose compella-
batur ut Sabaiarius. Est autem Sabaia ex hordeo uel frumento in liquorem conuersus paupertinus in Illyrico potus. Fessus denique inopia comestuum, &
obstinatione nimia defensorum, discedere iam parabat, cum inter hac clausi
apud Niceam, patefactis subito portis egressi, inimicorum magna parte prostra-
ta, ductorem uidentes arte Italica properabant ardentem, circumuenturi Va-
lentem a tergo, nondum a Chalcedonos suburbano digressum, & patrasent
conata, ni rumore quodam praeterito imminens exitum ille perdoctus, instan-
tem uestigiis hostem per Sunonensem lacum, & fluminis Callis niuosos anfra-
ctus prope discedendo frustra sequentem lussisset. Et hoc casu Bithynia quo-
que in Procopii ditionem redacta est. Vnde cum Ancyrum Valens citis itineri-
bus reuertisset, comperissetque Lupicinum ab Oriente cum cateruis aduentare
non contemnendis, spe prosperorum erectior, Arintheum lectissimum ducem oc-
cursurum hostibus misit, qui ubi Dadastanam tetigit, in qua statione perisse di-
ximus Iouianum, Hiperethium sibi oppositum repente uidit cum copiis, antehac
recte Gastrensis apparitorem, id est, uentris ministrum & gutturis, cui ut amico
Procopius auxilia ductanda commisit. Et dedignatus hominem superare certa-
mine despicabilem auctoritate & celsi fiducia corporis, ipsis hostibus iussit su-
um uincire Rectorem, atque ita turmarum antesignanos umbratiles compressit
suorum manibus. Quidam hoc modo procedunt, Venustus quidam Largitionum
apparitor sub Valente, multo ante Nicomediam missus, ut aurum susceptum
stipendii nomine militibus per Orientem diffusis uiritim tribueret, hac tri-
stitia cognita alienum peruidens tempus, Cyzicum cum his quae susceperat se-
citius contulit, ubi forte Serenianus repertus Domesticorum tum Comes mis-
sus ad thesauros tuendos, urbem inexuperabili mœnium ambitu, monumen-
tis quoque ueteribus cognitam, fretus tumultuario praesidio custodiebat. Ad
quam expugnanda Procopius ut possessa Bithynia, sibi etiam Hellepontum
iungeret,

iungeret, ualidam destinauerat manum. Morabantur autem effectum sagit-
tis & glandibus, caeterisque iaculis obsidentium, sepe globi confusi & propugna-
torum solertia claustrorum per catenam ferream ualde robustam ori portus
insertam, quae ne rostratae irruerent naues hostiles, erat altrinsecus colligata.
Hanc post uarios militum labores & ducum fatigatorum acerrimis praeliis,
Alisso quidam Tribunus abscondit exertas bellatorum prudens, hoc modo.
Coniunctis tribus nauigiis, testudinem hac specie superstruxit, densatis co-
haerentes super capita scutis, primi transitis instabant armati, alii post hos se-
met curuantes humilius tertiis summissis gradatim inclinatis, ita ut nouissimi
suffraginibus insidentes formam aedificii fornicati monstrarent. Quod machi-
nae genus contra murales pugnas ideo figuratur hac specie, ut missilium ictus
atque saxorum per decursus cadentium labiles, instar imbrium euanescant.
Itaque coniectu telorum Alisso paulisper defensus, ingenti corporis robore sup-
posito stipite, eandem catenam fortius bipenni confindens ita confregit, ut
disiecta patefaceret aditum latum. Hocque exitu ciuitas hostili impetu patuit im-
protecta. Qua causa extincto postea proteruitate totius auctore, cum in factio-
nis participes saeuiretur, hic idem Tribunus contemplatione facinoris clari-
uita cum militia retinens, diu post in Isauria oppetiit uastatoria manu confos-
sus. Hoc Marte Cyzico reserata, Procopius ad eam prope festinauit, ue-
niaque uniuersis, qui repugnauere donatis, Serenianum solum iniectis uincu-
lis iussit duci Niceam, seruandum arctissime. Statimque Hormisdæ maturo
iuueni, Hormisdæ regalis illius filio, potestatem proconsulis detulit, & ciuilia
more ueterum & bella recturo, qui agens pro moribus leuius, aut militibus,
quos per deuia Phrygiae miserat Valens subito corripendus incursum, tanto
uigore euasit, ut Esensana usque ad casus pararat ancipites sequentem, aut pene
captam uxorem sagittarum nube diffusa, defensam auerteret secum, matro-
nam opulentam & nobilem, cuius uerecundia & destinatio gloriosa abruptis
postea discriminibus maritum exemit. Ea uictoria ultra homines Procopius
sefe efferens, & ignorans quod quiuis beatus uersa rota Fortunae ante uesperum
potest esse miserimus, Arbetion cui domum, cui antea tanquam eandem sibi
sentientis parcebat, ut proprium eius sit exinanire mobiles casus inestima-
bilis poenae, ideo indignatus, quod uenire ad eum accitus aliquoties distulit, cau-
satus incommoda senectutis & morbi. Et licet hac ex causa praesumptor mo-
mentum pertimesceret graue, tamen cum obsistente nullo se in orientales
prouincias effundere libenti cunctorum assensione iam licentius possit, au-
dus nouitatem quandam uisere, tædio asperioris Imperii, quo tunc teneba-
tur erga alliciendas quasdam ciuitates Asiae, legendosque eruendi peritos auri,
sibi profuturos praeliis, quae magna expectabat & crebra, segnius commora-
tus, in modum acuti mucronis obtusus est. ut quondam Pescennius Niger ad
subueniendum spei rerum extremæ a populo Romano sepe accitus, dum diu
contatur in Syrias eruere, superatus in sinu Issico (qui est in Cilicia, ubi Da-
reum Alexander fudit) fugatusque, in suburbano quodam Antiochia gregarii
T

manu militis interiit. Hæc adulta hyeme Valentiniano & Valente Coss. agebantur. Translato uero in Gratianum adhuc priuatum, & Dagalaiphum amplissimo magistratu, aperto iam uere suscitatis uiribus Valens iuncto sibi Lupicino cum robustis auxiliis Pefinunta signa propere tulit, Phrygiæ quondam, nunc Galatiæ oppidum. Quo præsidis tutis cõmunito, ne quid inopinũ per eos emergeret tractus, præter radices Olympi montis excelsi, tramitesq; fragosos ire tendebat ad Lyciam, oscitantem Gomoarium aggressurus. cui pertinaci conspiratione multorum ac maxima consideratione resistebat, q; hostis eius, ut ante relatum est, Constantii filiam paruulã cum matre Faustina & in agminibus & cum propinqua acies staret, lectica circũferens secum ut pro imperiali germine, & ne uinceretur, pugnaret audentius, iras militum accendebat. Sicut aliquando dimicaturi Macedones cum Illyriis, adhuc infantem in cunis locauere post aciem. Cuius metu, ne traheretur captiuus, aduersos fortius oppresserunt. Contra has calliditatis argutias sagaci opitulatione nutanti negotio consuluit Imperator, & Arbetionem ex consule agentem iãdudum in ocio ad se uenire hortatus est, ut Constantiani ducis uerecundia truces animi lenirentur. Neq; secus euenit. nam cũ omnibus prouectior natu & dignitate sublimior caniciem reuerendam ostenderet multis ad perfidiã inclinatis, publicũ grassatorem Procopiũ, milites uero sequutos eius errorem, filios & laborum participes pristinorum appellans, orabat ut se ac sui parentem magis sequerentur felicissime ductibus cognitũ publicum, q̃ profligato morem gererent nebuloni destituendo iam & casuro. Quibus cognitis Gomoarius cum elusis hostibus unde uenerat redire posset innoxius, ad castra Imperatoris oportunitatem interualli proximi captiui colore transiit, uelut accursu multitudinis uisã subito circũseptus. Qua successus alacritate Valens castra promouit ad Phrygiam propè collem collatis manibus per timidum in ancipiti iaculorum excursu prodidit repentino, eumq; sicuti complures iam pila quatientes & gladios ad Imperatorem transeunt, cum uexillis scura peruersa gestantes, quod defectionis signum est apertissimum. Hoc præter spem omnium uiso, Procopius salutis intercluso suffugio uersus in pedes circũiectorum nemorum secreta & montium, Florentio sequente & Barchalba tribuno, quem per frequentissima bella iam inde Constantii temporibus notum necessitas in crimen traxerat, non uoluntas. Maiore itaque noctis parte consumpta, cum à uespertino ortu Luna prælucens in diem, metũ augeret, undique facultate euadendi exempta, cõsilioꝝ inops Procopius, ut in arduis necessitatibus solet, cũ Fortuna exposculabat luctuosa & graui, mersusq; multiformibus curis subito à Comitibus suis arctius uinctus, relato iam die ductus ad castra, Imperatori offert reticens atque defixus. statimq; abscissa ceruice discordiarũ ciuiliũ gliscentes turbines sepeliuit & bella. ad ueteris Perennæ exemplum, qui post Sertorium inter epulas obruncatũ, dominatione paulisper potitus affectata sublatebat. extractus oblatuq; Pompeio, eius iussu est interfectus. Pariq; indignationis impetu Florentius & Barchalba, qui eum

qui eum duxerunt, confestim non pensata ratione sunt interfecti. nam si principem legitimũ prodidissent, uel ipsa Iustitia iure cæsos pronunciaret. si rebellem, & oppugnatorem internæ quietis, ut ferebatur, amplas eis memorabilis facti oportuerat deferri mercedes. Excessit autem uita Procopius anno quadagesimo, amplius mensibus decem. Corpore non indecoro, nec mediocris staturæ, subcuruus, humumq; intuendo semper incedens. perq; morum tristium latebras, illius similis Crassi, quem in uita semel risisse Lucillius affirmat & Tullius. & qd̃ est mirandum, q; uixerat incruentus. Iisdem ferè diebus Protector Marcellus eiusdem cognatus, agens apud Niceam præsiðiũ, prodicione militum & interitu Procopii cognito, Serenianum intra palatiũ clausum medio noctis horrore incautum adortus occidit. Cuius mors saluti plurimis fuit. nã si uictoria superfuisset, incultis moribus homo & nocendi acerbitate conflagrans, Valentiq; ob similitudinem morum & genitalis patriæ in ciuitatem acceptus, occultas uoluntates principis introspicens ad crudelitatem propensioris, multas innocentium ædidisset strages. Quo interfecto idem Marcellus occupata celeri cursu Calcedone concrepantibus paucis, quos uilitas & desperatio trudebat in scelus, umbram principatus funesti capessit, gemina ratione fallente, q; & Gothorum tria millia Regibus iam lenitis, ad auxilium erant missa Procopio, Constantianum prætendenti necessitudine ad societatem suam parua mercede traduci posse existimabat. q; q; gesta in Illyrico etiam tum latebant. Inter quæ iam tepida speculationibus tidis Equitius doctus conuersam molem belli totius in Asiam digressus per Succos, Philippopolim clausam præsiðis hostium, Eumulpadam ueterem referare magna ui conabatur, urbem admodum opportunam, & impedituram eius aduentus Sipone relicta, adiumenta Valenti laturus (nondum enim apud Volcoliam gesta compererat) festinare ad eum motum cogere. Verum paulo postea cognita leui præsumptõe Marcelli, milites missi sunt audaces & prompti, qui eum raptum ut deditum noxæ mancipium in custodiam compegerunt. Vnde post dies productus, lateribus sulcatis acerrime, pariaq; perpessus consortibus, inter hoc fauorabilis solo q; abstulit Serenianum è medio crudelem. ut phalarim ille, & ille fidem ad doctrinarũ diritatem causis inanibus prætexebat. Extirpatis occasu ducis funeribus belli, sæuitum est in multos acrius q̃ errata flagitauerant uel delicta, maximeq; in Philippopoleos defensores, qui urbem seq; ipsos non nisi capite uiso Procopii, qd̃ ad Gallias portabatur, acerrime diuiserunt. Ad gratiam tamen præcantium coerciti sunt aliqui lenius. inter quos eminebat Araxeus, in ipso rerum exultarum ardore adeptus ambitu Præfecturam, & Agilone intercedente genero, supplicio insulari multatus, breue post tempus euasit. Euphrasius uero itemq; Phronemius missi ad occiduas partes, arbitrio obiecti sunt Valentiniani. & absoluto Euphrasio, Phronemius Cheronesium deportatur, inclementius in eodem punitus negotio, ea re, q; diuo Iuliano fuit acceptus. cuius memorandis uirtutibus, ambo fratres principes obtrecebant, nec similes eius nec supparet.

His accedebant alia grauiora, & multo magis q̄ in praeliis formidanda. Carnifex enim, & unci, & cruentæ quæstiones, sine discrimine ullo ætatum & dignitatum, per fortunas omnes & ordines grassabantur, & pacis obtentu detestandum agitabatur, infaustam uictoriam execrantibus uniuersis, interneccio bello quouis grauiorem. Nā inter arma & lituos conditionis æqua itio leuiores facit pericula. & martiæ uirtutis potestas ausum, ad quod occupata nobilitate & mors si acciderit, nullū ignominie continet sensum, finemq; secū uiuendi simul & dolendi perducit. Vbi uero consiliis impiis lura qđ prætentur & Leges, & cætonianæ uel cassianæ sententiæ super lite rescindenda iudice aguntur, aut qđ agitur ad uoluntatem præsumpti potestatis & eius libidine uitæ incidentiū necisq; momenta pensant, ubi capitalis uertitur perniciēs & abrupta. Nā ut quisque à potestate ob quālibet ualuerat causam regio prope accidens & aliena rapiendi auiditate exustus, licet aperte in fontem accessens, ut familiaris suscipiebatur & fidus, ditandus casibus alienis. Imperator em̄ promptior ad nocendū, criminantibus patens, & funereas delationes asciscens, per suppliciorū diuersitates effrenatus exultauit, sententiæ illius tullianæ ignarus, docentis Infelices esse eos, qui omnia sibi licere existimauerunt. Hæc implacabilitas causæ quidem piissimæ, sed uictoriæ foedioris, innocentes tortoribus exposuit multos, uel sub eculeo cepit incuruos, aut ictu carnificis torui substrauit. quibus (si pateretur natura) uel denas animas profundere præstabat in pugna, q̄ lateribus quati fodicatis omni culpa immunes fortunis gementibus uniuersis, quasi lætæ maiestatis luere penas, dilaniatis ante corporibus, qđ omni est tristius morte. Exin cum superata luctibus ferocia deflagrasset, proscriptiones, & exilia, & quæ leuiores quibusdā uidentur, quanq̄ sint aspera, uiri pertulere summates. & ut ditaretur alius, genere nobilis & forte meritis locupletior actus patrimonio præceptusq; in exilium cōsumabatur angore, aut stipe precaria uictitabat. Nec modus ullus exitalibus malis impositus, q̄ diu principem & proximos opū satietas cepit & cedis. Hoc nouatore adhuc superstite (cuius actus multiplices docuimus & interitum) diem duodecimū Cal. Augustas Cos. Valentiniano primū, cū fratre, horrendi tremores per omnem Orbis ambitū grassati sunt subito. quales nec fabule, nec ueridicæ nobis antiquitates exponunt. Paulo enim post lucis exortū, densitate præuia fulgurū, acrius uibratoꝝ, tremefacta cōcutitur omnisterreni stabilitas ponderis. mareq; dispulsum retro fluctibus euolutis abscessit. ut resecta uoragine pfundoꝝ, species natantiū multiformes limo cernerent hærentes. ualliūq; uastitates & montiū tunc, ut opinari dabatur, suspicerent radios Solis, quos primigenia rerum sub immensis gurgitibus amandauit. Multis etiam nauibus uelut arida humo connexis, & licenter per exiguas undarum reliquias palantibus plurimis, ut pisces manibus colligerent, & similia. marini fluctus, uelut grauati repulsum, uersa uice consurgerent, perque uada feruentia insulis & continentis terre porrectis spatiis uolenter immissi, innumera quidem in ciuitatibus, & ubi reperta sunt, ædificia complanarunt.

Proinde,

Proinde, ut elementorum furente discordia, inuoluta facies mundi, miraculorum species ostendebat. Relapsa enim æquorum magnitudo cum minime speraretur, millia multa necauit hominum & submersit. recurrentiumq; estuum incitata uertigine, quædam naues, postq̄ tumentis substantiæ consensuit tumor, pessundatæ uisæ sunt. exanimataq; naufragiis corpora supina iacebant aut prona. Ingentes aliæ naues extrusæ rapidis flatibus, culminibus infidere tectorum, ut Alexandria contigit. & ad secundum lapidem ferè procul à litore contortæ sunt aliquæ, ut Laconica propè Methonem oppidum nos transeundo conspeximus, diuturna carie fatiscentem.

AMMIANI . MARCELLINI

RERVM . GESTARVM

LIBER . VIGESIMVS

SEPTIMVS



VM per Eoꝝ Orbem hæc, quæ narrauimus, diuersi rerum expediunt casus, Alamanni post erumnotas iacturas & uulnera, quæ congressi sæpe Iuliano Cæsari pertulerunt, uiribus tandem resumptis, licet imparibus pristinis ob causam expositam supra, gallicos limites, formidati iam per saltabant. statimq; post Cal. Ianuarias, cū per glaciales tractus hyemis rigidum inhorresceret sidus, cuneatim egressa multitudo licentius uagabatur. Horū portioni primæ Carietto, tunc per utrāq; Germaniam Comes occursum, cū milite egreditur ad bella ineunda promptissimo, ascitoq; in societatem laboris Seueriano itidem Comite, inualido & longæuo, qui apud Calydonā Diuitensibus præsidebat, & tunc Græcanis. Proinde confertius agmine in unum coacto, ponteque breuioris aquæ firma celeritate transmissa, uisos eminus Barbaros Romani sagittis aliisque leuibus iaculis incessabant, quæ illi reciprocis iactibus ualide contorquebant. Vbi uero turmæ congressæ strictis confixere mucronibus, nostrorum acies impetū hostium aciore concussa, nec resistendi, nec faciendi fortiter copiam repperit, cunctis metu cōpulsis in fugam cum Seuerianum uidissent equo deturbatū, missileq; telum per os fixum. Ipse denique Carietto, dum cedentes obiectu corporis & uocis iurgatorio sono audentius pertinet, pudendūq; diluere de-

T iii

decus fiducia deuitandi conatur, oppetit, telo letali confixus. Post cuius interitum, Herulorum Batauorumque vexillum direptum, quod insultando tripudiantes Barbari crebro sublatum altius ostendebant, post certamina receptum est magna. Qua clade cum ultimo mcerore comperta, correcturus huiusmodi gesta Dagalaiphus a Parisiis mittitur, eoque diu cunctante, causanteque diffusos per uaria Barbaros se met adoriri non posse, accitoque paulo post ut cum Gratiano etiam tum priuato susciperet insignia Consulatus, Iouinus Equitum magister accingitur, & instructus paratusque, cautissime obseruans utrumque sui agminis latus, uenit prope locum Scarponna. ubi inopinus, maiorem Barbarorum plebem, antequam armaretur, temporis breui momento praeventam, ad internitionem extinxit. Exultantes innoxii praelii gloria milites ad alterius globi perniciem ducens, sensimque incedens Rector eximius, speculatione didicit fida, direptis propius uillis, uastatoriam manum quiescere prope flumen. iamque aduentans, aditusque in ualle densitate arborum obscura, uidebat lauantes alios, quosdam comas rutilantes ex more, potantesque nonnullos. Et nactus horam impendio tempestiuam, signo repente per lituos dato, latrocinialia castra perrupta, contraque Germani nil praeter inefficaces minas iactanter sonantes & fremitum, nec expedire arma dispersa, nec componere aciem, nec resurgence in uires permittebantur, urgente instanter uictore. Quocirca forati pilis & gladiis cecidere complures, absque his quos uersos in pedes texere flexuosi tramites & angusti. Hoc prospero rerum effectum, quem Virtus peregerat & Fortuna, aucta fiducia Iouinus militem ducens, diligenti speculatione praemissa, in tertium Cuneum qui restabat propere castra commouit, & maturato itinere omen prope Cathlaunos inuenit, ad congregiendum promptissimum, & uallo oportune metato, suisque pro temporis copia cibo recreatis & somno, primo aurorae exortu in aperta planicie composuit aciem, dilatata arte solerti, ut spatiis amplioribus occupatis aequiperare Romani hostium multitudinem apparerent, inferiores numero, licet uiribus pares. Signo itaque per buccinas dato, cum pede collato res agi coepisset, insueta uexillorum splendentium facie territi steterunt Germani. Quibus hebetatis parumper, reparatisque confestim, ad usque diei extremum concertatione protenta, ualidius imminens miles fructum rei bene gestae sine dispendio quaesisset, ni Balcobaudes Armaturarum Tribunus magniloquentia socordi eo altius propinquante iam uespera cessisset incondite. Quem si secute residue cohortes abiissent, ad tristes exitus eo usque negocium uenerat, ut nec acta nunciaturus quisquam posset superesse nostrorum. Sed resistens animorum acri robore miles, ita laertis emiuit, ut hostium quatuor millibus sauciis, & altera interficeret milia, ipse uero non amplius ducentis amitteret, ducentis tantummodo uulneratis. Noctis itaque aduentu praelio iam dirempto, relictisque uiribus fessis, prope confinia lucis ductor egregius in agminis quadrati figuram producto exercitu, cum comperisset occultantibus tenebris Barbaros lapsos, securus insidiarum per aperta capora sequebatur & mollia, calcando semineces, sed constrictos, quos

uulneribus

uulneribus frigore asperitate contractos dolorum absumpserat magnitudo. Exin progressus ulterius, reuertens ubi nullum reppererat, didicit Regem hostilium agminum cum paucis captum ab hastariis, quos ipse per iter aliud miserat ad diripienda tentoria alamannica, suffixum patibulo. Ideoque iratus, in Tribunum animaduertere statuit, ausum hoc inconsultra potestate superiore fecisse, eumque damnasset, nisi militari impetu commissum facinus atrox, documentis euidentiibus constitisset. Et post haec redeunti Parisios post claritudinem recte gestorum Imperator laetus occurrit, eumque postea Consulem designauit, illo uidelicet ad gaudii cumulum accedente, quod iisdem diebus Procopii susceperat caput, a Valente transmissum. Praeter haec, alia multa narratu minus digna conferta sunt praelia per tractus uarios Galliarum, quae superfluum est explicare, cum neque operae precium aliquod eorum habuerit prouentus, nec historiam producere per minutias ignobiles decet. Hoc tempore, uel paulo ante, noua portenti species per Annonariam apparuit Thusciam, idque quorsum euaderet, prodigialium rerum periti penitus ignorarunt. In oppido enim Pistoriense prope horam diei tertiam, spectantibus multis, asinus tribunali ascenso audiebatur destinatus rugiens, & stupefactis omnibus qui aderant, quique didicerant referentibus aliis, nulloque coniectante uentura, postea quod portendebatur, euenit. Terentius enim humili genere in urbe natus & pistor & ad uicem praemii, quia peculatus rerum detulerat officium ex Praefecto, hanc eandem prouinciam Correctoris administrauerat potestate. Eaque confidentia deinceps inquietius agitans, multa in Nauiculariorum negotio falso admisisse conuictus, ut ferebatur, perit carnificis manu, regente Claudio Roma. Multo tamen antea quam hoc contingeret, Symmachus Apronianus successit, inter praecipua nominandus exempla doctrinae atque modestiae. Quo instante Urbs sacratissima ocio copiusque abundantius solito fruebatur. Dedit ipse, & magna ciuium letitia dedicauit, ingratorum ut res docuit aptissima, qui consumptis aliquot annis, domum eius in Transiberino tractu pulcherriam incenderunt, ea re perciti, quod uilis quidam plebeius sinxerat illum dixisse, sine indice ullo uel teste, Libentius se uino proprio calcarias extincturum, quam id uenturum praesens quibus sperabatur. Aduenit post hunc Urbis moderator Lapadius ex Praefecto Praetorio, homo indignanter admodum sustinens, si etiam cum spueret non laudaretur, ut id quoque prudenter praeter alios faciens, sed nonnunquam seuerus & frugi. Hic cum magnificos Praetor ederet ludos, & uberrime largiret, plebis nequens tolerare tumultum, indignis multa donari sepe urgentis, ut liberale se & multitudinis ostenderet contemptorem, accitos a Vaticano quosdam egentes opibus ditauerat magnis. Vanitatis autem eius exemplum, ne latius euagemur, hoc unum sufficere ponam, leue quidem sed cauendum ludicibus. Per omnia enim ciuitatis membra, quae diuersorum Principum exornarunt impensa, nomen proprium inscribebat, non ut ueteris instaurator, sed conditor. Quo uitio laborasse Traianus dicit Princeps, unde cum herbam parietinam iocando cognominarunt. Hic Praefectus exagitatus est motibus crebris, uno omnium maximo, cum collecta plebs infima

T iiii

domum eius prope Constantianum lauacrum, iniectis facibus incenderat & malleolis, ni feruitorum & familiarium ueloci concursu à summis tectorum culminibus petita faxis & tegulis abscississet. Eaquē ui territus ipse primitus crebrescentis seditionis in maius, secessit ad Miluiū pontem, quem struxisse superior dicitur Scaurus, adlenimenta ibidem tumultus operiens, quem causa concitauerat grauis. ædificia erigere exoriens noua, uel uetusta quædam instaurans, non ex titulis solitis parari iubebat impensas, sed si ferrū quæretur aut plumbū aut æs aut quicquid simile, apparitores immitebantur, qui uelut ementes, diuersas raperent species, nulla pretia persoluendo. Vnde accenforū iracundiā pauperū deflentiu crebra damna ægre potuit celeri uitare digressu. Aduenit successor eius exquisitor Palatii Iuuentius, integer & prudens panonius, cuius administratio quieta fuit & placida, copia rerū omniu fluens. Et hunc quoque discordantis populi seditiones terruere cruentē, quæ tale negociū excitauere. Damasus & Ursicinus supra humanū modum ad rapiendā Episcopalem sedem ardentes, scissis studiis asperrime cōflictabāt, adusque mortis uulnerūque discrimina adiuuentis utriusque progressis. Quæ nec corrigere sufficiens Iuuentius nec mollire, ui magna coactus secessit in suburbanum. Et in concertatione superauerat Damasus, partēque eius fauebat instante. Constatque in basilica Sicinini, ubi ritus Christiani est conuenticulū, uno die centū triginta septem reperta cadauera peremptorum. efferatāque diu plebem ægre postea delinitā. Neque ego abnuo, ostentationem rerū considerans urbanarū, huius rei cupidos ob impetrandū quod appetunt, omni contentione laterū iurgari debere. cum id adepti, futuri sint ita securi, ut ditentur oblationibus matronarū, proceduntque uehiculis insidentes circūspecte uestiti, epulas curantes profusas, adeo ut eorū conuiuia regales superent mensas. qui esse poterant beati reuera, si magnitudine urbis despecta, quā uitis opponunt, ad imitationem Antistitum quorundā prouincialiu uiuerent. quos tenuitas edendi potādique parcissime, uilitas etiā indumentorū & supercilia humū spectantia, perpetuo numini uerisque eius cultoribus ut pueros commendant & uerecundos. Hactenus deuiasse sufficere, nunc ad rerū ordines reuertamur. Dum aguntur ante dicta per Gallias & Italiā, noui per Thracias exciti sunt procinctus. Valens enim, ut consulto placuerat fratri, cuius regebat arbitrio, arma concussit in Gothos, ratione iusta permotus, quæ auxilia misere Procopio ciuilia bella ceptanti. Ergo conuenit pauca super harū origine regionū & situ transcurrere per breuem excessum. Erat Thraciarū descriptio facilis, si uetetes concinerent stili, quorū obscura uarietas, quoniā opus ueritatem professum non iuuat, sufficere ea, quæ uidisse meminimus, expedire. Has terras immensa quondā camporū placiditate aggerūque altitudine fuisse porrectas, Homeri perennis auctoritas docet, Aquilonem & Zephyrū uentos exinde flare fingentis. Quod aut fabulosum est, aut tractus antehac diffusissimi destinati que nationibus feris cuncti Thraciarū uocabulo censebantur. Et partem earū habitauere Scordisci, longe nunc ab iisdem prouinciis disparati, sæui quondam & truces, ut

antiquitas

antiquitas docet, hostiis captiuorum Bellonæ litantes & Marti. humanūque sanguinem in ossibus capitum cauis bibentes auidius. Quorū asperitate, post multiplices pugnarū erumnas, sæpe res Romana uexata, postremo omnem amisit exercitū cū Rectore. Sed ut nūc cernimus, eadem loca formata in cornuti sideris modū, effingūt theatri faciem spetiosam. Cuius in summitate occidentali mōtibus præruptis Denselthe, & Succorū patescūt angustie, Thracias dirimentes & Daciā. Partem uero sinistrā, arcto is obnoxia Itellis, Hemimontanæ celsitudines claudunt. Et Ister qua Romanū cespitem lambit urbibus multis & castris cōtiguus est & castellis. per dextrū, quod Australe est latus, scopuli tendunt Rhodopes. unde Eoū iubar exurgit, finit in fretū. Cui undosus ab Euxino ponto labenti, pergentique fluctibus reciprocis Ægeū discidiū panditur terrarū angustum. ex angulo tamen orientali macedonicis iungitur collimitis, per arctas præcipientesque uias, quæ cognominantur Acontisma. Cui proxima Arethusa Curesuales est statio. in qua uisitur Euripidis sepulcrum tragediarum sublimitate conspicui. & Stagyra, ubi Aristotelem (ut Tullius ait) fundentem aureum flumen, natum accepimus. Hæc quoque priscis temporibus loca barbari tenuere, morum sermonumque uarietate dissimiles. E quibus præter alios ut immaniter efferati memorantur Odryse, ita humanum fundere sanguinem assueti, ut cum hostium copia non daretur, ipsi inter epulas post cibi fatietatem & potus, suis uelut alienis corporibus imprimerent ferrum. Verum aucta Repub. dum consulare uiueret Imperium, has gentes antehac semper indomitas uagantesque sine cultu uel legibus, Marcus Didius ingenti destinatione pressit, Drusus intra fines continuit proprios, Minutius prope amnem Hebrum, a celsis Odyfarum montibus fluentem, superatos prælio strauit. Post quos residui ab Appio Claudio proconsole sunt infesta concertatione deleti. Oppida enim in Bosphoro sita et Propontide classes obtinere Romanæ. Aduenit post hos Imperator Lucullus, qui cum audacissima gente Bessorum conflixit omnium primus. eodemque impetu Hemimontanos acriter resistentes oppressit. Quo imminente, Thraciæ omnes in ditionem ueterum transiuere nostrorum. Hocque modo post procinctus ancipites Reip. sex prouinciæ sunt quæsitæ. Inter quas prima, quæ ex fronte Illyriis est confinis, Thracia speciali nomine appellatur. quam Philippopolis Eumulpia uetus, & Berota amplæ ciuitates exornant. Post hanc Hemimontis Hadrianopolin habet, quæ dicebatur Vscuduma, & Anchialon, ciuitates magnas. Dein Mistra. ubi Martianopolis est a sorore Traiani Principis ita cognominata, & Dorestorus, & Nicopolis, & Odrysus. Iuxtaque Scythia. in qua celebriora sunt aliis oppida Dionysopolis & Tomi & Calati. Europa omnium ultima præter municipia urbibus nitet duabus, Apris & Perintho, quam Heracleam posteritas dixit. Rhodopa huic annexa, Maximianopolim habet & Maronem & Ænum. post quæ conditam & relictam Æneas Italiam auspicio prosperitate perpetua post diuturnos occupauit errores. Constat autem, ut uulgauerent rumores assidui,

omnes

omnes penè agrestes, qui per regiones prædictas montiũ circũcolunt altitudines, salubritate uiriũ & prerogatiua quadã uitæ longius propagandæ nos anteire, idq; inde contingere, q; colluuiione ciborũ abstinent, calidis & perenni uiriditate roris asperginibus gelidis corpora constringente auræ purioris dulcedine potiuntur, radiosq; Solis suapte natura uitales primi omniũ sentiunt, nullis adhuc maculis rerum humanarum infectos. His ita digestis, pedem referamus ad cœpta. Procopio superato in Phrygia, internarũq; dissensionum materia consopita, Victor magister Equitum ad Gothos est missus. cogniturus aperte, quã ob causam gens amica Romanis, fœderibusq; ingenuæ pacis obstricta, ramorum dederat adminicula, bellum principibus legitimis inferenti. Qui ut factũ prima defensione purgarent, literas eiusdem obtulere Procopii, ut generis Constantiniani propinquo Imperium sibi debitũ sumpsisse cõmemorantis, ueniaq; dignũ afferentes errorem. Quibus eodem referente Victore compertis, Valens paruipendens excusationem uanissimã, in eos signa commouit, motus aduentantis iã præcios. & pubescente Vere, quæsito in unum exercitu, prope Daphnem nomine munimentũ est castra metatus. ponteque contabulato supra nauiũ foros, flumen transgressus est Istrum resistentibus nullis. Iãq; sublata fiducia, cũ ultro citroq; discurrens nullũ inueniret, quem superare posset uel terrere (omnes enim formidine perciti militis, cum apparatu ambitioso propinquantis, montes petiuere Succorũ arduos, & inaccessos nisi perq; gnaris) ne æstate omni consumpta sine ullo remearet effectu, Arintheo magistro Peditum missõ cũ prædatoriis globis, familiarum rapuit partem, quæ anteq; ad dirupta uenirent & flexuosa capi potuerunt, per plana camporum errantes. hocq; tantũ qd Fors dederat impetrato, rediit cũ suis innoxius, nec illato graui uulnere nec accepto. Autumno sequuto ingredi terras hostiles pari alacritate conatus, fufius Danubii gurgitibus uagatis impeditus mansit immobilis, prope Corporum uicũ stauis castris adusque Autumnũ locatis emensum. Vnde quia nihil agi potuit dirimente magnitudine fluentorũ, Martianopolim ad hyberna discessit. Simili pertinacia tertio quoque anno per Nouidunũ nauibus transmittendũ amnem connexis perrupta barbarico continuatis itineribus longis agentes Grutungos bellicosam gentem aggressus est. Postq; leuiora certamina ad Athanaricũ ea tempestate Iudicem potentissimũ ausum resistere cum manu quam sibi crediderat abundare, extremorum metu coëgit in fugã. ipseque cum omnibus suis Martianopolim rediit ad hyemem agendã, ut in illis tractibus, habilem. Aderant post diuersos triennii casus finiendi belli materiæ tempestiuæ. prima, q; ex principis diuturna permansione metus augebatur hostilis. dein, q; cõmerciũ uetitis, ultima necessariorũ inopia Barbari stringebantur adeo, ut Legatos supplices sæpe mittentes, uenalem poscerent pacem. Quibus Imperator rudis quidem, uerum spectator adhuc æquissimus rerum, anteq; adulationum pernitiõsis illecebris captus, Remp. funeribus perpetuo deflendis affligeret, in commune consultans, pacem dare oportere decreuimus, si quæ uicissim

Victor

Victor & Arintheus qui tunc equestrem militiã agerent cũ propositis conditionibus assentiri Gothos docuissent literis ueris. præstituit cõponendę paci cõueniens locus. Et quoniã assererat Athanaricus, sub timenda execratõe iurandi se esse obstrictum, mādatisq; prohibitũ patris, ne solũ aliquando calcaret Romanorũ, & adigi nõ poterat, indecorũq; erat & uile ad eũ Imperatorẽ transire, recte noscentibus placuit, nauibus remigio directis in mediũ flumen, quæ uehebãt cũ armigeris Principem gentisq; Iudicem, inde cũ suis fœderari (ut statutũ est) pacem. Hocq; cõposito & acceptis obsidibus, Valens Constantinopolim rediit. Vbi postea Athanaricus pximorũ factione genitalibus terris expulsus fatali sorte decessit. & ambitiosis exequiis ritu sepultus est nostro. Inter hæc, Valentiniano magnitudine quassato morborũ, agitanteq; extrema concitatione Galloz, qui aderant in cõmilitio Principis ad imperium rustici, Julianus tunc Magister memoriæ poscebatur, quasi afflatu quodam furoris, bestiarũ more humani sanguinis auidus, ut ostenderat cum proconsulari potestate regeret Africam. In Præfectura enim Urbana, quã adhuc administrans extinctus est, tempus anceps metuens tyrannidis, cuius arbitrio tanq; inter dignorum inopiam ad id descenderat columen, lenis uideri cogebatur & mollior. Contra hos nitebantur aliqui studiis altioribus in fauorem Seueri Magistri tunc peditum, ut apti ad hoc impetrandum. Qui licet asper esset & formidatus, tolerabilior tamen fuit & modis omnibus præferendus antedicto. Sed cum hæc cogitantur in cassum, Imperator febribus multiplicibus recreatus, uixq; se mortis periculo cõtemplans extractum, Gratianum filium suum adulto iam proximum insignibus Principatus ornare meditabatur. & paratis omnibus, militeq; firmato ut animis id acciperet promptis, cũ Gratianus uenisset progressus in campum tribunal ascendit, splendoreq; nobilium circũdatus potestatum, dextra puerũ apprehensum productũq; in medium, oratione concionaria destinatum Imperatorem exercitui cõmendabat. Haustum erga me uestri fauoris indicium, hunc loci principalis circũferens habitum, quo potior aliis iudicatus sum multis & claris consiliorum sociis, uotorũq; auspiciis uobis, pietatis officiis aggrediar, tempestiuum propitio deo spondente, cuius sempiternis auxiliis stabit Romana res inconcussa. Accipite igitur, quæso, placidis mentibus, uiri fortissimi, desiderium nostrum. id reputantes, q; hæc quæ fieri caritatis sancunt iura, non tantum transire uolumus per conscientiam uestram, uerum etiam probata firmari, ut congrua nobis & profutura. Gratianum hunc meum adultum, quem diu uerlatum inter liberos uestros commune diligitis pignus, undique muniendæ tranquillitatis publicæ causa, in augustum sumere commilitium paro, si præcipua cœlestis numinis uestraq; maiestatis uoluntas parentis amorem iuuerit præeuntem, non rigido cultu ab incunabilis ipsis nos educatum, nec tolerantia rerum coalitum asperarum, nec capacem adhuc Martis pulueris, ut uidetis. sed familiæ suæ laudibus, Maiorumq; factis præstantibus concinentem, paucioribus inuidiæ metum, ut dicitur, protinus surrepturum.

Vt enim

Vt enim mihi uideri solet, mens eius & appetitus licet nondum maturus sepe prensantum eunte adolescentia, quonia humanitate & studiis disciplinarum solertium expolitus librauit suffragiis puris merita recte secusue factorum, faciet ut sciant se boni intelligi in pulchra facinora. procurfabit signis militariibus & Aquilis adhaesurus, solem niuesq; & pruinas & sitim perferet & uigilias, castris si necessitas adegerit aliquoties propugnabit. salutem pro periculatoru sociis obiectabit. & qd pietatis summum primuq; munus est, Reimp. ut domu paternam diligere poterit & auita. Nondum finita oratione, dictis cum assensu lato auditis, pro suo quisque loco animo lato milites alius aliu anteire festinans, tanq utilitatis & gaudioru participes, Gratianum declararunt Augustum. classicor; amplissimo sono blandu fragore miscentes armorum. Quo uiso more fiducia Valentinianus exultans corona indumentisq; suprema fortuna ornatu filiu osculatus, iaq; fulgore conspicuu alloquit, aduertentem que dicebatur. En, inquit, habes mi Gratiane amictus, ut sperauimus omnes augustos, meo comilitonumq; nostror; arbitrio delatos ominibus faustis. Accingere igitur pro rex urgentium pondere, ut patris & patru collega, & assuesce impavidus penetrare cu agminibus peditu gelu peruios Istrum & Rhenum, armatis tuis proximus stare, sanguinem spiritumq; considerate pro his impendere, quos regis. nihil alienu putare quod ad Romani Imperii pertinet latus. Hac pro tempore praecepisse sufficiat. caetera monere non desinam. Nam reliqui uos estis reru maximi defensores. quos rogo & obtestor, ut accrescentem Imperatorem fidei uestrae commissum seruetis affectioe fundata. His dictis solemnitate omni firmasse, ut Praxius Caesariensis Maurus magister ea tepestate Memoriae proditu, exclamauit. familia Gratiani hoc mereat. Statimq; promotus quaestor multa & prudentibus emulanda bonae fiduciae reliquit exempla, nusq; a statu naturae discedens intrepidae, sed constans semper legumq; similis, quas omnibus una eademq; uoce loqui in multiplicibus aduertimus causis. Qui tunc magis in suscepta parte iustitiae permanebat, cum eum recta monentem exagitaret minax Imperator & nimius. Consurretum est post hac in laudes maioris Principis & nouelli, maximeq; pueri, que oculorum flagrantior lux comendabat, uultusq; & reliqui corporis iucundissimus nitor, & egregia pectoris indoles. quae Imperatorem impleffet, cu ueteru lectissimis comparandu, si per fata proximosq; licuisset, & qui uirtutem eius etiam tum instabilem adnubilabant actibus prauis. In hoc tamen negotio Valentinianus morem institutu antiquitus supergressus, non Caesares sed Augustos, germanu nuncupauit & filium. beneuole satis, nec enim quisq; antehac asciiuit sibi pari potestate collegam, praeter Principem Marcum, qui Verum adoptiuu fratrem absque diminutione aliqua maiestatis imperatorie sociu fecit. His ex sententia Rector; & militu ordinatis, uix dies intercessere pauci, cum Mamertinum Praefectum Praetorio ab urbe regressum, quo que dam perregerat correcturus, Auicitanu ex uicario peculatus detulerat reum. Cui ideo uulgatius successit Rufinus, omni ex parte pfectus & uelut apicem

senectutis

senectutis honorate pretendens, sed lucrandi oportunas occasiones occultationis spe nunq praetermittens. quin nactus copia principis officiu ex Praefecto urbis oblatu, exilio patrimonii, sed integrata iactura remitti fecit in lares. Et quanq Valentinianus, homo propalam ferus, inter imperitadi exordia, ut asperitatis opinionem molliret, impetus truces retinere nonnunq in potestate animi nitebatur, serpens tamen uitium & dilatum aliquadiu licentius erupit ad perniciem plurimorum, quod auxit ira acerbius efferuescens. Hanc enim esse ulcus animi diuturnu, interdumq; perpetuu, prudentes definiunt, nasci ex mentis mollicie consuetu, id asserentes argumento probabili, q; iracundiores sunt incolumibus languidi, & foeminae maribus, & iuuenibus senes, & felicibus arumnosi. Eminuit tamen per id tempus inter alias humiliu neces mors Dioclis ex Comite Largitionu Illyrici, que ob delicta leuia flamis iussit exuri, et Diodori ex agente in rebus, triumq; apparitor; potestates uicariae per Italia id peccator; atrociter, qd apud eu gestus est Comes Diodoru quidem aduersus se uelociter implorasse iuris auxiliu, officialis uero iussu Iudicis ausus monere proficiscentem ut responderet ex lege. Quoru memoria apud Mediolanum colentes nunc usque Christiani, locu ubi sepulti sunt Ad Innocentes appellant. Dein cum in negotio Maxentii cuiusdam Pannonii ab executione a Iudice recte maturari praecepta, trium oppidor; ordines maectari iussisset, interpellauit Eupraxius tunc Quaestor. & parcius inquit agito piissime principu, hos enim quos interfici tanq noxios iubes, ut martyras, id est diuinitati acceptos, colit religio Christiana. Cuius salutarem fiduciam Praefectus imitatus Florentius, cum in re quadam uenia digna audisset eum percitum ira iussisse itidem ternos per ordines urbiu interfici plurimarum, Et quid agetur, ait, si oppidum aliquod curiales non haberet tantos? inter reliqua id quoque suspendi debet, ut cum habuerit occidantur? Ad hanc inclementiam illud quoque accedebat, dictu diru & factu, q; si quis eum adisset iudicium potentis inimici declinans, aliumq; sibi postulans dari, hoc non impetrato, ad eundem quem metuebat, licet multa praetenderet iusta, remittebatur. Itemq; aliud audiebatur horrendum, q; ubi debitor; aliquem egestate obstructu nihil reddere posse dicebatur, interfici debere pronuntiabat. Hac autem & similia licenter ideo altiore fastu quidam principes agunt, q; amicis emendandi secus cogitata uel gesta copia negant, inimicos loqui terrent amplitudine potestatis. Nulla uacat questio prauitatu apud eos, qui qd uel inefficacissimas putat esse uirtutes. Profectus itaq; ab Ambianis Treuerisq; festinans, nuncio percellitur graui, qui Britannias indicabat barbarica conspiratione ad ultimam uexatas inopiam uastari, Dumq; Comitem maritimi tractus occisum, Effullosaudē ducem hostilibus insidiis circuuentum. Quibus magno cum horrore copertis, Seuerum etiam tum Domesticor; Comitem misit, si Fors casum dedisset optatum, correpturum fecius gesta q paulo postea, reuocata Iouinus eadem loca profectus praeventus idem celeri gradu, permisit adminicula petituris, exercitus ualidi, Id enim instantes necessitates flagitare, firmabant.

V

Postremo post multa & metuenda, quæ super eiusdem insulæ rumores assidui perferebant, electus Theodosius illuc properare disponitur, officiis martiis felicissime cognitus, ascita animis legionū & cohortiū pube tendebat præcunte fiducia speciosa. Et quanquā cū Constantis Principis actus cōponerem, motus adolescentis & senescentis oceani, tūq; Britannia pro captu uiriū explaui, ad ea quæ digesta sunt semel reuolui, superfluū duxi, ut Vlysses homericus apud Pheacas ob difficultatem nimiam replicare formidat. Illud tamen sufficere dicitur, quod eo tpe Pictū duas gentes diuisi Dicalidonas & Vecturiones itemq; Actacotti bellicosa hominū natio, & Scotti per diuersa uagantes multa populabantur. Gallicanos uero tractus Franci & Saxones idem confines, quo quisque erumpere potuit, terram uel mare prædis acerbis incendiisq; & captiuorū funeribus omniū uiolabant. Ad hæc prohibenda, si copiam dedisset Fortuna prosperior, Orbis extrema dux efficacissimus petens, cum uenisset ad Bononiæ litus, quod Asparo e controuerso terrarū angustis reciproci distinguitur maris, attolli horrendis æstibus affucti, rursusq; sine ulla nauigantiū noxa in speciem cōplanati campos. exinde transmeato lentius freto defertur Rutupias stationem ex diuerso tranquillā. Vnde cum cōsecuti Bataui uenissent, Etherūq; & uictoresq; fidentes uiribus muneris egressis tendentesq; ad Londinium uetus oppidum, quod Augustā posteritas appellauit, diuisis plurifariā globis, adortus est uagantes hostiū uastatorias manus, graues onere sarcinarū, & prope fusis qui uinctos homines agebāt & pecora, prædam excussit, quā tributarii perdidere miserrimi. Deniq; restituta omni præter partem exiguā impensam militibus fessis, mersam difficultatibus suis antehac ciuitatem, sed subito qua salus sperari potuit recreatā, momentis specie tenus lætissimus introiit. Vbi ad audenda maiora prospero successu elatus, totaq; scrutando consilia futuri morabatur ambiguus, diffusam uariarum gentium plebem, & ferocientem immaniter, non nisi per dolos occultiores & improuisos excursus superari posse, captiuorū confessionibus & transfugarū indiciis doctus. Denique edictis propositis, impunitateq; promissa, desertores ad procinctum uocabat, & multos per diuersa libero cōmeatu dispersos. Quo monitu redire pleriq; incertiū perciti rei & usque anxiiis curis Ciuilē nomine recturū, Britannis profectis à se poposcerat mitti uiriū acioris ingenii, sed iusti tenacem & recti, itidemq; Dulcinum ducem scientia rei militaris insignem. Hæc in Britannis agebantur. Africam uero iam inde ab exordio Valentiniani Imperii exurebat barbarica rabies, per procursus audentiores & crebris cædibus & rapinis intenta. Quam rem militaris agebat socordia, & aliena inuadendi cupiditas, maximeq; Romani nomine Comitibus, qui uenturi prouidus, transferendaq; in alios inuidiæ artifex, sæuitia morum multis erat exosus, hac præcipue causa, quod superare hostes in uastandis prouinciis festinabat affinitate Remigii, tunc magistri Officiorum confusus. Quo praua & contraria referente Princeps præ se ferebat ipse cautissimus, lachrymosa dispendia diutius ignorauit Afrorum. Gestorum autem per eas regiones

seriem

seriem plenam, Ætrurici Præsidis Legatorumq; mortem, & cætera luctuosa, cum adegerit ratio, diligentius explicabo. Et quoniā adest liber locus dicendi, quæ sentimus, aperte loquamur. Hunc Imperatorem omniū primū in maius militares fastus ad damna rerū auxisse cōmunium, dignitates opesq; eorū sublimius erigentem, & quod erat publice priuatimq; dolendū, inflexa sæuitia punientem gregariorum errata, parcentem potioribus, qui tanquā peccatis indulta licentia, ad labes delictorū immaniū consurgebant. Qui ex eo anhelantes exitio suo indistanter putant omniū pendere fortunas. Horū flatus & pondera inuentores iuris antiqui mollientes, & infontes quosdā aliquoties supplicii aboleri censuere letalibus. Quod sæpe contingit, cum ob multitudinis crimina nonnulli Sortis iniquitate plectuntur innoxii. id enim nonnunquā ad priuatorum pertinuit causas. At in Isauria globatim in peruicina digressi prædones, oppida uillasq; uberes libera populatione uexantes, magnitudine iacturarum Pamphiliam afflictabant & Cilicas. Quos cum nullis arcentibus interneciuæ cuncta disperdere Asiæ Vicarius ea tempestate Musonius aduertisset, Athenis atticis antehac magister rhetoricus, deploratis nouissimis rebus luxuq; adiuuato militari marcente, adhibitis semiernibus paucis, quos Diocmitas appellant, unum grassatorū cuneum si patuisset facultas adoriri conatus, per angustum quendam transiens deuexitatis anfractum, ad inuitabiles uenit insidias. & ibi cum his confossus est quos ducebat. Tali successu latrones prætumidos palantesq; per uaria confidentius, interfectis aliis quibus, ad latebrosa animantium saxa, quæ incolunt, excita tandem copia contruserūt. Vbi cum eis nec quiescendi, nec inueniendi ad uictū utilia, copia laxaretur, præter inducias pacem sibi tribui poposcerunt. Germanicopolitanis auctoribus, quorū apud eos ut signiferæ manus semper ualuere sententiæ. Obsidibusq; datis ut impatū est, immobiles diu mansere, nihil audentes hostile. Hæc inter Prætextatus Præfecturā urbis sublimius curans per integritatis multiplices actus & probitatis, quibus ab adolescentiæ rudimentis inclauit, adeptus est id quod raro contingit, ut cū timeretur, amorem non perderet ciuium minis firmari solitum, erga Iudices formidatos. Cuius auctoritate iustisq; ueritatis suffragiis tumultu lenito, quem Christianorū iurgia concitauerunt, pulsoq; Ursino, alta quies pari iam proposito ciuium Romanorum aptissima adolesebat gloria clari Rectoris cōplura & utilia disponētis. Nam & moenia transtulit omnia fabricari Romæ priscis quoque uti legibus. & discreuit priuatorum parietes ad ædibus sacris, iisdem inuerecunde conexos, ponderaque per regiones institutum uersas cum auuiditate multorum ex libidine thermas componentium, occurrere nequiret. In examinandis uero litibus ante alios id impetrauit (quod laudando Brutum Tullius refert) Ut cū nihil ad gratiam faceret, omnia tamen grata uiderentur esse, quæ faciebat. Sub idem ferè tempus Valentiniano ad expeditionem caute, ut rebatur, profecto, Alamannus Regalifrando nomine diu præstruens quod cogitabat, Moguntiacum præsidii uacuum cum expeditis ad latrocinandum latenter ir-

V ii

repsit. & quoniam casu Christiani ritus inuenit celebrari solēnitatem impredite huiuscemodi fortunatae uirile & muliebre sexus cum supellectile non parua indefensum abduxit. Paruo inde post interuallo, inopiam rei Romanae spes laetiorum affulsit. Cum enim Vidicabius Rex Vadomarii filius specie quidem molliculus & morbosus, sed audax fortis ardores in ossa per succenderet bellicos, opera nauatur impensior, ut qualibet comperta strage. & quia attentatus aliquoties nullo genere potuit superari uel praedae, fraude ceterioris uitae ministris studio sollicitante nostrorum occubuit. Cuius post necem aliquatenus hostiles torpuere discursus. Interfector tamen praemetu pernarum, quas uerebatur si patuisset negotium, ad Romanum solum se celeri transtulit gradu. Parabatur post haec lentioribus curis & per copias multiformes in Alamannos expeditio, solitis grauior, destinatus id publica tutela poscente, quia reparabilis gentis motus timebant infidi, milite nihilominus accenso. cui ob suspectos eorum mores, nunc infirmorum & supplicum, paulo post ultima minantium, nullae quiescendi dabantur induciae. Contracta igitur undique mole maxima cateruarum armis & subsidiis reibariae diligenter instructa, accitoque Sebastiano Comite cum Illyriis & Italicis numeris quos regebat, anni tempore iam recente, Valentinianus cum Gratiano Rhenum tramitibusque Rheni diuisis agminibus quadratis incedebat, Ionino & Seuero magistris rei Castrensium ordinum latera seruauantibus, ne repentino inuaderentur assultu. Protinusque inde ductantibus itinerum callidis exploratis accessibus per regiones longo itu porrectas sensim gradiens miles, irritator ad pugnandum, uelut repertis Barbaris minaciter infrendebat. Et quoniam aliquot diebus emensis nullus potuit qui resisteret inueniri, cuncta satorum & rectorum & quae uisebantur intacta cohortium manu uorax flamma uastabat, praeter alimenta quae colligi dubius rerum euentus adigebat & custodiri. Post haec lenior gressu princeps ulterius tendens, cum prope locum uenisset, cui Solicommo nomen est, uelut quodam obice stetit, doctus procurfantium relatione uerissima Barbaros longe conspectos, qui nullam ad salutem tuendam uiam superesse cernentes, nisi se celeri defendissent occursum. Vnde locorum gnaritate confisi, unum spirantibus animis montem occupauere praecelsum, per confragosos colles undique praeruptum & inuium, absque Septentrionali latere, unde faciem habet deuexitatem & mollem, signis ilico fixis ex more, cum undique ad arma conclamaretur, imperio Principis & Ductorum stetit regibilis miles, uexillum operiens extollendum, quod erat oportune subeunda indicium pugnae. Ergo quia spacium deliberandi aut exiguum dabatur aut nullum, hinc impatientia militis perterrente, inde horrenda circumsonantibus Alamannis, id consilium ratio celeritatis admisit, ut arctoam montium partem, quam clementer diximus esse procliuem, Sebastianus cum suis fugientes Germanos (si Fors ita tulisset) leui negotio cofossurus. quod haud placuit Maturato, Gratianoque apud signa Iouianorum retrocedente, cuius aetas erat etiam tum praeriorum impatiens & laborum.

Valentinianus

Valentinianus autem ut dux cunctator & tutus centurias & manipulos capite intacto consultans, nullo potentium in conscientiam arcani adhibito, remota multitudine stipatorum, speculatum radices aggerum aduolauit cum paucis, quorum industriam norat & fidem. praedicans, ut erat sui arrogans aestimator, inueniri posse aliam uiam ducentem ad arduos cliuos, praeter eam quam inspexere proculcatores. Per ignota itaque & palustres uligines deuius tendens, insidiatricis manus secutae per abrupta subito oppetiisset accursu, necessitatis adiumento postremo per labilem limum incitato iumento digressus limoque se gremiis immerisset, post abruptum periculum. cui adeo proximus ut galeam eius cubicularius ferens auro lapillisque distinctam cum ipso tegmine penitus interiret, nec postea uiuus reperiretur aut interfectus. Proindeque interficiendis corporibus dato signo erectoque, quod solet ad pugnam hortari, tubae minacium accedente clangore, fidentissimo impetu acies motas prompte ante alios praeteriere duo iuuenes lecti in principis adeundi discriminis Saluius & Lupicinus. scutarius unus, alterae Scholae gentilium fragore terribili concitantibus, hastasque crispando cum ad rupium obiecta uenissent, trudentibusque Alamannis euadere ad celsiora conantur. Aduenit huc omne pondus armorumque denique antesignanis per hirta dumis & aspera magno uirium nisu in aeditas sublimitates erepsit. Acri igitur partium spiritu conflictus cuspidibus tentatur infensus etiam hinc arte belli doctior miles inde licet feroces sed incauti barbari dexteris coiere collatis, quos latius sese pandens exercitus infusis utriusque cornibus afflictabat, per fremitus territus & equorum hinnitus & tubas nihilominus tamen ipsi assumpta fiducia restiterunt. aequataque parumper praeriorum forte haud parua mole certatum est, dum turmarum funeribus mutuis res gerebatur. Disiecti denique Romanorum ardore metuque turbati miscentur ultimis primi. Dumque in pedes uersi discedunt, uerutis hostilibus forabantur & pilis. Postremo dum anhelant currunt & fessi, pandebant sequentibus poplites & suras & ossa. Stratis denique multis, lapsorum partem Sebastianus, cum subsidiali manu locatus post montium terga, trucidauit incauto latere circumuentam. dispersi caeteri sylvarum se latebris amandarunt. In hac dimicatione nostri quoque oppetere non contemnendi. Inter quos Valerianus fuit Domesticorum omnium primus, & Natuspardo quidam Scutarius, & Sextus ita bellator, ut Sicinio ueteri comparetur & Sergio. Hisque tali casuum diuersitate peractis, milites ad hyberna, Imperatores Treueros reuerterunt. Per haec tempora Vulcatio Rufino absoluto uita dum administrarat, ad regendam praefecturam Praetorianam ab Urbe Probus accitus, claritudine generis & potentia & opum amplitudine cognitus Orbi Romano, per quem uniuersum penes matrimonia sparsa possedit, iuste an secus non iudicium id est nostri. Hunc quasi gemina quaedam, ut poetae fingunt, Fortuna praepetibus pennis uehens, nunc beneficium ostendebat & amicos sublimis erigentem, aliquoties insidiatorem dirum & per cruentas noxium similitates, & licet potitus quoad uixit ingentia largiendo & interuallando pote

states assiduas, erat tamen interdum timidus ad audaces, contra timidos celsior, ut uideretur, cum sibi fideret de cothurno tragiciquo, & ubi paueret omni humilior socco. Atque ut natantiu genus elemento suo expulsum, haud ita diu spirat in terris, ita ille marcebat absque Praefecturis, quas ob iurgia familiaru ingentium capeffere cogebatur nunquam innocentiu per cupiditates immensas. utque multa perpetrarent impunem dominu suu mergentia in Remp. Namque fatendum est, nunquam illa magnanimitate coalitus cliente uel seruo agere quicquam iussit illicitu. sed si eorum quenquam crimen ullum compererat admisisse, uel ipsa repugnante iustitia, non explorato negotio, sine respectu boni honestique defendebat. Quod uitium reprehendens ita pronuntiat Cicero. Quid enim interest inter suaforem facti & probatorem? aut quid refert utrum uoluerim fieri, an gaudea factum? Suspiciosus tamen & munitus suo pte ingenio fuit, & subamara arridens blandiensque interdum ut noceat. Id autem perspicuu est in eiusmodi moribus malu, & tum maxime, cum celari posse existimatur. ita implacabilis & direptus, ut si laedere quenquam instituisset, nec exorari posset, nec ad ignoscendum erroribus inclinari. Ideoque aures eius non ceris, ut pluribus, uidebantur obstructae. in summis diuitiaru & dignitatum culminibus anxius & sollicitus. ideoque semper leuibus morbis afflictus. Haec per Occidentales plagas rerum series fuere gestarum. Rex uero Persidis longeuus ille Sapor, & ab ipsis imperitandi exordiis dulcedini rapinarum addictus, post Imperatoris Iuliani excessum, & pudende pacis icta foedera, cum suis paulisper nobis uisus amicus, calcata fide sub Iouiano pactorum iniectabat Armeniae manum. ut eam, uelut placitorum abolita firmitate, ditioni iungeret suae. Et primo per artes fallendo diuersas, nationem hominum tentem dispendiis leuibus afflictabat sollicitus quosdam optimatu & Satrapas, alios excursibus occupas improuisis. Dein per exquisitas periuriisque mixtas illecebras captu Regem ipsum Arfacem, adhibituque in conuiuio, iussit ad latentem trahi postica. euque effossis oculis, uinctu cathenis argenteis, quod apud eos honoratis uanu suppliciorum estimatur esse solatiu, exterminauit ad castellum Agabana nomine. ubi discruciatu ceciderat ferro poenali. Deinde, ne quid intemeratu perfidia preteriret, Esauromate pulso, quem auctoritas Romana praefecit Iberiae, Aspauri cuidam potestatem huiusmodi detulit gentis diademate addito, ut arbitrio se monstraret insultare nostrorum. Quibus ita studio nefando perfectis, Cylaci spadoni & Artabanni, quos olim susceperit perfusas, comisit Armenia. Horum alter ante gentis Praefectus magister fuisse dicebatur Armeniorum. Iisdemque mandarat, ut Artogerassam intensiore cura excinderent, oppidum muris & uiribus ualidum, quod thesauros & uxorem cum filio Arfacis tuebatur. Iniere ut statutum est obsidium duces. & quoniam munimentu post minas feritate montana rigentes tunc caelo niuibus & pruinis, adiri non poterat, eunuchus Cylaces, aptusque ad muliebria palpamenta Artabannes ascito prope moenia ipsa deinde non admittenda saluti accepta propere uenit. & cum socio ad interiora susceptus ut postulauit, suadebat minaciter defensoribus & Reginae, motu Saporis inclemen-

tissimi

tissimi omnium lenire deditone ueloci. Multis post haec ultro citroque dictitatis, eiulanteque muliere truces mariti fortunas, proditores acerrimi copulsores in misericordia flexi mutauere consiliu, & spe potior erecti secretis colloquiis ordinarunt hora praestituta nocturna reclusis subito portis ualida manu erumpere, ualluque hostile cedibus aggredi repentinis. ut lateant id tentantes sollicitate se prodituros. Quibus religione firmatis, egressi biduque ad deliberandum quid capeffere debeant id sibi concedi clarius petisse asseuerantes in desideriam obsessores traduxerunt. & uigiliis quibus obscuritatem aeternus somnus ciuitatis aditu referato iuuentus exiuit uelox, passimque in somnis resolutos expeditis mucronibus repens cum castra nihil metuentium inuasissent iacentes multos nullis resistentibus trucidarunt. Haec inopina defectio necesse insperatae Persarum inter nos & Saporem discordiaru excitauere causas immanes. illo etiam accedente, quod Arfacis filium Param suadente matre cum paucis e monumento digressum susceptumque Imperator Valens apud Neocaesaream morari praecipitur, urbem Polemoniaca ponti notissimam, liberali uictu curandu & cultu. Qua humanitate Cylaces & Artabannes illecti, missis oratoribus a Valente auxilium, eundemque Param Regem sibi tribui, poposcerunt. Sed pro tempore adiuuentis negatis, per Terentium ducem Para reducitur in Armenia, rectorus interim sine ullis insignibus gentem. Quod ratione iusta est obseruatum, ne fracti foederis nos argueremur & pacis. Hoc comperito textu gestorum Sapor ultra hominem efferatus, concitus maioribus curis, Armenias aperta praedatione uastabat. Cuius aduentu territus Paraitidemque Cylaces & Artabannes nulla circumspectantes auxilia celsorum montium petiuere secessus, limites nostros determinantes & Lazicam. ubi per sylvarum profunda & flexuosos colles mensibus quinque delitescentes, Regis multiformes lufere conatus. Qui operam teri frustra contemplans fidere flagrante brumali pomiferis exultis arboribus, castellisque munitis & castris quae ceperat superata cum omni pondere multitudinis Artogerassam circumspecta, & post uarios certaminum casus laxatis defensoribus patefactam incendit. Arfacis uxorem erutam inde cum thesauris abduxit. Quas ob causas ad eas regiones Arintheus cum exercitu mittitur Comes, suppetias laturus Armeniis, si eos exagitare procinctu gemino tentauerint Persae. Inter quae Sapor immensum quantum astutus & cum sibi conduceret humilis & datus, societatis future specie, Param ut incuriosum sui per latentes nuntios increpabat, quod maiestatis regiae uelamento Cylaci seruiret & Artabanni. Quos ille praecipue blanditiarum illecebris interfecit, capitaque caesorum ad Saporem ut ei morigerus misit. Hac clade late diffusa, Armenia omnis perisset. uel propugnatoris Arinthei aduentu territi Persae eam incurfare denuo distulissent. hoc solo contenti, quod ad Imperatorem misere Legatos, petentes nationem ob eandem ut sub Iouiano placuerat non defendi. Quibus repudiatis Sauromaces pulsus, ut ante diximus, Iberiae regno cum duodecim legionibus & Terentio remittit. & eum anni Cyro iam proximam Aspacures orauit, ut socia potestate consobrini

V iii

regnarent, caufatus ideo se nec cedere nec ad partes posse transire Romanas, q̄ ultra eius filius obsidis lege tenebatur adhuc apud Perfās. Quæ Imperator doctus, ut concitandas ex hoc quoque negotio turbas consilio prudentiaq̄ molliret, diuisioni acquieuit Iberiæ, ut eam medius dirimeret Cyrus. & Sauromaces Armeniis finitima retineret & Lazis, Aspacures Albanæ Perfisq̄ contigua. His percitus Sapor pacis exclamans indigna, q̄ contra fœderum textum iuuarentur Armeniæ, & euanuerit Legatio quam super hoc miserat corrigendo, q̄ se non assentiente nec conscio diuidi placuit Iberiæ regnum, uelut obseratis amicitia foribus, uicinarum gentium auxilia conquirebat, suumq̄ parabat exercitum. ut serenata cœli temperie subuerteret omnia, quæ ex re sua struxere Romani.

AMMIANI . MARCELLINI

RERVM . GESTARVM

LIBER . VIGESIMVS

OCTAVVS



DVM apud Perfās (ut supra narrauimus) perfidia Regis motus agitāt insperatos, & in Eois tractibus bella rediuiua consurgunt, anno sexto decimo & eo diutius post Nepotianæ exitiū, sœuiens per Urbem æternā urebat cuncta Bellona, ex primordiis minimis ad clades excita luctuosas. Quas obliterasset utinā iuge silentiū. ne forte paria quandoque tententur, plus exemplis generalibus nocitura q̄ delictis. Ac licet ab hoc textu cruēto gestorum exquisite narrando iustus me retraheret metus multa reportantem & uaria, tamen præsentis temporis modestia fretus carptim ut quæq̄ memoria digna sunt explanabo. nec pigebit q̄ ex his quæq̄ apud ueteres acciderit timuerim docere succincte. Bello medico primo, cū dirupissent Asiam Perfæ, obsidentes militū molibus magnis, minantesq̄ defensoribus cruciabiles necesse, iniecere clausis necessitatem. ut omnes magnitudine malorum afflictī peremptis caritatibus propriis, proiectoq̄ in ignem mobili censu, arsfuros se certatim congererent in cōmunem pereuntis patriæ rogam. Hoc argumentū paulo postea digestum tumore tragico Phrynicus in theatrum induxerat Athenarum, paulisperq̄ iucunde auditus cum cothurnarius

cothurnarius stilus procederet lachrymosus, indignatione dānatus & populi arbitratu nō cōsolandi gratia, sed probrosa monendi quæ pertulerat amabilis ciuitas nullis auctoꝝ adminiculis fulta, hos quoq̄ dolores scenicis annumerasse fabulis insolenter, Miletū relegatus est. Erat enim Atheniensīū coloniali Miletus, deducta inter Ionas alios per Neleū filiū Codri, qui fert̄ pro patria bello se Dorico deuouisse. Sed ad proposita ueniamus. Maximinus regens quondā Romæ Vicariā Præfecturā, apud Sopianum Valerię opidū obscūrissime natus est, patre Tubulario Præficialis officii, orto à posteritate Carporum, quos antiquis excitis sedibus Diocletianus transtulit in Pānoniam. Is post mediocre studium liberalium disciplinarum, defensionemq̄ causarum ignobilem & administratas Corsicam itidemq̄ Sardinia, rexit deinde Thusciam. unde morato in itinere diutius successoribus gressus ad curandā urbis annonā etiā prouinciæ moderamina retinebat. eritq̄ in consideratione triplici inter exordia cautius. primo, q̄ recalebant in auribus eius parentis effata quid augurales alites uel cantus monerent oscinū apprime callentis adusque sublimia regimenta, sed peritusq̄ ferro pœnali. dein, q̄ nactus hominē Sardū, quē ipse postea per dolosas fallacias interemit ut circūtulit rumor, eliciēdi animulas noxias & præfagia sollicitare laruarum perq̄ gnarū, dū superesset ille timens ne proderet tractabilis erat & mollior. postremo, q̄ tanq̄ subterraneus serpens per humiliora reptando, nondū maiores funesq̄ excitare poterat causas. Principiū autē, unde latius se funditabat, emerfit ex negotio tali. Chilo ex uicario & coniux eius Maxima nomine, questi apud Olybriū ea tempestate urbi Præfectū, uitāq̄ suā uenenis petita asseuerantes, impetrarunt ut hi quos suspectati sunt ilico rapti cōpingerentur in uincula Organarius Sericus & Artolius palestrita & aruspex Campensis. Verū negotio tepescente propter diurnā morboꝝ asperitatē qua tenebat Olybrius, morarū impatientes hi qui rem detulerunt, libello petiuerunt oblato, ut examinandum iurgiū Præfecto mandaretur annonæ. idq̄ studio celeritatis concessum est. Accepta igitur nocendi materia, Maximinus effudit genuinam ferociam, pectori crudo asfixam. ut sæpe faciunt amphitheatrales feræ, diffractis tandem solutæ posticis. Cumq̄ multiformiter quasi in proluudiis negotium spectaretur, & quidam sulcatis lateribus nominassent nobiles aliquos tanq̄ usos artificibus lædendi per clientes aliosq̄ humiles natos reos & ludices, supra plantā (ut dicitur) euagatus tartareus cognitor, relatione maligna docuit principem, nō nisi supplicis acrioribus perniosa facinora scrutari posse uel uindicari, quæ Romæ perpetrare cōplures. His ille cognitis efferatus, ut erat acer uitioꝝ inimicus magis q̄ seuerus, uno proloquio in huiusmodi causas quas arrogant proposito maiestatis imminutæ miscebat omnes quos iuris prisce iustitia diuorūq̄ arbitria quæstionibus exemere cruentis, si postulasset negotium statuit tormentis affligi. utq̄ congeminata potestas erectaq̄ sublatius altiores consarcinaret erumnas, Maximino Romæ agere disposito pro Præfectis sociauit ad hæc cognoscenda, quæ in multorū pericula struebantur, Leonem Notarium, postea

postea Officiorum magistrum, Bustuarium quendam latronem Pannonium efflantem ferino rictu crudelitatem & iam ipsum nihilominus humani sanguinis auidissimum, auxit obstinatum Maximini ingenium ad lædendū aduentus collegæ similis & literarum cum ampla dignitate dulcedo. Ideoq; pedes huc & illuc exultando contorquens saltare non incedere uidebatur, dum studebat inter altaria celsius gradientes, ut quidam memorant, imitari Brachmanas. Iamq; lituis cladium concrepantibus, internarum rerū atrocitate torpentibus cunctis, præter multa cruda & immitia, quorum nec diuersitas comprehendendi nec numerus potest, mors Marini causæ defensoris eminuit, quem ut ausum Hispaniæ cuiusdam artibus prauis affectasse coniugium transeunter indiciorum fide discussa supplicio letali damnauit. Et quanq̄ existimo forsitan aliquos hæc lecturos exquisitè scrutando notare, strepentes id actum esse prius non illud, aut ea quæ uiderint prætermissa hætenus. faciendum est satis, q̄ non omnia narratu sunt digna, quæ per squalidas transiere personas, nec si fieri fuisset necesse, instructiões uel ex ipsis tabulariis suppeterēt. publicis tot calentibus malis, & nouo furore sine retinaculis summa miscente. cū iustitiam esse qd̄ timebatur, non iudicium aperte constaret. Tunc Cethegus Senator, adulterii reus delatus, ceruice periit abscessa. & Alypius nobilis adolescens ob leuem relegatus errorē. aliiq; humiles publica morte oppetiuerūt. In quorum miseris uelut sui quisq; discriminis imaginem cernens, tortorem & uincula somniabat & diuersoria tenebrarum. Eodem tempore etiam Hymetii, præclare indolis uiri, negotiū est actitatu. cuius hūc nouimus esse textū. Cum Africam proconsule regeret, Carthaginensibus uictus inopia iā lassatis ex horreis Romano populo destinatis frumentum dedit, pauloq; postea cum prouenisset segetum inopia integre sine ulla restituit mora. Verum quia dedisset modios singulis solidis indigentibus uenūdati emerat ipse tricenos interpretum compendium ad principis ærarium misit. Ideoq; Valentinianus per nundinationem suspicatus parum q̄ oportuerat missum, eum bonorum parte mulctauit. Ad cuius cladem exaggerandā id quoque iisdem diebus acciderat non minus exitiale. Amantius aruspex, ea tempestate præ cæteris notus, occultiore indicio proditus, q̄ ob praua quædam implenda ad sacrificandum ab eodem esset ascitus Hymetio, inductusq; in iudicium, quanq̄ incuruus sub eculeo staret, pertinaci negabat instantia. Quo inficiante, secretioribus chartis ab eius domo prolatis, commonitorium repertum est manu scriptum Hymetii, petentis ut obsecratores sacrorum solēniū numina erga se Imperatoris delinirent. Cuius ex extrema parte quædam inuectiua legebatur in principem ut auarum & truculentum. Hæc Valentinianus relatione indicum doctus, asperius interpretantium facta, uigore nemo in negotium iussit inquiri. Et quia Frontinus consularius antedicti minister fuisse conceptæ præcationis arguebatur, concisus uirgis atque confessus ablegatus est in exilium ad Britannos. Amantius uero damnatus postea rerum capitalium interiiit. Post hanc gestorū seriem Hymetius ad oppidum ductus Otriculum, audiendus

diendus ab Ampelio, urbi Præfecto & Maximino Vicario. confestimq; perducendus, ut apparebat, data sibi copia rectius Imperatoris præsidium appellauit. nominisq; eius per fugio tectus seruabat incolumis. Super hoc Princeps consultus Senatui negociū dedit. Qui cum rem librata iustitia cōperisset, eūq; ad Boas Dalmatiæ locū exterminasset, egre Imperatoris iracundiā tulit. p̄citi uehementer, q̄ hominē addictū ut ipse proposuerat morti, clemētiori sententia didicerat plexū. Ob hæc & huiusmodi multa, quæ cernebant, paucis nominibus timeri sunt cœpta. & ne tot malis dissimulatis paulatimq; serpentibus acerui crescerent erumnarū, nobilitatis decreto Legati mittunt Prætextatus ex urbi Præfecto, & ex Vicario Venustus, & ex Consulari Mineruius. oraturi, ne delictis supplicia sint grādiora, neue Senator quisq; in uisitate & illicito more tormentis exponeretur. Qui cū intromissi in consistoriū hæc referrent, negantem Valentinianū se id statuisse, & calumnias perpeti clamitantē moderate. Sed arguit Quæstor Eupraxius. hacq; libertate emendatum est crudele cœptū, supergressum omnia diritatis exempla. Circa hos dies Lollianus primæ lanuginis adolescens, Lampadii filius ex Præfecto, exploratus causam Maximino spectante conuictus, codicem noxiarū artium nondū per atatem firmatum consilio descripsisse, exulq; mittendus, ut sperabat, partis impulsu, prouocauit ad Principem. & iussus ad eius Comitatum duci, de fumo (ut aiunt) in flāmam traditus Flalangio Beticæ consulari cecidit funesta carnificis manu. Super his etiam Tarracius Bassus postea urbi Præfectus, & frater eius Camenius, & Martianus quidā, & Eufasius, omnes Clarissimi, arcessiti in crimen, q̄ eiusdē conscii ueneficii aurigā fouere dicebant Aucheniū, documentis etiā tum ambiguis, suffragante absoluti sunt Victorino, ut dispersus prodidit rumor, qui erat amicus Maximino iunctissimus. Nec minus scemina quoque calamitatu participes fuere similiū. Nam ex hoc quoq; sexu peremptæ sunt uirgines aliæ cōplures, adulterioꝝ flagitiis obnoxia uel stuproꝝ. Inter quas notiores fuere Claritas & Fluiiana. Quarū altera cū duceret ad mortē, indumento quo uestita erat abrepto, ne uelamen quidē secreto mēbroꝝ sufficiens, retinere permissa est. Ideoq; carnifex nefas admisisse cōuictus immane, uiuus exustus est. Pafius quietiā & Cornelius Senatores ambo uenenoꝝ artibus polluisse cōfessi, eodē p̄nunciante Maximino sunt interfecti. Pari sorte etiā Procurator monetæ extinctus est. Sericū eñ & Arboliū supra dictos cū hortaret passim nominare quos uellent, adiecit & religione firmarat, nullū igni uel ferro se puniri iussurū, plumbi ualidis ictibus interemit. Et post hæc flāmīs Cāpensē aruspice dedit, in negotio eius nullo sacramento constrictus. Oportunū est, ut arbitror, explanare nūc causam, quæ ad exitiū præcipitem Aginatiū impulit, iā inde à prisca maioribus nobilē, ut locuta est p̄tinacior fama. nec enim super hoc illa documentorū rara est fides. hanelans flatu superbo Maximinus etiam tum Præfectus annonæ, nactusq; audaciæ incitamenta non leuia, tendebat ad usque Probi contemptum, uiri summatum omnium maximi, iureq; Præfecturæ Prætorianæ regentis prouincias. Quod

Quod Aginatus indignissime ferens, dolensq; in examinandis causis Maximianum ab Olybrio sibi prælatum, cum esset ipse Vicarius Romæ, familiari sermone docuit Probum occulte, facile uanū hominem recalcitrantem sublimibus meritis posse opprimi, si ille id fieri censuisset. Has literas (ut quidā asseuerabant) Probus ad Maximinū, eruditiores iam in sceleribus, cōmendatumq; principi pertimescens, nullo conscio præter baiulum misit. Hisq; recitatis ita homo ferus exarsit, ut machinas omnes in Aginatum deinde cōmoueret, uelut serpens uulnere noti cuiusdam attritus. Accessit his alia potior insidiarum materia, quæ eundem Aginatum obruit. Victorinum em̄ defunctum insimulabat, ut Maximini actus dum supererat uenditantes. cuius ex testamento legata ipse sumpserat non aspernanda. Pariq; petulantia Anerisæ quoque eius uxori lites minabatur & iurgia. Quæ hæc metuens, ut Maximini etiā muniretur auxilio, finxit maritum in uoluntate quam considerat nuper argenti tria millia pondo eidem reliquisse, qui auiditate nimia flagrans, nec enim hoc quoque uitio caruit, petit hereditatis medietatem. Verum etiā hoc ut rarū sufficienti nequaquam contentus, aliud cōmentus est (ut arbitrabatur) honestum & tutum, & ne amitteret amplam sibi oblatā lucrandi uberis patrimonii, Victorini priuignam Anepsisæ filiam petit filio coniugem. idq; assentiente muliere prompte firmatum est. Per hæc & alia simili mœre deflenda, quæ decolorabant speciem Urbis æternæ, grassabatur per strages multiplices fortunarū homo cum gemitu nominandus ultra forenses terminos semet extentans. nāq; & resticulam de fenestra Prætoris quadā remota dicitur semper habuisse suspensam, eius summitas quædam uelut clam usam colligaret nullis quidem iudiciis fultas & nocitura insontibus multis & Murianum Barbarumq; apparitores aliquoties discretim trudi iubebat ad fallendum arctissimos. Hi tanquam eiulando casus, quibus se simulabant oppressos, iudicis exaggeranda crudelitate remedium nullum aliud reis ad optinendam uitā superesse eadem replicando sæpe asseuerabant, ne criminibus magnis petissent nobiles uiros, quibus ad sui societatem annexis facile eius absolui posse firmabant. ob quæ impia uilitate ultra apposita iam pergente, manus uinculis sunt arctate complurium. ortuq; nobiles inculti uidebantur & anxii. nec eorum culpari quisq; debuit, cum salutantes humum penè curuatis contingentibus membris persæpe clamantem audirent spiritus ferini latronem, nullum se inuito reperiri posse insontem. Quæ uerba effectui prope iuncta terruissent profecto Numæ Pompilii similes & Catonem. Prorsus enim sic agebatur, ut nec in alienis malis quorundam exarescerent lachryme, quod in uariis & confragosis actibus uitæ plerūq; contingit. à iure tamen iustitiæq; crebro discedens ferreus cognitor erat, uno quasi præcipuo tolerabilis. interdum enim exoratus parcebat aliquibus, quod prope uitium esse in hoc loco legitur apud Tullium. Nā si implacabiles iracundiæ sunt, summa est acerbitas. sin autem exorabiles, summa leuitas. quæ tamen, ut in malis, acerbitati anteposenda est. Post hæc prægresso Leone, acceptoq; successore ad principis

Principis Comitatum Maximinus accitus, auctusq; Præfectura Prætorianā, nihilo lenior fuit, etiam longius nocens, ut basilisci serpentes. In id tempus aut non multo prius, scopæ florere sunt uisæ, quibus nobilitatis curia mundabatur. Idq; portendebat extollendos quosdam despiciatissimæ sortis ad gradus potestatum excelsos. Et quilibet tempestiuum est ad ordinem redire cęptorum, tamen nihil impedituri temporis cursus immorauimus, paucis quæ per iniquitatem curantium Vicariā Præfecturā in Vrbe contra quæ oportuerat gesta sunt, quia ad nutum Maximini & uoluntatem iisdem ministris uelut apparitoribus gerebantur. Post hunc uenit Ursicinus ad mitiora propensior, qui quā cautus esse uoluit & ciuilibus retulerat Esaiam, cum aliis ob cōmissum adulterium in Rufinam detentis, Marcellum maritū eius exagente in rebus reum imminutæ maiestatis deferre conatis, ideoq; ut cunctator contemptus, & ad hæc fortiter exequenda parum conueniens quæ efficere testate discessit. Huic successit Hemonensis Simplicius Maximini consiliarius ex grāmatico post administratā, nec erectus nec timidus, sed obliquo aspectu terribilis. Qui compositis ad modestiā uerbis acerba meditabatur in multos. Et primo Rufinam cum uniuersis auctoribus adulterii cōmissi uel conscii interfecit, super quibus Ursicinum rettulisse prædiximus aliās. deinde complures, nullo noxiorum discrimine uel insontium. Marcente em̄ certamine, cum Maximino uelut antepilano suo contendens, superare eum in succidendis familiaritū nobilium neruis studebat, Busirim ueterem & Antacum imitatus & Phalarin uitæ truci solus deesse uideretur agrigentinis. His in hunc modum ac talibus exactis, Hesyctā quædam matrona ob intentatum crimen in domo apparitoris, cui custodienda est tradita, multa pertimescens & seua, fulcro plumeo uultu contracto incubuit, & animam ocluso narium spiramento effudit. Ad iunctum est his aliud haud mitius malum. Eumenius em̄ & Abienus, ambo ex cœtu amplissimo, infamati sunt Maximino in Fausianā scēminā non obscuram post Victorini obitū, quo iuuante uixere securius Simplicii aduentu præterire facta non secus uolentes magna cum nimis ad secreta receptacula se contulerunt. Sed Fausiana damnata inter eos recepti uocatiq; edictis semet abstrusus amandarunt. quorum Abienus apud Anepsiam diu delitescebat. Sed ut solent insperati casus aggrauare miserabiles clades, Apaudulus nomine feruus Anepsisæ, uerberate coniugis dolore percussus, negotium ad Simplicium detulit nocte progressum. missiq; apparitores, indicatos è latebris abstraxerunt. & Abienus quidem exaggerato crimine stupri, quod intulisse dicebatur Anepsisæ, morte mulctatus est. Mulier uero ut continendæ uitæ spem firmā dilecto possit habere supplicio, appetitam se nefariis artibus uim in domo Aginatii perpeffam asseuerauit. Hæc ut gesta sunt mugitus ad principem Simplicius reddidit, agensq; ibi Maximinus, infestus ob causam quam supra docuimus Aginatio, simultate unā cum potestate in maius accensa impense ut rescriberetur eum occidi, & impetrauit facile male sanus incitator & potens, metuensq; grauioris inuidiæ pondus, ne pronuntiantē Simplicio & con-

filiaro suo & amico periret homo patritiæ stirpis, retinuit apud se paulisper
 imperiale præceptum, herens & ambigens, quem nam potissimum execu-
 rem atrocis rei fidum inueniret efficacem. Tandemq; ut solent pares facile
 congregari cum paribus, Doriforianus quidam repertus est Gallus, audax
 adusque insaniam. cui hanc operam implere breui tempore pollicito differri
 prouidit Vicariam, & cõmonitorium cum Augusti literis tradidit, instruens
 hominem sæuū quidem, sed rudem, qui celeritate Aginatium sine ullo dede-
 ret obstaculo, dilatione qualibet inuenta forsitan euasus. Festinauit, ut man-
 datū est, Doriforianus magnis itineribus Romā. & inter intrandi initia, ma-
 gna queritabat industria, quæ Senatorem perspicui generis interficere, iuuan-
 tibus nullis. Cognitoq; eū iam pridem repertū in uilla propria custodiri, ipse
 tanq̃ capita fortitū perq; Anepsiā horrorem & tenebrarū audire disposuit. Quo
 tempore habitare solent obstrictam terroribus mentem. & inter innumera
 multa Ajax quoque homericus docet, optans perire potius luce, q̃ pati for-
 midinis argumenta nocturnæ. Et quia ludex, quinimmo prædo nefandus,
 ad id solum qd̃ promisit intentus, cuncta extollebat in maius, iusso sub Agi-
 natio statui, agmina fecit introire carnificū, cathenisq; sonatibus triste, man-
 cipia squalore diuturno marcentia in domini caput adusque ultimū lacerabat
 exitium. qd̃ in stupri quæstione uetere fieri clementissimæ Leges. Deniq; cū
 iā contigua morti tormenta ancillæ uoces expressissent obliquas iudiciis, fide
 pari iā plene discussa, Aginatus ad supplicium duci pnunciatur abrupte, nec au-
 ditur cū magnis clamoribus appellaret nomina Principū sublimis raptus oc-
 ciditur. pari sententia Anepsiā interfecta. Hæc agitante cū adesset per que
 emissarios cū procul ageret Maximino, funera Urbis deplorauit æternæ. Sed
 ut cessarunt ultimæ diræ cæsoꝝ. Nāq; ut postea tempestiue dicitur, & idem
 Maximinus sub Gratiano intoleranter se efferens, damnatorio iugulatus est
 ferro, et Simplicius in Illyrico truncatus, & Doriforianū pronunciatū capitis
 reū trufumq; rettuliano in matre cõsilio princeps exinde rapiūt, reuersumq;
 ad lares, is per cruciatus oppressit immensos. Nunc unde fluximus, reuer-
 tamur. Is urbanarum rerum status, ut ita dixerim, fuit. At Valentinianus
 magna animo concipiens & utilia, Rhenum omnem à Rhetiarū exordio ad-
 usque freta oceani magnis molibus commouebat, castra extollens altius & ca-
 stella, turresq; assiduas puias per habiles locos & oportunos, qua Galliarum
 extenditur longitudo, nōnunq̃ etiā ultra flumen ædificiis positis subradens
 barbaros fines. Deniq; cum reputaret munimentum celsum & tutum, qd̃
 ipse à primis fundarat auspiciis, præterlabente Nicro nomine fluuio paula-
 tim subuerti posse undarū pulsu immani, meatū ipsum aliorsum uertere cogi-
 tauit. & quæsitis artificibus peritis quare rei, copiosaq; militis manu, arduū
 est opus aggressus. Per multos enim dies compaginatæ formosæ roboribus
 coniectæq; in alueū fixis refixisq; aliquoties prope ingentibus stilis, fluctibus
 erecti cõfigebant, auulsæq; uigurgitis interna uice, tamen Imperatoris uehe-
 mētor cura & morigeri militis labor mentotenus dū operaret sepe demersit.

Tandem

Tandem non sine quorundam discrimine castra præsiaria inquietudine in-
 gentis amnis exempta nunc ualida sunt, ac talibus lætus exultansq; pro ani-
 mi & corporis tutela, conducens Reip. triduum ut operi Principis congrue-
 bat, ratusq; ad id aptissimos qd̃ deliberabat implendum, trans Rhenum in-
 mote Piri, qui barbaricus locus est, munimentū extruere disposuit raptim.
 utque celeritas effectū negotii faceret tutum, per Syagrium tunc Notarium,
 postea Præfectū & Consulem, Oratorem monuit Ducem, ut dum undique
 actum esset silentiū, id arripere conaretur. Transiit cum Notario Dux, ut ius-
 sum est statim, fodereq; per militem quē duxit fundamenta exorsus, Hermo-
 genem susceperat successorem, eodemq; puncto quidā optimates Alamanni
 uenere obsidium patribus, quos lege fœderis mansuræq; diutius pacis haud
 aspernanda pignora tenebamus. Qui flexis poplitibus supplicabant, ne Ro-
 mani securitatis improuidi, quoꝝ fortunā sempiterna fides cœlo contiguam
 fecit prauè deficerent, ut pro re pactisq; calcatis redderentur ad ueniā. Verū
 hæc & similia loquentes incassum, cū nec audiret, nec qui cū aliquid uel mit-
 tere ferri sentirent, filiorum flentes exitium discesserunt. iisdemq; aggressis ex
 abdito collis propinqui, in barbaricos prosiluit globos, optimatibus dū dan-
 da responsa, ut intelligi dabatur operiens adortus multos seminudos humū
 etiā tum ante se expeditū agilter gladiis occabant. Inter quos etiā duces am-
 bo sunt cæsi. Nec indicaturus gesta superfuit quisq; præter Syagriū, qui deletis
 omnibus, ad tutū reuersum, irati sententia principis, sacramēto exutus, abiit
 ad lares Icon meruisset & scæso iudicatus arbitrio, q̃ euaserit solus. Hæc
 inter per Gallias latrociniarū rabies sæua scatebat in perniciem multorū ob-
 seruans celebres uias, fundensq; indubitanter quicquid inciderit fructus sub-
 deniq; præter complures alios, quos assumpserunt insidiæ tales. Constantia-
 nus tribunus stabuli impetu est clandestino exceptus, moxq; interfectus Va-
 lentini affinis Cærealis & Iustinæ germanus. At procul tanq̃ horū similia ar-
 dentibus furiis per omne latus morato, Cupieni grassatores acerrimi uaga-
 bantur uici huius nominis incolæ in Syriā prope Apameam iā positi minimū
 quantū numero & exquisitis fallaciis abundantes, ideoq; formidati, q̃ merca-
 torū militūq; honoratoꝝ species in extremo illo die fusi opimas domos & uil-
 las & opes peruadabant, nec quisq; aduentū eoꝝ cauere poterat inopinū, non
 destinata, sed uaria petentiū & longinqua, & quacq; uentus duxerat corrup-
 pentiū. Quā ob causam præ cæteris hostibus saxa uestumentur ut repentini,
 & tam libet coniuratus multoꝝ opes attribuerint, utroque concepti
 furoris exagitatis r ese dedere luctificas sanguinis nihilominus auidi q̃ præ-
 darum reme per minutas gesta narrando enus, operis im-
 pediam cursum, id unum sufficet eoꝝ exitiale poni cõmertium. Quæsitus in
 unum impioꝝ hominū globus imitus rationalis officiū ipsumq; Iudicem ue-
 spertinis tenebris lugubre clamante preconē, ciuitatē ingressi ambitionem do-
 mum cuiusdā primatis, ut proscripti iussiq; interfici, eum gladiis obsederūt,
 raptaq; supellectili preciosa, quia subito percussī familiares hebetatis sensu

X ii

bus non defenderant dominum, casis pluribus ante reuolutam lucem gressu discessere ueloci. Verum cū exuuiis reperti multoꝝ pariendi dulcedine prætermitteret, at interceptā imperiali motu oppresserūt, interire omnes ad unum, eorūq; soboles praua etiā tum, ne ad parentum exempla succresceret, pari sorte deleta, & lares euersi, quos ambitiose luctuosos alioꝝ dispendiis construxerunt. Et hæc quidem textu processere narrato. Theodosius uero dux non minus inclyto animo uigore collecto, ab Augusta profectus, quā ueteres appellauere Londiniū, cū milite industria cōparato solerti, uersis turbatisq; Britannorum fortunis, opem maximam tulit, oportuna ubique ad insidiandū Barbaris præueniens loca, nihilq; gregariis imperans, cuius non ipse primitias alacri capefferet mente. hocq; genere cum strenui militis munia & præclari Ducis curas expleret, fuis uariis gentibus & fugatis, quas insolentia nutriende securitatem aggredi Romanas Res inflāmabat, in integrum restituit ciuitates & castra multiplicibus quidem damnis afflicta, & ad quietem temporis longi fundata. Euenerat autem eodem hæc agente facinus dirum, erupturum in periculum graue, ni inter ipsa conatus principia fuisset extinctū. Valentinus quidem in Valeria Pannoniæ, superbi spiritus homo, Maximini illius exitialis Vicarii postea Præfecti, coniugis frater, ob graue crimen actus in Britannias exul, quietis impatiens malefica bestia ad res perniciosas conurgebat & nouas, in Theodosium tumore quodā, quem solum resistere posse nefandis cogitationibus aduertebat, multo tamen clam palamq; circūspiciens, crescente statu crudelitatis immensę exules sollicitabat & milites, pro temporis captu auroꝝ illecebricas pollicendo mercedes. Iamq; propinquante temptatorum effectū, doctus hæc unde conuenerat, dux alacrior ad audendum, & corde celso ad uindictam compertorum erectus, Valentinum quidem, cum paucis arcta ei societate iunctissimis, lætali pœna plectendos Dulcitio dederat duci, militari scientia uero, qua superabat præsentis futura coniciens, de coniuratis quæstiones agitari prohibuit. ne formidine sparsa per multos, reuiuiscerent prouinciarum turbines compositi. Hinc ad corrigenda plura conuersus & necessaria, periculo penitus dempto, cum aperte constaret nulla eius propitia deseruisse Fortunam, instaurabat urbes & præsidaria (ut diximus) castra, limitesq; uigiliis tuebatur & prætenturis. recuperatamq; prouinciam, quæ in ditionem concesserat hostium, ita reddiderat statui pristino, ut eodem referente & Rectorem haberet legitimum & Valentia deinde uocaretur arbitrio principis uelut oua cunctudino nuntio inest. Hæc iam præcipua Arcanos, genus hominū a ueteribus institutum, super quibus aliqua in actibus Constantis rettulimus, paulatim prolapsos in uitia, a stationibus suis remouit aperte conuictos acceptarum promissarūq; magnitudine prædarū allectos, quæ apud nos agebantur aliquoties barbarico dedisse. Id enim illis erat officiū ultro citroq; per longa spatia discurrentes, uicināq; gentiū strepitus nostris ducibus intimarēt. Ita spectatis sine antedictis rebus, aliisq; administratis similibus, ad Comitatum accitus,

tripudians

tripudiansq; relinquens prouincias, ut Furius Camillus uel Curfor Papyrius, uictoriis crebris & salutaribus erat insignis, & fauore omniū adusq; fretum deductus, leni uento transgressus, uenit ad commilitium principis. cūq; gaudio susceptus & laudibus in locum Valentis Iouini successit, quo equorū copias tuebatur. Diu multumq; a negotiis digressus urbanis, adigente cum illo foris gestorū, ad ea strictim exequenda regrediar, exorsus ab Olybrii Præfectura tranquilla nimis & leni. Qui nunq; ab humanitatis statu deiectus, sollicitus erat & anxius, ne quod usq; factum eius aspectu inueniretur aut dictū, calumniarum acerrimus insectator, fisci lucra unde poterat circūcidens, iustorumq; disiunctor & arbiter plenus, in subiectis admodū temperatus. Sed obnubilabat hæc omnia uitium, parum quidem nocens rei cōmunis, sed in alto Iudice maculosum, qd̄ citeriorem uitam pene omnem uingentem in luxum per argumenta cæca amoresq; peregerat, nec uetitos, nec incestos. Post hunc urbem rexit Ampelius, cupidus ipse quoque uoluptatum, Antiochiæ genitus, ex magistro Officiorū ad Proconsulatū geminum, indeq; multo postea ad Præfecturæ culmen euectus. & ad populi fauorem adipiscendū aptissimus, nonnunq; tamen rigidus, atque utinam in proposito perseverans. Correxisset enim ex parte, licet exigua, irritamenta gulæ & ganeas tetras, ni flexus in molliora amisisset gloriam diu uicturam. Næque statuerat, ne taberna uinaria ante horam quartam aperiretur, neue aquam uulgariū calefaceret quisq;, uel adusque præstitutū diei spacium lixæ coctam proponerent carnem, uel honestus quidā mādens uideretur in publico. Quæ probra aliaq; his maiora, dissimulatione iugi neglecta, ita effrenatius exarserūt, ut nec Epimenides Idæ Cretensis, si fabularū ritu ab Inferis excitatus redisset ad nostra, solus purgare sufficeret Romam. tanta plerofque labes insanabiliū flagitiorum oppressit. Et primo nobilitatis, ut aliquoties pro locorū copia fecimus, dein plebis digeremus errata, incidentia ueloci constringentes excessu. Prænominum claritudine conspicui quidam, ut putant, in immensum semet extollunt, cum Reburri & Fabunii & Pagonii Gereonesq; appellentur ac Dalii, cum Tarracus & Perrafusq; ita decet sonantibus originū insignibus multis. Nonnullos fulgentes sericis indumentis, ut ducendos ad mortem, uel ut sine diritate omnes loquamur progressæ exercitu arma cogites manipulatim conitato fragore sequitur multi, dum seruorum talibus comitantibus singulos quinquaginta ministris tholos introierint balnearū, ubi sunt nostrum minaciter clamant, apparuisse subito ignota compererint, in aut oppidanæ quondā prostibulū plebis, uel meritorii corporis uetere lupa, certatim concurrunt, palpantesq; aduenam deformitate magna blanditiarū ita extollunt, ut Semiramis Parthi, uel Cleopatrá Egyptii, aut Artemisiam Cares, uel Zenobiam Palmyreni. Et hæc admittunt hi, quorum apud maiores censoria nota Senator afflicta est, ausus dum adhuc non deceret præsentem cōmuni filiam cōiugem osculari. Ex his quidam cū salutari pectoribus oppositis cœperunt, osculanda capita in modum Taurorū minacium obliquantes, adulatoribus

offerunt genua suauanda uel manus. id illis sufficere ad beate uiuendū existi-
 mantes, & abundare omni cultu humanitatis peregrinū putantes. cuius for-
 te etiā gratia sunt obligati. interrogatū, quibus thermis utatur aut aquis, aut
 ad quā successerit domū. Et cū ita graues sint & cultores uirtutū, ut putant,
 siuentoris undelibet, ne quos aut aurigas quendā didicerint nuntiasse Italos
 ter imminet uident & percunctantur, ut Tyndaridas fratres eorū suspexisses
 maiores cum priscis illis uictoriis indicatu gaudio cuncta cōplessent. horū do-
 mus otiosi quidā garruli frequentant uariis assentandi figmentis ad singula
 interioris Fortunæ uerba ridentes parasitorum in comœdiis etas affe-
 ctando. Etenim illi sufflant milites gloriosos obsidiones & pugnas uirum mil-
 lia hostium iisdē ut heroicis æmulis assignantes. ita hi quoque calumniarū con-
 structionibus alta fronte suspensas mirando atque parietes lapidum cirūspe-
 ctis coloribus nitidos ultra mortalitatem nobiles uiros extollunt. Poscuntur
 etiā in connubiis aliquoties trutinæ, ut appositi pisces & uolucres ponerentur
 & glires. quorum magnitudo sæpius licitata nō sine tædio præsentium ut
 antehac inusitata laudatur assidue. maxime cum hæc eadem numerantes no-
 tarii triginta prope assistentes cum thecis & pugillaribus tabulis ut deesse lo-
 cus magister ludi literarii uideretur. Quidam detestantes ut uenena doctri-
 nas, Iuuenalem & Marium Maximum curatiore studio legunt, nulla uolu-
 mina præter hæc in profundo otio contrectantes. Quam ob causam non iu-
 dicioli est nostri cum multa & uaria pro amplitudine gloriarum & generum
 lectitare debent, audientes destinatum pœnæ Socratem coniectumq; in car-
 cerem perrogasse quondā excite lyrici carmen Stesichori modulantē, ut doce-
 ret id agere dum liceret. Interroganteq; musico, quid ei poterit hoc prodesse
 morituro postridie? respondisse, ut aliquid sciens amplius è uita discedā. Ita
 autē pauci sunt inter eos seueri uindices tectorū. ut si aquam calidā tardius at-
 tulerit seruus recenter afflictus uerberibus iubeatur, si hominē sponte occi-
 derat propria instante plurimis ut damnetur iremus dominus hætenus ex-
 clamat, quid faciat ma-
 ceps ausus fuerit cortu-
 mosus & nequā. Et si quis di dein-
 tis autem hoc apud eos est nunc
 quod expedit peregrinos rure interficere cuiuslibet quanq̄ rogatus ad conui-
 uū excusare. defectum em̄ patrimonii oppidi perpeti senator existimat, si is
 defuerit, quē aliquoties libratis sententiis inuitauerit semel. Pars eorū si agros
 uisuri processerint lōgius, aut alienis laboribus uenaturi, Alexandri Magni iti-
 nera se putant æquiperasse uel Casaris. aut si à lacu Auerni lēbis inuecti pictis
 puteolos uelle certamen, maxime cum id uaporato audeant tempore, ubi si
 inter aurata flabella laciniis fertis infiderint muscæ, uel per foramen umbracu-
 li pensilis radiolus irruerit Solis, quæruntur q̄ non sunt apud Cymericos
 nati. Dein, cum à Syluani lauacro, uel Mammeæ aquis ut dictitant sospira-
 libus, ut quisquā eorum egressus tenuissimis se terferit linteis solitis presto-
 riis ueste luce nitentes arbitria diligenter explorant quæ unam p-
 tur sufficienter ad induendos homines undecim. tandemq; electis aliquot
 inuolutos

inuolutos receptis annulis quos ne uiolentus morbus famulo tradat digi-
 tis emetatis, ne id enim uero si quibus in mil-
 gens digressus rit in æ, ut pro uestibus tali præsentē
 irio lenii præsul existimatus cæteri taciturni dicta soli
 aspernarentur paterfamilias tectu rant aliena & placentia referrent
 & utile pleraque fallendo quædā ex his, licet rari, aleatorum uoca-
 bulū declinantes, ideoq; se cupientes appellari Inter quos tantum
 differt, quantum inter fures & latrones. Hoc tamen fatendum est, q̄ cum
 omnes amicitia Romæ tepescant, aleariæ solæ, quasi gloriosis quæsitæ su-
 doribus, sociabiles sunt & affectæ nimis, firmitate plena connixæ. Vnde qui-
 dam ex his gregibus inueniuntur ita concordēs, ut Quintilios existimes fra-
 tres. ideoq; uidere licet, ignobilem artis tesserariæ, callentem arcana, ut Ca-
 tonem Portium ob repulsam præturæ, nec suspectam antea, nec speratam
 incedere grauitate composita mœstiolem, q̄ & in maiore conuiuio uel con-
 sessu proconsularis quidam est antelatus, subrident aliqui curiosos homi-
 nes, senes aut iuuenes, orbos uel coelibes, aut etiam uxores habentes & libe-
 ros. Nec enim hoc titulo discrimen aliquod obseruatur ad uoluntates ton-
 dendas allicientes potest regis miris. qui cū postremis iudiciis ordinatis qua-
 bona reliquerint his, quibus morem gerendo testati sunt, ilico pereunt, ut id
 impleris horæ fato rem operiente, nec puteos nec facili potest ægritudo te-
 stament comitatu est his quisquam cum dignitate licet
 uice tumida gradiens notos antira obliquato contuetur affectu.
 ut post captas Syracusas existimes reuertimus Marcellum. Multi apud eos,
 negantes esse superas potestates in cælo, nec in publico prodeunt, nec pran-
 dent, nec lauari arbitrantur se cautius posse, anteq̄ ephemeride scrupulose
 sciscitata didicerint, ubi sit, uerbi gratia, signum Mercurii, uel quotam Can-
 cri sideris partem polum discurrens obtineat Luna. Alius si creditorem su-
 um flagitare illectiuo aduerterit debitum, ad Aurigam confugit, audentem
 omnia prælicenter, eumq; ut beneficum curat urgeri. unde non nisi reddita
 cautione dispendioq; afflictus graui discedit, & additur huic, debitorem uo-
 luntarium includit ut proprium negante eius profectionem absoluit. Parte
 alia, uxor (ut prouerbium loquitur uetus) eadem incude diu noctuq; tun-
 dendo maritum, testari compellit. hocq; idem ut faciat uxor, urget maritus
 instanter. Et periti iuris altrinsecus asciscuntur, unus in cubiculo, alter eius
 emulus in triclinio, repugnantia tractaturi. Iisdemq; subseruntur genitali-
 um exteruit. hinc interpretes controuersi, hinc præfectus pal-
 profusius largientes & sepulturas diuitum matronarum inde ad exequias
 uirorum fama aduentantes necessaria parari oportere inuuentes & testa-
 tura ancilla suapte natura pallidi aspirati pridie consumpta defun-
 cta um Romæque, ut Tullius ait, nec in rebus humanis quic-
 quam hos norunt, nisi q̄ fructuosum sit amicos tanquam pecudes, eos pot-
 tissimum diligunt, ex quibus se sperant maximum fructum esse capturos.

Cūq; mutuū illi quid petunt, foccos & micaunas uidebis & Lachetas, cum adiguntur ut reddant, ita cothurnatos & turgidos, ut Heraclidas illos Cresfontem & Temenum putes. Hactenus de senatu. Nunc ad otiosam plebem ueniamus & desidem. In qua nitent & nominibus cultis & quidam calceorū expertes Cimeffores Statarii Semicupa & Serapim & Cicimbricus cū Gluturino & cum Trulla & Lucunucus cum Porclaca & Salsula, similesq; innumeri. Hi omnes, qd̄ uiuunt, uino & tesseriis impendunt & iustis & uoluptatibus & spectaculis. eisq; templū & habitaculum & concio & compitorum spes omnes Circus est maximus. Et uidere licet per fora & compita & plateas & conuenticula circulos multos collectos in se controuersis iurgiis ferri, alii aliud ut sit defendētib; . Inter quos hi, qui ad facietatem uixerunt potiores auctoritate longæua, per lanos & rogant uel amittant sæpe Remp. stare non posse, si futura concertatione quem quisque uindicat carceribus non exiuerit, prin nominabilis equis parum coërce & circum elegerit metam, & ubi negligentia tanta est caries, exoptato die Equestrium ludorū illucescente, nondum Solis puro iubare, fufius omnes festinant præcipites, ut uelocitate currus ipsos anteeant in certamen ituros. Sup̄ quorū euentu disciffi uotoꝝ studiis anxii plurimi agunt peruigiles noctes. Vnde si ad theatralem uentum fuerit uilitatem, artifices sc̄anarii per sibilos explodunt, si quis sibi ære humiliorem non conciliauerit plebem sui, si defuerit strepitus, ad imitationem Tauricæ gentis peregrinos uociferant pelli debere (quorum subsidiis semper nisi sunt ac steterunt) & tetris uocibus & absurdis. quæ lōge abhorrent à studiis & uoluntate ueteris illius plebis, cuius multa facete dicta memoria loquitur & uetustas. Id enim nunc repertum est pro sonitu laudum impensiore, per applicatos homines ad loquendum & in omni spectaculo exodiaro uenatori aurigæ & histrionū genere omni & Iudicibus celsis itidemq; minoribus, necnon etiā matronis clametur assidue parte ille discant. Quid autem debeat disci, nemo sufficit explanare. In his plerique distentionibus sanguinis addicti, præeunte nidoris indagine acutisq; uocibus sc̄eminarum, à galliciniis ipsis, in modum pauonum hienitare clangentium, humū summis pedum unguibus cōtingentes, aulis assistunt, digitos prærodentes dum patinæ deferuiscunt. Alii nauseam horridæ carnis, dum excoquitur, intentius despectantes, ut disciffarum pecudum exta rimari cum anatomicis Democritum putes. docentem quibus modis posteritas mederi doloribus possit internis. Sit satis interim hæc digessisse super rebus urbanis. Nunc redeamus ad cætera, quæ per prouincias agitauere multiplices casus. Erupit Augustis ter Coss. Saxonum multitudo, & oceani difficultatibus permeatis Romanū militem gradu petebat inuento, sæpe nostrorum funeribus pasta. Cuius eruptionis primæ procellam Nannenus sustinuit Comes regionibus iisdem appositus, dum diuturno bellorum labore compertus, sed tunc ad mortem destinata plebi congressus cū milites quosdam ruisse, & se uulneratū imparem fore certaminibus aduerteret crebris, docto imperatore quid agi deberet, id est adeptus, ut peditum

ut peditum magister Seuerus opitulatū rebus dubiis adueniret. Qui ducens militem rei sufficientem, cū uenisset ad loca discriminatis ordinibus per Barbaros ante colluctationem adeo terruit & turbauit, ut nec controuersas opponerent manus, sed signorum aquilarūq; fulgore præstricti ueniamem poscerent pacem, diuq; uariatis consiliis, cū id Reip. conducere uideretur, pactis induciis, & datis ex conditione proposita iuuenibus multis habilibus ad militiā, discedere permiffi sunt Saxones, sine impedimento unde uenerāt reuersuri. Quibus omni iā formidine uacuis, se reditumq; parantibus, occulte pedites missi insidias in abdita quadam ualle struxerunt, unde prætereuntes aggredi negotio poterant leui. Sed longe secus accidit q̄ sperabatur. Sonitu enim aduentantium perciti exiluire quidam intempestiue, uisq; subito, dum se firmare festinant, ululantibus lugubre Barbaris, uertuntur in pedes. Stetere tamen mox conglobati, extremaq; sorte uires licet non integras suggerente, confligere cogebantur, multaq; cæde percussi cōcidissent nullo relicto, ni cataphractorum equitum cuneus, ad inferendum periculum transeuntibus Barbaris ex alio latere prope diuortiū itineris pari modo locatus, clamore percitus tristis agiliter subuenisset. Exin concursum infestius, firmatisq; pectoribus hinc inde incumbentes Romani clausos hostes eductis gladiis obruncabant. Nec quisq; eorum genitales reuifere potuit lares, ne uno quidem cædibus concorporalium superesse permisso. Ac licet iustus quidā arbiter reꝝ factum incusabit perfidum & deforme, pensato tamen negotio non feret indigne, manum latronū exitialem tandem copia data captam. Post hæc ita prospere re consummata, Valentinianus uersando sentētias multiformes, anxia sollicitudine stringebatur, reputans multa, & circūspiciens quibus cōmentis Alamannorum & Macriani Regis frangeret fastus, sine fine uel modo Rem Romanā irrequietis motibus cōfundentes. Immanis em̄ natio iam inde ab incunabulis primis uarietate casuū imminuta, ita sapius adolefcit, ut fuisse longis sæculis estimate tur intacta. Seditq; consiliū alia post alia Imperatori probanti, Burgundios in eorum excitare perniciem, bellicosos & urbis immensæ uiribus affluentes, ideoq; metuendos finitimis uniuersis. Scribebatq; frequenter ad eorum Reges per taciturnos quosdam & fidos, ut iisdem tempore præstituto superuenirent, pollicitus ipse quoque transito cum Romanis agminibus Rheno occurrere pavidis, pondus armorum uitantibus insperatum. Gratanter ratione gemina Principis acceptæ sunt literæ. prima, q̄ iam inde temporibus præscis sobolem se esse Romanam Burgundiū sciunt. dein, q̄ salinarum finiumq; causa Alamannis sæpe iurgabant, cateruas misere lectissimas, quæ anteq̄ miles congregaretur in unum, adusque ripas Rheni progressæ Imperatorē ad trudenda munimenta destrecto, terrori nostris fuere uel maximo. Igit̄ paulisper morati, cū neque Valentinianus, ut sponponderat die prædicto uenisset, nec pmissorū aliquid aduerteret factū, ad Comitātū misere Legatos, poscetes admnicula sibi dari petituris ad sua, ne nuda hostibus exponerent terga. Qd̄ ubi negari p̄ ambages sentirēt & moras, mœsti exinde discesserūt & indignatū Hocq;

Hocq; comperto, Reges ut ludibrio habiti sc̄uientes, captiuis omnibus interfectis, genitales repetunt terras. Apud hos generali nomine res appellatum Hendinos, & ritu ueteri potestate deposita, remouet sub eo fortuna tituba uerit belli uel segetum copiã negauerit, ter flauī solent Ægyptiī casus eiusmodi ius assignare rectoribus. Nam sacerdos apud Burgundios omnium maximus uocatur Sinistus, & est perpetuus, obnoxius discriminibus nullis ut Reges. Per hanc occasionem impendio tempestiuam Alamannos gentis antedictæ metu dispersos aggressus per Rhetias. Theodosius ea tempestate magister Equitum, pluribus cæsis, quoscūq; cepit ad Italiam iussu Principis misit. Vbi fertilibus pagis acceptis, iam tributarii circūcolunt Padum. Hinc tanq̄ in Orbem migrantes alium, ad Tripoleos Africanæ prouinciæ ueniamus ærumnas, quas, ut arbitror, Iustitia quoque ipsa defleuit. Quæ unde instrumenta exarsere flāmarum, textus aperiet absolutus. Austuriani his contermini partibus, Barbari in discursus semper expediti, ueloces, uiuereq; assueti rapinis & cædibus, paulisper pacati in genuinos turbines reuoluti sunt. hãc causam pretendentes ut seriam. Stachao quidã nomine, popularis eorum, uere nouo nostra peragrando licentius, agebat quædam uetita legibus. Inter quæ illud peius eminebat, q̄ prouinciã omni fallaciãrũ uia prodere conabatur, ut indicia docuere uerissima. Quocirca supplicio flāmarũ absumptus est. Huius necem ulcisci ut propinqui damnatiq; iniuste causantes, ferarum simili rabie concitaz exilure sedibus suis, Iouiano etiã tum imperante, ueritq; prope Leptim accedere ciuitatem muris & populo ualidã, suburbano eius uberrimo insidere per triduũ. Actatisq; agrestibus, quos inopinus hebetauerat pauor, uel confugere coegerat ad speluncas, incensa supellectili multa, quæ uehi non poterat, reuersi rapinis inuerterunt ingentibus, trahentes captiuũ Siluam quoque casuũ feritatibus in agro inuentum ordinis sui primatem. Hac subita clade Leptitani perterriti, ante incrementa malorum, quæ intabat barbaricus tumor, præsidũ implorauere Romani Comit̄ per Africam recens prouecti. Qui cum uenisset militares copias ducens, ferreq; opem rebus rogaretur afflictis, non nisi abundantĩ cõmeatu aggesto, & camelorum quatuor millibus apparatus, castra firmabat esse motuz. Hocq; responso miserandis ciuibus stupefactis, atq; negantibus sufficere se posse post uastationes & incendia ita enormibus instrumentis remedia querere damnorũ immanium dissimulanter diebus ibi quadraginta consumptis nullo tentato idem discesserat Comes. Qua spe Tripolitani frustrati, formidantesq; extrema, allapso legitimo die concilii, quod apud eos est annuũ, Seuerũ & Elicianũ creauere Legatos, Victoriãrũ aurea simulachra Valẽtiniano ob Imperiĩ primitias oblaturos, obq; lachrymosas prouinciæ ruinas docerent intrepide. Quibus cõpertis Romanus misso equite uelocissimo, magistrum Officiorũ petit Remigium affinem suũ, uel rapinaz participem, ut prouideret Imperatoris arbitrio cognitionem huius negotiĩ Vicario ibiq; differri. Venerunt in comitatũ Legati, aditoq; Principe, uerbis quæ perpeffi sunt ostenderunt. Obtulerunt

decreta

decreta, textum continentia rei totius. Quibus lectis, cum neq; relationi Officiorũ magistri fauentis Romani flagitiis, nec contraria referentibus crederet, promissa disceptatio plena dilata est, eo more quo solent inter potiorũ occupationes ludi potestates excelsæ. Dum remedia quædã a cõmilitio principio expectant, suspensis Tripolitanis, diuq; anxius, rursus globi superuenere Barbarici fiducia sublata præteritorum, Leptitanoq; agro & Eensi interneciua populatione transcursis, expleti prædarũ aceruis ingentibus discesserunt, occisis decurionibus multis. inter quos Rusticianus sacerdotalis & Nicasius enitebat edilis. Hæc autẽ eruptio ideo arceri non potuit, q̄ ad Legatorũ preces negotiorũ quoque militariũ cura Præsidi delata Ruricio, mox translata est ad Romanũ. Etiã recens inflicte cladis nũtius missus ad Gallias, excitauit acrius Principẽ. ideoq; Tribunus & Notarius Palladius mittit, ut & disperso militi per Africam præberet stipendiũ debitũ, & gesta per Tripolim fide congrua scrutaretur. Inter tales tamen consulendi moras, expectandiq; responsa, Austoriani successu gemino insolentes, ut rapaces alites auolarunt, irritamento sanguinis atrocius efferata. cunctisq; nisi quos fuga discriminibus eximeret, interemptis, prædas quas ante hac reliquerant arboribus exectis & uitibus. Tunc Mycon quidã nobilis oppidanus & potens, captus in suburbano, lapsusq; antequam uinciretur, quia pedibus eger euadere penitus uetabatur, in puteum aquis uacuum sese coniecit. unde costa diffracta leuatus à Barbaris, ductusq; prope portas, coniugis miseratione redemptus est, & ad pinnas muri fune sublatus, post biduum interit. Vnde elati in pertinaciam sc̄uissimi grassatores ipsa pulsauere moenia Leptitana, funestis plangoribus resonantia sc̄eminarum, quas nunquam antea hostiliter clausas pauor exanimabat insolitus. Obsessaq; urbe per octo continuos dies, cum quidam oppugnatores sine ullo uulnerarentur effectu, redierunt ad propria tristiores. Ob quæ super salute dubii ciues, ultimaq; tentantes, profectis ante Legatis nondum reuersis, Iouinum mittunt atque Pancratium, quæ uiderint, quæq; ipsi perpeffi sint, Imperatorem fida relatione docturos. Qui Seuerum apud Carthaginem inuentũ & Flaccianum superiores illos Legatos percontando quid egerint, cognouerunt eos audiri à Vicario iussos & Comite. è quibus Seuerus ilico periit, uexatus acerbitate morborũ, nihilominus tamen properarunt ad Comitatu magnis itineribus antedicti. Ingresso post hæc Palladio Africã, Romanus quas ob res uenerat ante præstructus, ut securitatem suam in tuto locaret, numerorum principiis per quosdam secretorum mandauerat conscios, ut ei tanquam potenti & palatii summatibus proximo, stipendii quod pertulerant, præstarent maximam partem, & ita est factum. Confestimq; ille dictatus perrexit ad Leptim. utq; ad ueritatis perueniret indaginem, Erechthium & Aristomenem facundos municipes & insignes, libere suas ciuiumq; & finitimorum retexentes ærumnas, ad loca uastata secum eduxit. Quibus aperte cuncta monstratibus, luctuosis prouinciæ cineribus uisis, reuertit. Romanumq; ut desidem increpans, relaturum se cuncta uerissime, quæ uiderat,

minabatur

minabatur ad Principem. atq; ille ira percitus & dolore se quoque mox referre firmavit, q; missus ut Notarius incorruptus, donatium militis omne in quaestus aduerterit proprios. Qua gratia, flagitiorum arbitra conscientia, cū Romano deinde Palladius consortia conciliabat. reuersusq; ad Comitatum, arte mendaciorū impia Valentianum fefellerat, Tripolitanos frustra quari cōmemorans. ideoq; rursus ad Africam cum Iouino postremo omniū Legatorum remittitur. Pancratius enim decesserat apud reuersos, ut cum Vicario ipse merita legationis quoque secundæ spectaret. Præter hæc linguas Erechti & Aristomenis præcidi iusserat Imperator. quos inuidiose quædam locutos idem Palladius intimarat. Secutus, ut statutū est, Vicarium Notarius uenit ad Tripolim. Hocq; comperto Romanus Domesticum suum illuc uelociter misit, & Cæcilium consiliarium in ea prouincia genitum. per quos incertum precio an fallaciis circūuenti, municipes omnes grauabant Iouinum, destinatus afferentes, nihil eorum mandasse, quæ docuerat Principem. eōsq; iniquitate grassante, ut ipse quoque Iouinus ad salutis suæ discrimen, confiteretur se Imperatori mentitum. Quibus per Palladium regressum cognitis, Valentianus ad acerbitem procliuior, Iouinum quidem ut auctorem, Cælestinum uero Concordiumq; & Lucium ut falsi conscios & participes puniti supplicio capitali præcepit. Ruriciū autem Præsidem, ut mendacem morte mulctari. hoc quoque accidente, q; in relatione eius uerba quædam, ut uisum est, immodica legebantur. At Ruricius quidem apud Sitifim cæsus. reliqui apud Uticam sententia Vicarii Crescentis addicti. Flaccianus tamen ante Legatorum interitum, cum à Vicario audiretur & Comite, constanter saluti suæ propugnans, acclamationibus iratorum militum impetuq; cum conuitiis pene cofossus est, obiicientium ideo Tripolitanos non potuisse defendi, q; ipsi ad expeditionales usus præbere necessaria detrectarunt. & ob hæc trusus in carcerem, diu consultus super eo, quid cōueniret agi decerneret Imperator. sollicitatis ut dabatur opinari custodibus, in urbem Romam abierat profugus. ibiq; delitescens, fatali lege discessit. Hoc memorando sine externis domesticisq; cladibus uexata conticuit Tripolis, nō indefensa. quia uigilauit Iustitiæ oculus sempiternus, ultimæq; Legatorum & Præsidis diræ. diu enim postea huiusmodi casus emerfit. Solutus sacramento Palladius, destitutusq; fastu quo tumebat, discessit ad otium. Et cum Theodosius, ductor exercituum ille magnificus, oppressurus Firmum pernitiōsa cœptantem, uenisset in Africam, præscripti Romani rem nobile, ut iussum est, scrutaretur, inter chartas eius inuenta est Meteri cuiusdā epistola, id continens, Domino patrono Romano Meterius. & in fine post multa nihil ad rem pertinentia, Salutem te Palladius protectitius, qui non aliam ob causam dicit se prolectū, nisi q; in causa Tripolitanorū apud aures sacras mentitus est. His literis ad Comitatum missis & lectis, Valentianus iussu Meterius raptus suam esse confiteretur epistolam. ideoq; Palladius exhiberi præceptus, cogitans quas criminum coxerit moles, in statione primis tenebris obseruata custodum absentia, qui festo die

die Christiani ritus in ecclesia pernoctabāt, innodato gutture laquei nexibus interit. Hoc Fortunæ secundioris indicio plene comperto, delectoq; tristium concitore turbæ, exiluerunt Erechthius & Aristomenes è latebris. Qui cum sibi iussas abscondi linguas didicissent ut prodigas ei à longe remota declinarūt & abdita. doctoque super nefanda fraude Gratiano Imperatore fidentius (Valentianus enim obierat) ad Hesperium Proconsulem, & Flauianum Vicarium audiendi sunt missi. quorum æquitas auctoritate mixta iustissima, toto Cæcilio aperta cōfessione cognouit, ipsum suasse ciuibus grauarent mentiendo Legatos. Hæc acta secuta est relatio gestorum pandens plenissimam fidem, ad quā nihil responsum est. Et ne quid cothurni terribilis fabulæ relinquerent intentatum, hoc quoque post depositū accessit aulem. Romanus ad Comitatum profectus, secum Cæcilium duxit, cognitores accusaturum, ut inclinatos in prouinciæ partem. Isq; Merobaudis fauore susceptus necessarios sibi plures petierat exhiberi. Qui cum Mediolanum uenissent, frustra se tractos obsimulatis documentis probabilibus ostendissent, absoluti redierūt ad lares, Valentiano tamen superstite. Post superiora, quæ narrauimus, Remigius quoque digressus ad otium, laqueo uitam elisit. ut congruo docerimus loco.

AMMIANI . MARCELLINI

RERVM . GESTARVM

LIBER . VIGESIMVS

NONVS



NXACTA hyeme, Rex Persarum gentium Sapor, pugnarum fiducia pristinarum immaniter arrogans, suppleto numero suorum abunde q; firmato, erupturos in nostra cataphractus & sagittarios & conductam misit plebem. Contra has copias Traganus Comes & Vadamarius ex rege Alamannorū cum agminibus perrexere perualidis. hoc obseruare principis iussu appositi, ut arcerent potius, quam lacefferent Persas. Qui cum uenissent Vagabanta legionibus nobilem locum, rapidos turmas procursum hostilium in se ruentiū acriter exceperunt inuiti, oraq; consulta retrucidantes, ne ferro uiolarent aduersorum quenq; primi, & iudicarentur difficilli foederis rei. ultima tradente necessitate congressi sunt, confossisq; multis

discessere uictores. Inter moras tamen, utrinque secus tentatis aliquoties leuibus preliis, uarioque finitis euentu, pactis induciis ex consensu, astateque consumpta, partium discessere duces, etiam tum discordes. Et Rex quidem parthus hyemem Ctesiphonte acturus redit ad fedes, & Antiochiam Imperator Romanus ingressus. Qui dum ibi moratur securus interim hostium externorum, intestinis pene perierat fraudibus, ut aperiet series delata gestorum. Procopius quidem, iniquus homo, turbarum cupiditati semper addictus, Natolium detulerat & Spudasiu palatinos, exigique de exario interceptant iussos insidiarum Comiti Fortunatiano molesto illi flagitatori. qui animi asperitate confestim ad insanum percitus modum, pro potestatis auctoritate quam regebat, Palladium quendam obscurissime natum ut ueneficum a memoratis conductum, & Heliodorum Fatorum per genituras interpretem, adigendos prodere que scirent, Pretoria ne iudicio tradidit prefecturam. Cumque ad facti uel tentati quaestionem acrius ueniretur, exclamabat Palladius confidenter, leuia esse haec, de quibus agitur, & praetereunda, alia (si licuerit dicere) monstraturum metuende potiora, quae ingenti molimine iam praestructa, nisi prospectum fuerit, uniuersa confundent. Iustusque dicere fidenter quae norat, rudentem explicuit immensum, affirmans Fidustium praesidialem & cum Hereneo Pergameum nomen Imperatoris post Valentem detestandis praesagiis didicisse secretum. Et correptus Fidustus ilico (namque aderat forte) occultoque inductus, uiso indice, nulla inficiatione obumbrare iam publicata conatus, rei totius calamitosum aperit textum, absolute confessus, se cum Hilario patricio uaticinandique peritis, quorum Hilarius militauerat in palatio, de Imperio consuluisse futuro, motasque secretis artibus fortis, & nuncupationem Principis optimi, & ipsis consultoribus lucuosos exitus praedixisse. Atque cunctantibus quis nam ea tempestate omnibus uigore animi antestaret, uisus est aliis excellere Theodorus, secundum inter Notarios adeptus iam gradum. Et erat re uera ita, ut opinati sunt. Namque antiquitus claro genere in Gallis natus & liberaliter educatus a primis pueritiae rudimentis, modestia, prudentia, humanitate, gratia, literis ornatissimus, semper officio locoque quem retinebat superiorem uidebat, altis humilibusque iuxta acceptus. solusque pene omnium erat, cuius linguam non infrenem, sed dispicientem quae loqueretur, nullius clauderebat periculi metus. His addebat idem Fidustus excarnificatus iam ad interitum, omnia quae praedixit se indicante Theodoro per Euserium didicisse, uigore praestabili scientia literarum abundeque honoratum. Asiam quippe paulo ante rexerat Praefectus, quo in custodia condito, gestorumque uolumine Imperatori recitato de more, prodigiosa feritas in modum ardentissime facis fufius uagabatur, relata turpi adulatione multorum, maximeque omnium praefecti Praetorio tunc Modesti, qui dum formidine successoris agitaretur, indies obumbratis blandiciarum concinnitatibus cauillando, Valentem subrusticum hominem sibi uarie commulcebat, horridula eius uerba & rudia flosculos tullianos appellans, & ad extollendam eius uanitiem, sidera quoque si iussisset exhiberi posse promittens. Igitur & Theodorus a Constantinopoli, quam ex negotio familiari petierat,

rapi celeri

rapi celeri iubetur effectu. Et dum ille reducitur, ex praedictis uariis, quae diebus exercebantur & noctibus, plures a disunctissimis regionibus trahebantur, dignitatibus & nobilitate conspicui. Cumque nec carceres publici iam distanti inclusorum iam cateruas, nec priuata domicilia sustinerent constipatione uaporata confertas, quia uinculis maxima pars eorum attinebatur, & suam & proximi cuiusque uicem omnes horrebant. Aduenit aliquando tamen ipse quoque Theodorus premortuus & atratus. quo in deuia territorii parte abscondito, paratis omnibus quae indagines future poscebant, internarum cladium litui iam sonabant. Et quia fallere non minus uidetur qui gesta praeterit sciens, quam ille qui nunquam facta fingit, non abnuimus (neque enim ambigit) salutem Valentis, & antea saepius per occultas coitiones, & tunc in extrema demersam, ferrumque, ad iugulum eius prope addictum a militaribus, Fato reflectente depulsum, quem lachrymosis in Thracia discriminibus destinarat. Namque & in nemoroso quodam inter Antiochiam & Seleuciam loco, leni quiete post meridiem consopitus, a Sallustio tunc Scutario & saepe alias appetenter insidiantibus multis, uitae terminis a primigenio ortu ascriptis aula immania frenantibus euadebat, ut sub principibus Commodis & Seueris nonnumquam acceptum accidebat item Octavianum ex proconsule

offensarum auctore (licet tardius)

redire ad sua permisso, Constantianus stratos paucos militares equos ex his ausus mutare ad quos probandos missus erat in Sardiniam, eodem iubente lapidum ictibus oppetit crebris. Athanasius fauorabilis tunc auriga, suspectus cui uulgari leuitate uiuus incendi iubetur, si quid temptasset huiusmodi, non multo postea ueneficiis usum merebatur nulla delata uoluptatum artifici uenta, ignibus aboleri praecipit. Africanus causarum in urbe defensor assiduus, post administratam prouinciam ad regendam aliam aspirauit. cuius suffragatori magistro Equitum Theodosio, id petenti, subagresti uerbo pilis responderat, Abi (inquit) Comes, & muta ei caput, qui sibi mutari prouinciam cupit, & hoc elogio periit homo disertus, ad potiora festinans ut multi. Cladius & Sallustium ex Iouianorum numero adusque tribunatus dignitates progressos, accusabat quidam uilitate ipsa despectus. quae, cum Imperium Procopius affectasset, aliqua pro eo locuti sunt bona. Cumque nihil quaestiones reperirent assidue, mandare magistris Equitum auditoribus princeps, ut agerent in exilium, & Sallustium pronunciarent capitis reum, pollicitus, quae eum reuocauit ad supplicium raptum. Hacque ita ut statutum est obseruatione, Sallustius morte exemptus est. Nec Cladius, nisi post eiusdem Valentiniani exitum, deportationis mactitia liberatus

longe recusauerit, cum illi saepissime torquerentur.

Replicatis igitur quaestionibus de iis, & quibusdam uim nimia tormentorum absumptis, ne uestigia quidem ulla delatorum reperta sunt criminum. In hoc negotio protectores ad exhibendas missi personas de fustibus praeter solitum caesi. Horrescit animus recensere, simulque reformidat, ne professio quaesisse

uideatur in uitiis principis, aliis comodissimi. Illa tamen nec preteriri est equum, nec filii, quod cum duas haberet uersas saeuas, hominum amestricas, mitam auream & innocentiam cultani accelerabat enixe, ut eorum caueas prope cubiculum suum locaret, custodesque adderet fidos, uisuros sollicitate, ne quo ea superari deberet iustitiae calor innocentiae. Denique post multas, quas eius laniatu cadaueque uiderat sepulturas, ut benemerita in syluas abire dimisit innoxiam. exop simile sedit Et haec quidem morum eius & proposito cruenta sunt documenta uerissima. Solertis uero circa Remp. nusquam digredientis, nec quo eum uelo iure uator peruicax incusabit, illud contempero, quod maius praetium opere forticem regendus uerius milite Barbaris quo pellendis. Et cum dedisset

peculis, si quis hostium se commouisset desuper uisus obruebatur. Agitabatur autem inter multiplicis curas & omnium prima de potissimum, ut Macrianum Regem auitum, inter mutationes crebras sententiarum, iamque in nostros adultis uiribus exurgentem, uisus superstitem raperet, uel insidias, ut multo ante Vadomarium Iulianus, & prauium negocium poscebat & tempus, cognitoque transfigurationum indicis, ubi comprehendi nihil periens poterit antedictus Rex quantum concessit facultas nequi conferendo officeret ponti iunxit nauibus Rhenum, & antegressus contra Matusiacas aquas primus Seuerus, qui pedestrem curabat exercitum, perpensa militum paucitate territus stetit, timens ne rei sterne queis irruentium opprimeretur hostilium agminum mole. Et quia suspicabatur uenalia ducentes mancipia scurras casu illic repertos id quod uiderat ex cursu celeri nunciare iunctos mercibus direptis occidit. Aduentu itaque plurium copiarum animati ludices, castrisque ad tempus breuissimum fixis, quia nec sarcinale iumentum quisquam, nec tabernaculum habuit praeter principem, cui tapeta suffecerat pro tentorio, parumper ob tenebras morati nocturnas exiliente procincti pergebant ulterius itinerum gnari discentibus fre equitatu cum Theodosio Rectore praedisposito equi ret erat

tempore iaceat extento strepitu suorum est impeditus. quibus assidue mandans, ut rapinis & incendiis abstinerent, impetrare non potuit. ignium enim crepitu, dissonisque clamoribus satellites exciti, idque, quod acciderat, suspicati, carpento ueloci impositum Regem angusto aditu circumfractis collibus abdiderunt. Hac Valentinianus gloria defraudatus, nec sua culpa, nec ducum, sed intemperantis militis, qui dispendiis grauibus saepe Rem Romanam afflixit, adusque quinquagesimum lapidem terris hostilibus inflamatis, redit Treueros incensus. Vbi tanquam leo ob ceruum amissum uel capream morsus uacuos concrepans, dum cum hostium disiecta frangeret timor in Macriani locum buccinobantibus quae contra Moguntiacum gens est, Alamanna Regem Fraomarius ordinauit. Quae paulopostea, quoniam recens excursus eundem penitus uastauerat pagum, in Bri

in Britannias latum potestate tribuni Alamannorum praeeperat numero multitudo uiribusque ea tempestate florenti. Bitheridus uero & Hortarius, nationis eiusdem primates item regere milites iussit. E quibus Hortarius proditus desperatione florenti Germania caducis, contra Remp. quae Macrianum scripsisse Barbarosque opti ueritate tormentis expressa, conflagrauit flamma poenali ab hinc inter

proximo. Haec narratione differi continua placuit, ne dum negociis longe discretis & locis alia subseruntur, cognitio multiplex necessaria confundat. Nubel uelut regulus, per nationes Mauricas potentissimus, uita digrediens, & legitimos & natos de concubinis reliquit filios. E quibus Zamanac, Comiti nomine Romano acceptus, latenter a fratre Firmo peremptus, discordias excitauit & bella. Eius enim necem ulcisci impensiore studio properans Comes, ad insidiatoris perniciem multa ciebat & formidanda. utque rumores detulerunt assidui, nauat opera diligens in palatio. Romani quidem relationes multa & aspera cogentes in Firmum libenter suscipere, Catharique principi in eorum fauorem continentibus multis. Ea uero quae contra Firmum salutis tuendae gratia docebat crebro per suos accepta diutius occultari, Remigio tunc Officiorum magistro, affine amicoque Romani, inter potiores Imperatoris necessitates haec uelut minima & superflua non nisi oportune legi posse asseuerante. Quae cum ad obruendam defensionem suam agitari animaduertentem maurus, ultimorum metu iam trepidans, ne amandatis quae praetendebat ut perniciosus & contumeliae condemnatus occideretur, ab Imperii ditione desciiuit. & adiumenta tium ad uastandum hostis implacabilis, incrementis uirum adolescerent, abolendum cum Comitatus auxilio militis pauci, Theodosius magister Equitum mittit. cuius uirtutes, ut impetrabilis, ea tempestate praeter ceteris nitebant, Domitii Corbulonis & Lucii ueterum simillimi. quorum prior sub Nerone, alter Traiano Rem regente Romanam pluribus inclaruere fortibus factis. Proinde ab Arelate secundis egressus auspiciis, remeatoque mari cum classe quam ductabat, nullo de se rumore progresso, defertur ad Sitiphensis Mauritaniae litus, quod appellant aecolae Gilgitanum. Ibi que inuentum casu Romanum leniter allocutus, misit ad uigilias ordinandas & praetenturas. par super his quae uerebat increpitum. Quo ad Caesariensem digresso, Gildonem Firmi fratrem, & Maximum misit, correcturos Vincentium qui curam Romani uicem incivilitatis eius erat particeps & futurum. Recepto itaque tardius milite, quem amplitudo maris retinuit, properans Romanum cum domesticis custodiendum pro tutoribus committi mandauit. agensque in opido, sollicitudine deducebatur ancipiti. multa cum animo uersans, qua uia, quibusue comentis, per exultas caloribus terras inassuetum duceret militem, uel hostem caperet discursatorem & repentinum, insidiisque potius clandestinis, quam proprio stabilitate confisum. Quod ubi Firmo leui rumore, dein aperis est indicis cognitum, spectatissimi Ducis aduentu praerictus, ueniam confessionis praeritorum missis erat uiribus poscebat & scriptis. docentibus eum non

sponte sua ad id rupisse, quod norat scelestum, iniquitate grassante licentius, ut monstrare pollicebatur. Quibus lectis, paceque obsidibus acceptis promissa, dux ad recensendas legiones, quae Africae tuebantur, ire pergebat ad Pancharia nam stationem, quod conuenire praecipit sunt. Ibi magnificis uerbis atque prudentibus spe cunctorum erecta, reuersus Sitiphim, conciliato indigena milite cum eo quem ipse perduxerat, aegre perpetuens moras, ad procinctus ire ocyus festinabat. Inter residua autem multa & clara id amorem eius auxerat in immensum, quod a prouincialibus comitum exercitui prohibuit dari mensis, & condita hostium uirtutis nostrorum horrea esse, fiducia memorans speciosa. His ita cum latiticia possessorum dispositis, ad Tubusiptum progressus oppidum, Ferrato contiguum monti, legationem secundam Firmi repudiavit, quae obsides, ut ante statutum est, non erat secuta. Unde omnibus pro loco & tempore cautius exploratis, concito gradu Tyndesium gentem & Masinissensium petit, leuibus armis instructas, quas Mascizel & alius frater Firmi ductabat. Cum essent hostes iam in contuitu membris omnibus celeres, post missilia hinc inde crebrius iacta committitur certamen asperimum. Interque gemitus mortis & uulnere, audiebantur Barbarorum ululabiles fletus captorum & caesorum. Pugnaque dirempta, plures agri populati sunt & incensi, inter quos clades eminere fundi Petrensis excisi radicatus, quem Salmaces dominus, Firmi frater, in modum urbis extruxit. Hoc successu uictor elatus mira uelocitate Lamphocense oppidum occupauit inter gentes positum antedictas, ubi abunde rei cibariae copiam condidit effectit. ut si pergens interius alimentorum offendisset penuriam, iuberet ex propinquo conuectari. Quae dum ita procedunt, Mascizel reparatis uiribus, nationum confinium ad minicula ductans, conferta manu cum nostris, fusus cum parte suorum pluribus caesis, ipse equi pernicitate aegre discrimine mortis exemptus est. Fessus erumnis gemini praelii Firmus, imoque estuans corde, ne quid ultimae rationis omitteret, Christiani ritus Antistites oraturos pacem, cum obsidibus misit. Qui quoniam suscepti lenius, pollicitique uictui congrua militibus, ut praecipit est, laeta retulere responsa, praemissis muneribus, Maurus ipse fidentius ad Romanum perrexit ducem, equo insidens apto ad ancipites casus. Cumque prope uenisset, fulgore signorum & terribili uultu Theodosii praestriatus, iumento desiliit. curuataque ceruice humi pene affixus, temeritatem suam flebiliter inculabat, pacem obsecrando cum uenia, susceptusque cum osculo, quoniam id Reip. conducebat, bonae spei iam plenus sufficientia praebuit alimenta, & quibusdam propinquis suis ad obsidum uicem relictis, abscessit, captiuos ut sponderat redditurus, quos primis turbarum exordiis rapuit. Biduoque post, Icosium oppidum, cuius supra docuimus conditores, militaria signa & coronam sacerdotalem, cum ceteris quae interceperat, nihil cunctatus restituit, ut praecipit est. Exinde cum discursis itineribus magnis, Tiporae noster dux introiret, Legatis Mazicum, qui se confociauerant Firmo, suppliciter obsecratibus ueniam, animo elato respondit, se in eos ut perfidos arma protinus commoturum. Quibus imminentis periculi metu defixis, reuertique iussis ad sua, Caesaream ire tendebat, urbem opulentam quondam.

cuius

cuius itidem originem in Africae situ digessimus plene. Eamque ingressus cum omnem penam incendii late dispersis uidisset exusta, horridasque canities, illicet Primam & Secundam legionem ad tempus ibi locari disposuit, ut fauillarum egerentes accruos agitent ibi praesidium, ne repetito Barbarorum impetu uastarentur. Quae cum rumores ueros sustulissent, & Curii prouinciae Rectores Tribunusque Vincentius, a latibulis quibus se se commiserant egressi, tandem intrepidi ad ducem ocyus perueniunt. Quibus ille gratanter uisis atque susceptis, agens etiam apud Caesaream fide rerum diligentius explorata, comperit Firmum per speciem fauentis supplicis, tectiore concilio id moliri, ut nihil hostile metuentem exercitum, in modum tempestatum subitam, conturbaret. Quod obrem conuersus hinc, uenit ad municipium Sugabarritanum, Transcellensi monti accliuum, ubi iuuentos equites Quartae sagittariorum cohortis, quae ad rebellem defecerat, ut contentum se supplicio leniori monstraret, omnes contrusit ad infimum militiae gradum, eosque & Constantiorum pedum partem Tigauias uenire iusserat cum tribunis, a quibus unus torquem pro diademate capite imposuit Firmi. Dumque haec agunt, reuerterunt Gildo & Maximus, Hellenem principem Mazicum, & Fencium gentis praefectum ducentes, qui factionem iuuerat quietis publicae turbatoris.

producerent iunctos. Quo ita ut statutum est facto, lucis primo exortu ipse egressus, cum inuenisset eos in exercitu circumseptos, Quid de istis nefarius (inquit) proditoribus fieri oportere, contubernales deuoti censetis? secutusque acclamationem rogatum sanguine uindicari eos, qui inter Constantianos merebant, prisco more militibus dedit occidendos. Sagittariorum uero primoribus manus incidit, residuos supplicio capitali multauit, ad emulationem Curionis acerrimi illius ducis, qui Dardanorum ferociam, in modum Lerneae serpentis aliquoties renascentem, hoc genere poenae extinxit. Sed obrectatores maleuoli, uetus factum laudantes, hoc ut durum uituperant & asperimum, Dardanos hostes memorantes interneciuos & iuste quae sustinere perpeffos, hoc uero subsignanos milites debuisse lenius corrigi ad unum prolapsos errorem. quos scientes forsitan admonemus hunc cohortem & facto & exemplo aduersum antedictos Hellenem & Fencium, quos duxerat Gildo, tribunumque sagittariorum Curandium ea re iussit occidi, quod nec ipse unquam cum hostibus congregari uoluit, nec suos ut pugnarent hortari. Agebat autem haec, tullianum illud aduertens, quod salutaris rigor uincit inanem speciem clementiae. Exin profectus fundum, nomine Galonatis, muro circumdatum ualido, receptaculum Mauroguttissimum, arietibus admotis euertit, & caesis omnibus incolis, moenibusque complanatis, ad Tingitanum castellum progressus per Ancorariam montem Mazicas in unum collectos inuasit, iam tela reciprocantes uolitantia grandinis ritu. Et cum esset utrinque discursum, agmina uiris armisque incitata nostrorum non perferentes Mazices, licet bellicosum genus & durum, diuersis stragibus implicati, scedo diffluxere terrore, ruentesque in fugam caesi sunt, absque his, qui reperta copia discedendi, supplici prece ueniam, quam dari tempus flagitauerat, impetrarunt.

Y iii

Suggeneorum ductore,

Romano successerat, in Sitiphensem Mauritaniam ire disposito, ad agitanda praesidia ne provincia peruaderetur. Ipse praeteritis elatior casibus gentem petit Musonum. quam conscientia rapinarum & caedum actibus congregauerat Firmus, ut sperabatur maiora mox adepturus. progressusque aliquantum iuxta Addefemum campum, coeperit dissonas cultu & sermonum uarietate nationes plurimas, unum spirantibus animis immanium exordia concitare bellorum, adigente hortanteque maxima spe praemiorum forore Firmi, nomine Cyria, quae abundas diuitiis & destinatione foeminea, nisibus magnis instituit iuuare germanum. Quocirca Theodosius ueritus, ne marti si se committeret impari, congressusque multitudini immensae cum paucis (tria enim armatorum millia ductabat atque quingentos) amitteret uniuersos, inter pudorem caedendi pugnandique ardorem, gradiens retro paulatim trudente pondere plebis abcessit. Hocque euentu Barbari nimium quantum sequentesque pertinaciter

certare necessitate sus, semetipsum & ad internationem perdiderat cunctos, ni gentium turbulenta concussio, procul Mazicum uisus auxiliis quos anteibant quidam Romani, arbitrata in se impetum agminum ferri copulurum, uersa in pedes aperuisset nostris exitus antehac interseptos. Exinde cum militem ducens incolumem Theodosius ad fundum uenisset, nomine Mazucanum, exultis desertoribus paucis, aliisque ad sagittariorum exemplum, quibus manus ademptae sunt, contruncatis, Stiparamense Februario uenit. Vbi diutius agens, ut antiquus ille Cunctator, pro negotio consulabat, comentis potius & prudentia, quam periculosis congressibus hostem pugnacem & impenetrabilem iactu telorum, si Fors copiam dederit, oppressurus. Mittebat tamen assidue suadendi quosdam peritos ad gentes circumscitas, Baianas, Cantaurianos, Auastomates, Casauos, Dauaresque & finitimos alios. nunc timore, nunc minis eos ad societatem alliciens, ueniamque petulantiae interdum promittendo, cum

cultorius per ambages & moras hostem frangentem, suos impetus oppressurus, ut quondam Pompeius Mithridatem. Qua causa declinans perniciem proximam Firmus, licet praesidiorum magnitudine communitus, relicta plebe quam coegerat magna mercede (quonia latendi copiam nocturna quies dedit) Caprarienses montes longe remotos penetrauerat & disruptis rupibus inaccessos. Cuius abitu clandestino multitudo dispersa, sine Rectore particulatim diffluens, inuadendi eius castra nostris copiam dedit. Hisque direptis, & interfectis qui resistebant uel in deditioem acceptis, regionum maxima parte uastata, gentibus per quas transibat Dux consultissimus apposuit fidei copertae Praefectos. Hac inopia, sequendi confidentia territus perduellis, seruis comitantibus paucis, digressu celeri consulturus saluti, ne quo praepediretur obstaculo, abiecit preciosarum sarcinas specierum, quas aduexerat secum. Vxorem nanque fessam labore continuo & perancipiti

Theodosius nullique ad eum recreato, Caprariensibus Abannisque eorum uicinis, praelio leui sublati, ad municipium properauit, ense, ueris nunciis doctus, Barbaros occupasse iam tumulos per anfracta undique spacia in sublimem porrectos nullique peruios, nisi indigenis locorum perquam gnaris, repetendo dedit hostibus facultatem, per inducias, licet breues, Aethiopum iuxta gentium adminiculis augeri uel maximis. Qui concateruatis copiis, fremituque minaci, sine sui respectu ruentes in pugnam, auerterunt eum inestimabilem turmarum specie dira, perterrefactum, statimque redintegratis animis commeatus uentus abunde reuertit, & conglobatis suis, scutaque in formidabilem mouentibus gestum, controuersas uisum opposuit manus. Quamquam igitur immitte quoddam Barbaricis concrepantibus, ab his manipuli furentium imminebant, ipsi quoque parmas genibus illidentes, tamen ut pugnator ille cautus & prudens militis paucitate diffusus, audacter agmine quadrato incedens ad ciuitatem nomine Contensem flexit iter intrepide. quorum summa uis salus crebro oppugnabatur, adeo ut post intestina pericula multa & uaria, alter in Amphitheatrali cauca, cum affuturus spectaculis introiret, a Quintiniano senatore illicitae cupidinis homine ad debilitatem pene pugione uulneraretur, Alter inopinabili impetu tempore aetatis extremo a Saturnino Centurione consilio Pautiani Praefecti, in cubiculo iacens confoderetur, ni tulisset suppetias filius adolescens. Quocirca etiam Valens erat uenia dignus, uitam, quam ereptum ire perfidi properabant, omni cautela defendens. Sed inexpiabile illud erat, quod regaliter turgidus, pari eodemque iure nihil inter se distantibus meritis, nocentes innocentesque maligna infectione uolucriter perurgebat. & dum adhuc dubitaretur de crimine, Imperatore non dubitante de poena, damnatos se quidam prius discerent quam suspectos. Adolescebat autem obstinatum eius propositum admouente stimulos auaritia, & sua & eorum, qui tunc in regia uersabantur, nouos hiatus aperientium, & si qua humanitatis fuisset mentio rara, hanc appellantium tarditatem, qui cruentis adulationibus instituta hominis mortem in acie linguae portantis, ad partem pessimam deprauantes omnia turbine intempestiuo perfliante, uersum ire funditus domos opulentissimas festinantes. Erat enim expositus accessu insidiantium & reclusus uitio gemino perniciose implicitus, quod intoleranter irascebat tunc magis cum eum puderet irasci, & quae taciturnitate priuati apertis susurris audierat an uera essent excutere, timore principis superfidens pro ueris accipiebat & certis. Inde factum est, ut demetiae specie poenatis multi protruderentur infontes, praecipuus in exilium acti, quorum in aulario bona coacta, & ipse ad questus proprios redigebatur, ut damnati cibo precario uictarent, angustiis formidandae paupertatis attriti, cuius metu uel in mare nos ire praecipites suadet Theognis poeta uetus & prudens. quae etiam si recta fuisse concesserit quisquam, erat tamen ipsa nimietas odiosa.

Vnde

Vnde animaduersum est recte hoc definitum, nullam esse crudeliorē sententiam ea, quæ est cum parcere uidetur asperior. Igitur cum Præfecto Prætorio summatis quæsit in unū, quibus cognitiones cōmissæ sunt, intercluduntur eculei, expediuntur pondera plumbea, cum fidiculis & uerberibus. resultabant omnia truculentę uocis horroribus inter cathenarū sonitus, tene, claude, cōprime, abde, ministris officiorū tristium clamitantibus. Et quoniā addi post cruciabiles pœnas uidimus multos, ut in tenebrosis rebus confusione cuncta miscentes, summatis (quia nos penitissima gestorū memoria fugit) quæ recolere possumus, expeditius absoluemus. Primo intro uocatur post interrogatiunculas leues Pergamius, à Palladio (ut dictū est) proditus quædam imprecationibus præstitisse nefariis. sicut erat impendio eloquentior & in uerba periculosa proiectus, inter ambigentes Iudices, quid prius quæri debebat, quid uē posterius, dicere audacter exorsus, multa hominum millia quasi consciorum sine strepido fundebat modo, non ut extremo Atlante magnorum criminū arguendos poscens aliquos exhiberi. Quo, ut confarcinate nimis ardua, morte multato, aliisq; gregatim post illum occisis, ad ipsius Theodori causam, quasi ad Olympici certaminis puluerē, peruenitur. Eodem die, inter complura alia, hoc quoque uenerat triste, q; Salia, thesaurorum pauloante per Thracias Comes, cum de uinculis educitur audiendus, & calceo inserit pedem, quasi ruina incidentis immensi terroris repente percussus, animā inter retinentiū manus efflauit. Constituto itaque iudicio, & cognitoribus præscriptis ostentantibus legem, sed ex uolūtate dominantis moderatibus momenta causarū, horror peruaserat uniuersis. Totus em̄ deuius ab æquitate dilapsus, iāq; eruditior ad ledendum, in modū harenarię ferę, si admotus quisquam fabricę diffugisset, ad ultimam rabiem sæuiebat. Inducti itaq; Patritius & Hilarius, ordinemq; replicare iussi gestorum, cum inter exordia uariarent, fodicatis lateribus, illato tripede quo utebantur, adacti ad summas angustias, aperiunt negotii fidem, ab ipsis exordiis replicatam. Et prius Hilarius, Construximus (inquit) magnifici Iudices, ad cortinæ similitudinem delphicæ, diris auspiciis de laureis uirgulis infaustam hanc mensulam, quam uidetis, & imprecationibus carminum secretorum, choragiisq; multis ac diuturnis ritualiter consecratam, mouimus tandem. Mouendi autem, quoties super rebus arcanis consulebatur, erat institutio talis. Collocabatur in medio domus emaculatæ odoribus Arabicis undique. lance rotunda pure superposita, ex diuersis metallicis materiis fabrefacta. Cuius in ambitu rotunditatis extremo elementorum uiginti quatuor scriptiles formæ incisæ, perite distungebantur, spatiis examinatæ dimensis. Hac linteis quidā indumentis amictus, calciatusq; itidem linteis foccis, torolæ capite circūflexo, uerbenas Felicis arboris gestans, litato conceptis carminibus numine præscitorum auctore, carimoniali scientia supersistit, cortinales pensilem anulum librans, sarctum ex carphathio filo perquā leui, mysticis disciplinis initiatum, qui per interualla distincta retinentibus singulis literis incidens saltuatim, he-

roos efficit

roos efficit uersus, interrogationibus consonans ad numeros & modos plene conclusos, quales leguntur Pythici uel ex oraculis editi Branchidarum. Ibi tum quærentibus nobis, qui præsentī succedet Imperio, quoniam omni parte ex politus fore memorabatur. & affiliens anulus duas perstrinxerat syllabas, & cum adiectione literæ postrema, exclamauit præsentium quidam, Theodorū præscribente fatali necessitate portendi. Nec ultra super negotio est exploratum. satis enim apud nos constabat, hunc esse qui poscebatur. Cūq; totius rei notitiam ita signatæ sub oculis Iudicum subiecisset, adiecit beneuole id Theodorum penitus ignorare. Post hæc interrogati, an ex fide sortium, quas agitabant, ea præscierint quæ sustinerent: uersus illos notissimos ediderunt, dare pronunciantes capitalem eis hanc operam scrutandi sublimiora cito futuram, nihilominus tamen ipsi quoque cum cognitoribus Principi cædis incendia atque flagrantes Furias imminere, quorum tres ponere sufficere ultimos. ΟΥ ΜΑΝΗΤΙ ΟΙ ΝΙ ΓΕΓΟΝΕ ΣΕΒΤΑΙ ΜΜΚΑΙ ΑΥΤΟΙ ΣΤΙ ΣΙ ΟΝ Η ΒΑΡΥ ΜΗΝΙ ΣΕΦΟ ΠΑ Η ΣΕ ΒΙΚΑ ΚΟΝΟΙ ΤΟΝ ΕΝ ΠΕ ΑΙ ΟΙ ΣΙ ΜΙ ΜΑΝΤΟ ΣΑΙ ΕΟΜΕΝΟ ΚΑΡΗΟΣ. Quibus lectis unguibus male multati separantur exanimes. Postea ut cogitati sceleris officina pateret, aperte Honoratorum inducitur globus, uertices ipsos continens rerum. Cūq; nihil præter se, quisque cernens ruinam suam, impelleret super alium permisso quæditorum, cœptans dicere Theodorus, primo in pacem ueniam prostratus, dein altius respondere compulsus. ostendit, se cognita per Euserium, ne ad Imperatorem referret, ut conatus est aliquoties, ab eo prohibitum, asserente, non appetitu Regni occupandi illicito, sed ratione quadam indeclinabilis Fati, id quod sperabatur, ultro uenturum. Deinde hac eadem Euserio sub cruenta quæstione confessione confutabant Theodorū literæ suę, per ambages obliquas ad Hilarium scriptæ. Quibus spe iam firma concepta ex uatibus, de re non cunctabatur, sed tempus patrandæ cupidinis quæritabat. Quibus post hæc cognita sequestratis, Eutropius Asiam proconsulari tunc obtinens potestate, ut factionis conscius arcessitus in crimen, abscessit innocuus, Parsiphilo eximente philosopho. qui ut cum mendacio inuito peruerteret crudeliter tortus, de statu robustæ mentis non potuit deturbari. His accessit philosophus Simonides, adolescens ille quidem, uerum nostra memoria seuerissimus. Qui cū audisse negociū per Fidustiū deferretur, & causam nō ex ueritate, sed ex unius nutu pensari sciuisset, didicisse se dixit prædicta, & cōmissa pro firmitate animi tacuisse. Quibus omnibus perspicaciter inquisitis, Imperator cognitorū consultatione respōdens, sub uno proloquio cunctos iubet occidi. & uix sine animorū horrore funestum spectaculū multitudinem innumera contuente, & onerante questibus cœlum (nāq; singulorū mala omnium esse communia credebantur) ducti uniuersi flebiliter iugulantur, præter Simonidem, quem solum sæuus illę sententię lator efferatus ob constantiam grauem, iusserat flammis exuri. Qui uitam ut dominam fugitans ravidam, ridens subitas momentorum ruinas, immobilis conflagrauit.

peregrinum

peregrinum illum imitatus, Protea cognomine, philosophum clarum, qui cū mundo digredi statuisset, Olympiæ quinquennali certamine sub Græciæ conspectu totius ascenso rogo, quem ipse construxit, flāmis absumptus est. Et post hunc, diebus secutis, omnium ferè ordinum multitudo, quam nominatim recensere est arduū, in plagas calumniarum coniecta, percussorū dexterās fatigauit, tormentis & plumbo & uerberibus ante debilitata. Sumptūq; est de quibusdam sine spiramento uel mora supplicium, dum quæritur an summi deberet, & ut pecudum ubique trucidatio cernebatur. Deinde congesti innumeri codices & acerui uoluminum multi, sub conspectu Iudicum concremati sunt, ex domibus eruti uariis, ut illiciti ad leniendam cæcorum inuidiam, cum essent plerique liberalium disciplinarum indices uariarum & iuris. Neq; ita multo post maximus ille philosophus, uir ingenti nomine doctrinarum (cuius ex uberrimis sermonibus ad scientiam copiosus Iulianus extitit Imperator) oraculi supradicti uersus audisse insimulatus, seq; cōperisse assensus, sed reticenda professionis consideratione non effudisse, uerum ultro prædixisse consultores ipsos suppliciis pœnalibus perituros, Ephesum ad genuinam patriam ductus, ibiq; capite truncatus, sensit (docente periculo postremo) quæsitōris iniquitatem omnibus esse criminibus grauiorem. Constrictus etiam Diogenes laqueis impiæ falsitatis, uir nobili prosapia editus, ingenio, facundia, fortis, suauitateq; præstans, dudum Bithyniæ Rector, ut opimum patrimonium eius diriperetur, capitali est pœna affectus. Ecce autem Alypius quoq; ex Vicario Britanniarum, placiditatis homo iucundæ, post ociosam & repositam uitam (quoniam hucusque iniustitia tetenderat manus) in squalore maximo uolutatus, ut ueneficiis reus citatus est, cum Hieroglyphio adolescente indolis bonæ, urgente Diogene quodam & uili & solo, omniq; laniena excruciato, ut uerba placentia principi uel potius accersitori loqueret, quocūq; pœnis non sufficerent membra, uiuo exusto. Ipse quoque Alypius post multationem bonorum exulare præceptus, filium miserabiliter ductum ad mortem casu quodam prospero reuocatum excepit. Per id omne tempus Palladius ille coagulum omnium ærumnarum, quem captum à Fortunatiano docuimus primum, ipsa fortis infirmitate ad omnia preceps, clades alias super alias cumulando, lachrymis uniuersa perfuderat luctuosus. Nactus enim copiam nominandi infortunarum distantia quos uoluisset, ut artibus interdictis imbutos, ita ut ferarū occulta uestigia doctus obseruare uenator, multos intra casses lugubres includebat, quosdam ueneficiorum notitia pollutos, alios ut appetitores imminuendæ conscios maiestatis. Et ne uel coniugibus maritorū uacaret miserias flere, immittebantur confestim, qui signatis domibus inter scrutinia supellectilis patris addicti, nec cantamenta quædam anilia, uel ut ebriosa subderent amatoria ad insontium perniciem concinnata. Quibus in iudicio excitatis, ubi non lex, non religio, non æquitas ueritatem à mendaciis dirimebat, indefensi bonis ablatis, nulli contacti delicto, promisse iuuenes, aliq; membris omnibus capti ad supplicia sellis gestorū ducere

riis duce

riis ducebantur. Inde factum est per Orientales prouincias ad omnis metus similiū exurerentur libraria omnia, tantus uniuersos inuaserat terror. Nāq; ut pressius loquar, omnes ea tempestate uelut in Cymeriis tenebris reptabamus, paria conuiuis siculi Dionysii pauitantes, qui cum epulis omni tristioribus fame saginarentur, ex summis domorum laqueariis, in quibus discumbebant, fetis nexos equinis, & occipitiis incumbentes gladios perhorrebant. Tunc & Bassianus Procero generatus Notarius, militans inter primos, quasi prænoscere altiora conatus, licet ipse de æqualitate partus uxoris consuluisse firmaret, ambitioso necessitudinum studio, quibus tegebatur, morte ereptus, patrimonio opimo exutus est. Inter fragores tot ruinarum, Heliodorus tartareus ille malorum omnium cum Palladio fabricator, mathematicus ut memorat uulgus, colloquiis ex aula regia præpigneratus abstrusis, iam funebres aculeos excitabat, omni humanitatis inuitamento ad prodendum quæ sciret uel fingeret laceffitus. nam & pollicitus cibo mundissimo fouebatur, & ad largiendum pellicibus merebat æs collatitiū graue, & incedebat passim ac late os circūferens uultuosum, omnibusq; formidatus, ea fiducia sublatior, q; ad lupanar, quo sicut ipse coluit liberius seruabatur, cubiculariis officiis præpositus, assidue propalam uenditabat elogia parentis publice perferens, futura pluribus luctuosa, per quæ eum ut forensium causarum patronū, quid in primis orationis partibus collocaret, ut proficere possit facilius & ualere, quibusue figurarum cōmentis splendida loca attentare debeat, præmonebat. Et quoniam longum est, quæ cruciarius ille conflauit, hoc unum edisseram, quanq; præcipiti confidentia patriciatus columina ipsa pulsauit. Qui ex clandestinis (ut dictum est) regionum confabulationibus immaniter arrogans, & ipsa uilitate ad facinus omne uenalis, egregiū illud par Consulū Eusebium & Hypatium germanos fratres, Constantii principis quondam affines, ad cupidinem altioris fortunæ erectos, & consuluisse & agitasse quædam super Imperio detulit, addens itineri ad mendacium fecte constructo, q; Eusebio etiam Principalia indumenta parata sint. Quibus haustis auenter fremebundus & minax, cui nihil licere debuerat, quia omnia sibi licere etiā iniusta existimabat, irremisse ab externis regionū, interuallis exhibitis omnibus, quos solutus legibus accusator perducere debere profunda securitate mandarat, suscipi quæstionem criminose præcepit. Cūq; nodosis coarctationibus æquitate diu iacta, & uix uili asseueratione perditum nebulonis durante, nullam confessionem exprimere tormenta grauiora potuissent, ablegatosq; ab omni huiusmodi conscientia ipsa uiros ostenderet claros, calumniator quidem ita ut antea honorabiliter colebatur. Illi uero exilio & pecuniariis afflicti dispendiis, paulopostea reddita sibi multa sunt reuocati dignitatibus integris & splendore. Nec tamen post hæc tam pœnitenda, repressius actum est uel prudenter, non reputante alta nimium potestate, q; recte institutis ne cum inimicorum quidem incommodis in delicta conuenit ruere uoluntaria. nihilq; sit tam durum, q̄ ad ardua Imperii supercilia etiā acerbiter naturæ adiungit.

Z

Sed Heliodoro (incertum morbo, an quadam excogitata vi) mortuo, nolui dicere, utinam nec ipsa res loqueretur, funus eius per uespillones elatum, paliiati processere honorati complures, inter quos & fratres iussi sunt Consulares, ibi tunc Rectores Imperii, caries tota stoliditatis apertius est profanata. Qui cum abstinere inconsolabili malo rogaretur obnixè, inflexibilis mansit, ut uideretur aures occlusisse cæcis, quasi scopulos Syrenios transgressurus. Superatus tamen precibus destinatis, tandem nudatis capitibus, infaustam bustuarii Libitinam adusque sepulcrum incedentes pedibus, quosdam etiam complicatis articulis præire mandauit. Horret animus reminisci, quo iusticio humiliati tot rerum apices uisebantur, & præcipue consulares, post Scipiones & trabeas & fastorum monumenta mundana. Inter quos omnes adolescentiæ uirtutum pulchritudine commendabilis noster Hypatius præminebat, uir quieti placidique consilii, honestatem lenium morum uelut ad perpendicularum librans, qui & maiorum claritudini gloriæ fuit, & ipse posteritatem mirandis actibus præfecturæ geminæ decorauit. Accesserat hoc quoque eodem tempore ad Valentis cæteras laudes, quæ cum in aliis ita sauiet infeste, ut pœnarum maturis ferret finiri cum morte dolens, Numium tribunum, malitia quendam exuperantem, iisdem diebus conuictum confessumque, quæ execto uiuæ mulieris uentre, atque intempestiuo partu extracto, infernis Manibus excitis de permutatione Imperii consulere ausus est, familiaritate eius contuitu, ordine omni mussante abire iussit illæsum, salutem & inuidendas opes & militiæ statum integrum retenturum. O præclara informatio doctrinarum, munere cœlesti indulta felicibus, quæ uel uitiosas naturas sæpe excoluisti, quanta in illa caligine temporum correxisses, si Valenti scire per te licuisset, nihil aliud esse Imperium (ut sapientes definiunt) nisi curam salutis alienæ, bonique esse moderatoris restringere potestatem, resistere cupiditati omnium rerum & implacabilibus iracundiis, nosseque (ut Cæsar dictator aiebat) miserum esse instrumentum senectuti recordationem crudelitatis, ideoque de uita & spiritu hominis (qui pars mundi est, & animantium numerum complet) laturum sententiam, diu multumque cunctari oportere, nec præcipiti studio ubi irreuocabile factum est agitari, ut exemplum est illud antiquitati admodum notum. Apud proconsulem Asiæ Dolabellam Smyrnæa sobolem propriam & maritum uenenis necasse confessa, quæ filium ex alio marito ab eis comperit necatum, ad quod res ex more dilata est, anceps quid inter ultionem & scelus statui debeat hæsitaret, ad Areopagitas missa est Athenienses, Iudices tristiores, quorum æquitas decorum quoque iurgia dicitur distinxisse. Hi causa cognita, centesimo post anno cum accusatore mulierem adesse iusserunt, ne aut absoluerent ueneficam, aut ultrix necessitudinum puniretur. Ita nunquam tardum existimatur, quod est omnium ultimum. Post commissâ iniquitatibus uariis antedicta & imprefusus fide corporibus liberisque superuixerant notas inconniuens Iustitiæ oculus arbiter & uindex perpetuus rerum uigilanti, Attente namque cæsoꝝ ultimæ dire,

perpetuum

perpetuum numeratione querelarum iustissima comouentes, Bellonæ accenderant faces, ut fides oraculi firmaretur, quod nihil impune prædixerat perpetrari. Dum hæc, quæ supra digesta sunt, Antiochiæ parthico fragore cessante per intestinas dilatantur ærumnas, cætus Furiarum horrificus post inconuolutos multiplices casus ab eadem urbe digressus, ceruicibus Asiæ totius insedit, hoc modo. Festus quidam Tridentinus ultimi sanguinis & ignoti, in nexum germanitatis à Maximino dilectus, ut sodalis & contogatus, discernentibus Fatis ad Orientem transgressus est, ibique administrata Syria magisterioque Memoriæ peracto, bona lenitudinis & reuerentiæ reliquit exempla. Unde regere Asiam proconsulari potestate exorsus, uelificatione tranquilla (ut aiunt) ferebatur ad gloriam. Audiens autem Maximinū, optimo cuique exitialem, obrectabat subinde actibus eius, ut perniciosus & fœdis. Sed cum impie peremptorum exequiis suffragantibus, ad Præfecturam uenisse hominem comperisset immeritum, exarsit ad agenda sperandaque similia, & histriionis ritu, mutata repente persona, studio nocendi concepto, incedebat oculis intentis ac rigidis, Præfecturam autumans affore propediem, si ipse quoque se contaminasset infontium pœnis. Et quanquam sint multa & uaria, quæ ut leuius interpretemur, egit asperrime, pauca tamen dici sufficere, quæ sunt nota peruulgataque, ad æmulationem eorum commissâ, quæ facta sunt Romæ. Ratio enim eadem est ibi recte secusue gestorum, etiam si magnitudo desit dissimilis rerum. Philosophum quendam Coheraneum, haud exilis meriti uirum, ea causa tormentorum immanitate ultum occidit, quæ ad coniugem suam familiariter scribens, sermonem addiderat græce ΣΟΙΛΟΝΟΘΙΚΑΙΣΤΕΘΕΤΗΝ ΤΥΑΗΝ, quod dici prouerbialiter solet, ut audiens altius aliquid agendum agnoscat. Anum quandam simplicem, interuallatis febribus mederi leni carmine consuetam, occidit ut noxiam, postquam filiam suam ipso conscio curauit ascita. In chartis cuiusdam municipis clari, scrutari ex negotio iussis, genitura Valentis cuiusdam inuenta est, repellensque calumnias is, cuius intererat, cum obiectaretur ei quam ob rem constellationem Principis collegisset, fratrem suum fuisse Valentem, dudumque obiisse, documentorum plena fide monstrare pollicito, inexpectato ueritatis indicio laniatus, lacer trucidatus est. Visus adolescens in balneis admouere marmoris manus utriusque digitos alternatim, & pectoris septem uocales literas numerasse, ad stomachi remedium prodesse id arbitratus, in iudicium tractus, percussus est gladio post tormenta. His & mihi uertendi stilum in Gallias confunditur ordo seriesque gestorum. Inter multa & sæua Maximinum reperiens iam profectum, qui potestate late diffusa sæuum Imperatori accesserat incentium, maiestati Fortuna miscente licentiam grauem. Quisquis igitur dicta considerat, perpendat etiam cætera quæ tacentur, ueniam daturus, ut prudens, si cuncta complectimur, quæ consiliorum prauitas crimina in maius exaggerando commisit. Adolescente enim acerbitate rationum inimica rectorum, trux suo opte ingenio Valentinianus post eiusdem Maximini aduentum, nec meliora monente

Z ii

ullo, nec retentante, per asperos actus uelut aestu quodam fluctuum ferebatur & procellarum, adeo, ut irascentis saepe uox & uultus incessus mutaretur & color. Quam rem indicia uaria testantur & certa. è quibus pauca sufficiet poni. Adultus quidam ex his, quos Pædagogianos appellant, ad obseruandam uenatitiam prædam spartanum canem retinere dispositus, ante prædictum tempus absoluit, a sultu eius euadere conantis appetitus & morsu, ideoq; necatus ad exitium fustibus, eadem necatus est die. Præpositum fabricæ, oblato thorace polito faberrime, præmiumq; ideo expectantem, ea re præcepit occidi, q; pondus paulominus habuit species ferrea, quam ille formarat.

Epiroten aliquem ritus Christiani præbyterum nostros Firmus, ut in monumento obstruso locarat & celso, cunctisq; recens in proditoris satellitisq; memorati animaduertit acriter, ut solebat. Hoc ei magni nominis adiuumento gerenti prosperrime, uerus indicat explorator, confugisse ad Isassensium populum Firmum. Ad quem repositum una cum fratre Mazuca ceterisq; necessitudinibus illuc ingressus, cum adipisci non posset, genti bellum indixit, & prælio atroci commisso, ferocientibus Barbaris ultra modum, aciem in rotundo habitu figuratam opponit, adeoq; Isassenses pondere cateruarum ingentium inclinati sunt, ut plurimi caderent, & ipse Firmus ferox & sæpe in suam pernitionem præcepit, quo auferretur in fugam per saxa & rupes discurrere citus assuetus. Mazuca uero frater eius caperetur letaliter faucius. Qui Cæsaream mitti dispositus, ubi sæua inusserat monumenta facinorum pessimorum, dilatato uulneris hiatu discessit. Caput tamen eius, auulsum residuo in corpore, cum magno uisentium gaudio urbi illatum est antedictæ. Post hæc, Isassensium gentem quæ obstitit superatam, dux nobilis incòmodis multis, ut æquitas poscebat, afflixit. Ibi Euasium potentem municipem, Florūq; eius filium, & quosdam alios, per secretiora consilia temerorem quietis iuuisse confutatos aperte, flammis absumpsit. Exindeq; pergens interiorius, nationem Iubalenam spiritu aggressus ingenti, ubi natum nobilem patrem dederat Firmi, repulsus altitudine montium & flexuosis angustiis stetit. Et quanlibet facto in hostem impetu pluribusq; peremptis aperuerit uia, formidans tamen sublimia collium ad insidiandum aptissima, ducens suos incolomis reuertit ad Audiense castellum, ubi Isassensium gens fera se met dedit, uoluntaria auxilia præstare spondens & comæatus. His & eiusmodi gloriosis actibus exultans amplissimus ductor, ipsum ocium turbatorem petebat ualido uirium nisu. ideoq; prope munimentum, nomine Medianum, diu consistens, per multas prudentesq; sententiarum uias eundem sibi prodi sperabat. Hæcq; cogitationibus anxii altioreq; prospiciens cura, rursus ad Isassenses hostem comperit reuertisse. quos nihil moratus, ut antea, agminibus adoritur incitatis. Cui Rex Igmazen nomine, spectatus per eos tractus, opibusq; insignis, progressus obuiam confidenter, Cuius locies tu, inquit, uel quid

uel quid acturus huc uenisti? responde. Quem Theodosius fundata mente intuens toruum, Comes ait Valentiniani sum, Orbis terrarum domini, ad operandum latronem funereum missus, quem nisi statim reddideris, ut inuictus statuit Imperator, peribis funditus cum gente quam regis. Quo audito Igmazen, post conuitia multa quæ congestit in ducem, ira doloreq; percussus abscessit. Et secuta principio lucis utrinq; occursum sibi ad confligendum procellerunt acies minacissimæ, & Barbarorum uiginti penè millia in ipsis locata sunt frontibus, occultatis pone terga subsidialibus globis, ut assurgentes paulatim nostros multitudine clauderent insperata. Hisq; Isassenses auxiliare accessere quàm plures, quos adiuumenta & comæatus nostris docuimus promississe. Contra Romani quauis admodum pauci, tamen fortibus animis uictoriisq; antegressis elati, defectis lateribus scutisq; in testudinis formam coherenter aptatis restiterunt gradibus fixis, & à Sole orto usque diei extimè pugna protenta, paulo ante uesperam uisus est Firmus equo celsiori insidens, sago puniceo porrectius panno, milites clamoribus magnis hortari, ut dedant Theodosium oportune (truculentum eum appellans & dirum & suppliciorum sæuum repertorem) si discriminibus eximi uellent, quæ perferebant. Hæc insperata uoces ad dimicandum quosdam acius incitarunt, alios inferere prælium illexerunt. Proinde ubi noctis aduenit quies prima, partibus tenebrarum obuolutis errore, dux reuersus ad Audiense castellum, militesq; recognoscens eos, quos à pugnandi proposito pauore uerba detorserant Firmi, diuerso genere pœnarum extinxit, alios ademptis dexteris, quosdam uiuos combuitos, excubiasq; agens cura peruigili, Barbarorum aliquos ausos, cum apparere non possent post occasum Lunæ, castra sua tentare insudit, uel irruentes audentius cepit. Digressus exinde passibus citis, Vessalienses ut ambiguae fidei per tramites adortus obliquos, unde parum sperari potuit, ad penuriam uastauit extremam, perq; Cæsariensis Mauritanie oppida reuersum Sitiphim, Castorem & Martinianum, rapinarum flagitiorumq; Romani participes, ad interitum tortos incendit. Redintegratur post hæc cum Isassensibus bellum. primoq; conflictu Barbarorum pluribus pulsus & interfectis, Rex eorum Igmazen uincere antehac assuetus, terrore fluctuans mali præsentis, nihilq; comæciis uetitis ad uitam spei sibi restare, si obstinatus egerit arbitratus, quantum caute fieri potuit & occulte prorupit ex acie solus, uisumq; Theodosium suppliciter petit, ut Missillam Mazicum optimam ad se uenire iuberet, per quem (ut rogauerat) missum, clandestinis colloquiis monuit ducem, suo pte ingenio pertinacem, ut ad præbendam sibi copiam agendi quæ uellet, popularibus uis acriter immineret, eosq; assiduitate pugnandi mutaret in metum, promptos quidem ad duellis fauorem, sed iacturis multiplicibus fessos. Paruit Theodosius dictis, & crebritate certaminum Isassenses ita protriuit, ut iisdem labentibus pecudum ritu Firmus latententer euaderet, & ab iis & diuturnis lachrymis amendandus, inibi dum de fuga consultat tentus ab Igmaze custodiretur. Et quoniam obscurius gesta

didicerat per Massillam, in extremis rebus unum remedium superesse contemplans, calcare uiuendi cupiditatem uoluntaria statuit morte. uinóque consulto distentus, & crapulentus silenti nocte, oppressis altiore somno custodibus, peruigil ipse impendentis erumnæ terrore insomnis, grauibus relicto cubili manibus repens & pedibus longius sese discreuit. repertumque funiculū, quem finendæ uitæ paruere casus, de clauo parieti affixo suspendit. ubi collo inserto, animam absque morte cruciabili exhalauit. Quod dolenter ferens Igmazen, ereptamque sibi gloriam gemens, quia non contigerat ad castra Romana uiuum ducere perduellem, interposita fide publica per Massillam, ipse carmelo necati cadauer impositum ferens, cum tentoria exercitus aduentaret, ad Subicarense castellum locata, in iumentum transtulit in sarcinalem, & Theodosio obtulit exultanti. Qui conuocatis armatis simul atque plebe, interrogatisque an agnoscerent uultum. eiusdem esse, cum sine ulla didicisset ambage, ibi paulisper moratus, Sitiphim triumphanti similis redit. ætatum ordinumque omnium celebrabili fauore susceptus. Dum hoc puluere per Mauritanniam dux antedictus anhelat & Africam, Quadorum natio motu est excita repentino, paræ nunc formidanda, sed immensum quantum antehac bellatrix & potens, ut indicat properata, quoniam raptim procliuia, obseffaque ab iisdem Marcommanis Aquileia diu, Opitergiūque excilum, & cruenta complura per celeres acta prociuctus uix resistente perruptis alpiibus Iulius Primicerius, quem ante docuimus marito & erat ut Barbaris ratio iusta querelarum. Valentinianus enim studio muniendarum limitum, glorioso quidem, sed nimio, ab ipso principatus initio flagrans, trans flumen Istrum in ipsis Quadorum terris, quasi Romano iuriam uindicatis, edificari præsidaria castra mandauit. Quod accolæ ferentes indigne, sui que cautiore, legatione tenuis interimit, susurris arcebant. Sed Maximinus in omne auidus nefas, & genuinos mitigare nequens flatus, quibus Præfecturæ accesserat tumor, increpabat Equitium, per Illyricum eo tempore magistrū Armorum, ut peruicacem & desidem, nec dum opere quod maturari dispositum est, consumato. addebatque ut consulens in commune, quod si paruo suo Martelliano deferretur potestas per Valeriam, ducis munimentum ubique ulla causatione confurgeret. utrumque mox est impetratum. Qui promotus profectusque cum uenisset ad loca, intempestiue turgens ut filius, nullis affatibus delinitis his, quos nunquam tentatæ cupiditatis figmenta regionum suarum faciebant extorres, opus pauloante inchoatum aggreditur, admissæ copia fraganti suspensum. Denique Gabinium Regem, ne quid nouaretur modeste poscentem, ut assensurus humanitate simulata cum aliis ad conuiuium corrogauit. Quem digredientem post epulas, hospitalis officii sanctitate nefarie uiolata, trucidari securum effecit. Cuius rei tam atrocis disseminatus rumor ilico per diuersa, & Quados & gentes circūfita efferauit, Regisque flentes interitum in unum coactæ misere uastatorias manus. quæ Danubium transgressæ, cum nihil expectaretur hostile, occupatam circa messem, agrestem

agrestem adortæ sunt plebem. maioreque parte truncata, quicquid superfuisset domum cum multitudine uarii pecoris abduxerunt. Euenisset profecto tunc inexpiabile scelus, numerandum inter probrofas Rei Romanæ iacturas. paulo enim abfuit, quin filia caperetur Constantii, cibum sumens in publica uilla, quam appellant Pistrensem, cum duceretur Gratiano nuptura, ni fauore propitii numinis præsens Messala, prouinciæ Rector, eam iudiciali carpento impositam, ad Sirmiam uicesimo sexto lapide disparatam cursu reduxisset effuso. Hoc casu prospere regia uirgine periculo misere seruitutis exempta, cuius, si potuisset impetrari, redemptio captæ magnas inuississet Reipublicæ clades. Latius se cum Sarmatis Quadi pandentes, ad raptus & latrocinia gentes aptissimæ, prædas hominum uirile & muliebre sexus agebant & pecorum, uillarum cineribus exultarum, caëtorumque incolentium exultantes erumnis, quos nec opinantes sine ulla parsimonia deleuerunt. Per omnia itaque propinqua malorum similium dispersa formidine, præfectus Prætorio agens tunc apud Sirmium Probus, nullis bellorum terroribus assuetus, rerum nouarum lugubri uisu præstrictus, oculosque uix attollens, hærebat diu quid capefferet ambigens. & cum paratis uelocibus equis noctem proximam destinasset in fugam, monitus tutiore consilio, mansit immobilis. Didicerat enim omnes secuturos confestim, qui mœnibus clauderentur, regendos latebris oportunis. Quod si contigisset, impropugnata ciuitas uenisset in manus hostiles. Proinde parumper lenito pauore, ad arripienda quæ urgebāt acri animo assurgens, reterisit obrutas ruderibus fossas, murorumque maximam partem pacis diuturnitate contemptam, & subuersas adusque cellarum turrium minas expetit studio ædificandi coalitus. Hac ratione opere uelociter absoluto, quod impensas ædificandi causa theatri dudum congestas, sufficientes ad id quod efficere maturabat, inuenit. Atque huic spectato consilio salutare addidit aliud, & sagittariorum cohortem ex statione proxima affuturam, obsidio si uenisset, acciuit. His uelut obicibus Barbari ab oppugnanda urbe depulsi, parum ad has calliditates dimicandi solertes, sarcinisque impediti prædarum, ad Equitii uertuntur indaginem. Et cum ad Valeriæ spatia longe remota secessisse, raptorum didicissent indicis, illuc properato petierant gradu frendentes, hacque ex causa iugulo eius intenti, quod per ipsum circūuentum Regem existimabāt infontem. Quibus cognitis, cursu ruentes infestius, obuiam legiones motæ sunt duæ Pannonica & Mœsiaca ualida præliis manus. quæ, si conspirasset, abierat procul dubio uictrix. Sed dum discretim grassatores adoriri festinant, ortis inter se discordiis impediti, de honore certabant & dignitate. Quo intellecto Sarmatæ sagacissimi, non expectato certandi signo solenni, Mœsiacā primam incessunt. Dūque milites arma tardius per tumultum expediunt, interfectis plurimis, aucti fiducia aciem perrupere Pannonicam, disiectaque agminis mole, geminatis ictibus omnem penè deleissent, ni periculo mortis aliquos citum extraxisset effugium. Inter hæc Fortunæ dispendia tristioris, dux Mœsiæ Theodosius Iunior, prima etiā tum lanugine iuuenis, Princeps postea perspectissimus, Sarmatas

liberos ad discretionem feruorum rebellium appellatos collimitia nostra ex alio latere inuadentes aliquoties expulit & afflixit, congressibus densis attritos. adeoque obsistentes fortissime turbas confluentes oppressit, ut caesorum plurimum alites iuste sanguine satiaret & feras. Vnde residui tumore iam de flagrante, metuentes ne idem dux uirtutis ut apparuit expeditae, in primo finium aditu incurfantes cuneos sterneret aut fugaret, uel insidias per sylvarum locaret occulta, post multos perumpendi conatus subinde tentatos in cassum, abiecta pugnandi fiducia concessionem petiuere praeteritorum & ueniam. Victique ad tempus indultae fœderibus pacis, nihil egere contrarium, eo maxime timore percussi, quod ad tutelam Illyrii Gallicani militis ualidum accesserat robur. Dum hæc tot actalia per turbines agitantur assiduos, Claudio regente Urbem æternam, Tiberis, qui media interfecans mœnia cloacis & fluuiis abundantius multis Tyrreno mari miscetur, effusione imbrum exuberans nimia, & supra amnis speciem pansus, omnia penè contextit. & stagnantibus ciuitatis residuis membris, quæ tenduntur in planiciem molliorem, montes soli & quicquid insularum celsius eminebat, à præsentem metu defendebatur. & ne multi inedia contabescerent, undarum magnitudine nusquam progredi permittente, lembis & scaphis copia suggereretur abunde ciborum. At uero ubi tempestas molliuit, & flumen ruptis retinaculis rediuit ad solitum cursum, absterfo metu, nihil postea molestum expectabatur. Hic ipse Praefectus egit admodum quietem, nullam seditionem super querela iusta perpeffus. & instaurauit uetera plurima. inter quæ porticum exci-
rauit ingentem, lauacro Agrippæ contiguam, Euentus Boni cognominatam, ea re, quod huius nominis prope uisitur templum.

AMMIANI . MARCELLINI

R E R U M . G E S T A R U M

L I B E R . T R I G E

S I M V S



N has barbararum difficultates, quas per caducis Rege Quadorum excita, ut occiso per scelus, dirum in Oriente committitur facinus, Para Armeniorum Rege clandestinis insidiis obruncato. Cuius materiae, impio conceptae consilio, hanc primordiale fuisse nouimus causam. Confarcinabant in hunc etiam tum aduultum crimina quaedam apud Valentem exaggerantes male solertes homines, dispendiis saepe communibus pasti. Inter quos erat Terentius dux, demissa ambulans, semperque subiectus, sed quoad uixerat acer dissensionum instructor. Qui ascitis in societatem gentibus paucis, ob flagitia sua suspensis in metum, scribendo ad Comitatum assidue Gylacis necem replicabat. & Artabannus respondens, eundem iuuenem ad superbos actus elatum, ne misisset in subiectos inmanem, unde quasi futurus particeps suscipiendi tunc pro instantium rerum ratione tractatus, idem Para regaliter uocatus, & apud Tarsum Ciliciae obsequiorum specie custoditus, cum neque ad Imperatoris castra accipi, ne surgentis aduentus causam scire cunctis reticentibus posset, tandem secretiore indicio cooperit per literas Romani Rectoris uadem Terentium mittere propediem alterum Armeniae Regem, ne diu Para speque quod reuertitur nationibus oportuna deficeret, ad iura Persarum eam rapere uel metu uel adulatione flagrantium. Quae reputans ille impendere sibi praesagiebat exitium graue. Et doli iam prudens, neque aliam, nisi cito discessu, salutis reperiens uiam, suadentibus his, quibus fidebat, conglobatis trecentis Comitibus, secutis eum e patria cum equis uelocissimis, ut in magnis solet dubiisque terroribus, audacter magis quam considerate pleraque diei parte emensa, egressus cuneatim properabat intrepidus. Cumque eum prouinciae moderator apparitoris qui portam tuebatur impercitus, festinato studio reperisset in suburbano, ut remaneret enixius obsecrabat. & parum hoc impetrato, mortis auersus est metu. Nec minus paulopostea legionem secutam, iamque aduentantem ipse cum promptissimis retrorsus excurrens, fundensque in modum scintillarum sagittas, sed uoluntate errans, hanc in fugam compulit, ut cum tribuno milites uniuersim perterrefacti, uiuidius quam uenerat, remearent ad muros. Exin solutus omni formidine, biduo & binotio exanclatis itinerum laboribus magnis, cum ad flumen

men uenisset Euphraten, & inopia nauium uoraginosum amnem uado transire non posset, nandi imprudentia pauentibus multis, ipse omnium maxime cunctabatur. & remansisset, ni cunctis uersantibus uaria, id reperire potuisset effugium, in necessitatis abrupto tutissimum. lectulos in uillis repertos, his utribus suffulserunt, quorum erat abundans prope in agris uinariis copia. Quibus singulis proceres insidentes & Regulus ipse, iumenta trahentes praeuptos undarum occurfantium fluctus obliquatis meatibus declinabat. Hocque commento tandem ad ulteriorem ripam post extrema discrimina peruenerunt. residui omnes equis inuecti natantibus & circulante flumine saepe demersi, iactique infirmati periculoso morbo, expelluntur ad contrarias margines. ubi paulisper relecti expeditius quam diebus praeteritis incedebant. Hoc nuntiato Princeps antedictus fuga percussus, quem elaqueatum fidem rupturum existimabat, cum sagittariis mille succinctis & leuibus Danielum mittit & Barzimerem, reuocatuos eum, Comitem unum, alterum Scutariorum tribunum. Hi locorum gnaritate confisi, quae ille properans ut peregrinus & insuetus meandros faciebat & gyros, compendiosis uallibus eius itinera praueuerunt. & diuisis inter se copiis, clausere uias proxima duas trium millium interuallo distinctas, ut transiturus per utrauis caperetur improuidus. Sed cuanuit cogitatu hoc casu. Viator quidam ad citeriora festinans, cum uiuum armato milite uidisset opletum, per posterulam tramitem medium squalentem fructeris & sentibus uitabundus excedens, in Armenios incidit fessos. e ductus ad Regem, arcano sermone solum quae uiderat docet, ac retinetur intactus. Moxque metu dissimulato, eques mittitur clandestinus ad dextrum itineris latus, diuersoria paraturus & cibum. Quo paulum progresso, in leuum tractum item alius talia facturis ire iubetur, occasum alterum aliorum nesciens missum. Quibus ita utiliter ordinatis, Rex ipse cum suis dumeta per quae uenerat relegens, & rursus monstrante quae hispidam & iumento onusto exiguam callem post terga relictis militibus euolauit. Qui captis eius ministris missis ad mentes obseruantium praestringendas, quasi uenatitiam praedam, modo non porrectis brachiis expectabant. Tandemque hi uenturum operiuntur. Ille Regno incolumis restitutus, & cum gaudio popularium summo susceptus, fiderandi ne mansueti mobilis, iniuriis quas pertulerat omnibus demissatis. Danielus post haec & Barzimeres cum lusi iam iam reuertissent, probrosis lacerati conuiciis ut inertes & desides, ut hebetate primo aspectu uenenatae serpentes ora exacuere letalia, cum primum potuissent lapsa prouirium copia nocituri, & leniendi causa flagitii sui uel fraudis quam meliore consilio pertulerunt apud Imperatoris aures rumorum omnium tenacissimas incessabant falsis criminibus Param, intentione scire as inuertendis debilitandisque corporibus, miris modis eum callere fingentes, addentesque huiusmodi artibus offusa sibi caligine mutatas, uasorumque forma transgressus tristes sollicitudines, huic irrisioni superfuerit excitauit. Hinc illum inexplicabile auctum principis odium & doli struebantur indices, ut per uim uel clam uita adimeretur Parae.

Agentique

Agentique tunc in Armenia Traiano & rem militarem curanti ad secretis committitur scriptis, quae illecebrosis Regem insidiis ambiens, & modos serenae mentis Valentis indices ut terram tradens modo ipse se se eius conuiciis ingerens ad ultimum composita fraude ad prandium uerecundius inuitauit, qui nihil aduersum metuens uenit, concessoque honoratior discubuit loco. Cumque apponerentur exquisitae cupediae, & aedes amplae neruorum & articulato flatique sonitu resultarent, iam uino incalescente ipso conuiuii domino, per simulationem naturalis cuiusdam urgentis egresso, gladium districtum intentans toruo lumine ferociens quidam immititur Barbarus asper, ex his, quos Supras appellant, confossurus iuuenem exilire posset, etiam tum impraeeditus. Quo uiso Regulus forte prominens ultra torum exedito dolone assurgens, ut uitam omni ratione defenderet, perforato Rectore deformis procubuit uictima multiplicatis saepe concisa. Hocque figmento nefarie de certa crudelitate inter epulas, quae reuerendae sunt uel in Euxino Ponto, hospitali numine contuente, peregrinus cruor in ambitiosa iam & conspersus spumantes ante societati superfuit conuiuarum horrore maximo disperforum. Ingemiscat (si quis uita digressis est dolor) huius arrogantiam facti Fabritius ille Lucinus. sciens qua animi magnitudine Timocharem (uel ut quidam scribunt Nitiam) ministrum reppulerit regium, colloquio occultiore pollicitum, quod Pyrrhum, Italiam tunc bellis saeuissimis exurentem, ueneno poculis necabit infectis. scripseritque ad Regem, ut ab interiore caueret obsequio. Tantum reuerentiae locum apud priscam illam Iustitiam uel hostilis mens genitalitas obtinebat. Verum excusabatur recens inusitatum facinus & pudendum necis exemplo Sertorianae, adulatoribus forsitan ignorantibus, quod (ut Demosthenes perpetuum Graeciae decus affirmat) nunquam similitudine aut impunitate alterius criminis diluitur id quod contra ac liceat arguitur factum. Haec per Armeniam notabiliter gesta sunt. Sapor uero post suorum praestitiam cladem comperto interitu Parae, quem sociare sibi impendio conabatur, moerore graui percussus, augenteque nostri exercitus alacritate formidinem, maiora sibi praeseminans, Arrace Legato ad Principem missis, perpetuam erumnarum causam deleri penitus suadebat, Armeniam subdi, si placuisset, aliquot poscens, ut Iberiae diuisione cessante, remotisque inde partis Romanae praesidiis, Aspacures solus regnare permetteretur, quem ipse praefecerat genti. Ad quae Valens in hac respondit sententiam, Nihil derogare se posse placitis, ex consensu firmatis. sed ea studio curatiore defendere glorioso proposito. Contrariae Regis literae hyeme iam extrema perlatae sunt, uana caesantes & tumida. Assueerat enim non posse semina radicitus amputari discordiarum, nisi interuenissent conscii uotis foederatae cum Louiano, quorum aliquos uita didicerat abscelisse. Ingrauescente post haec altius cura, Imperator eligere consilia, quae inuenire sufficiens, id conducere rebus existimans, Victorem magistrum Equitum & Vibitium Mesopotamiae ducem orae properare iussit in Persas, responsum absolutum & unius modi perferentes, quod Rex iustus & suo contentus, ut iactitabat,

ut iactitabat, sceleste concupiscat Armeniam, ad arbitrium suū uiuere cultoribus eius permisisset, ni Sauromaci præsidia militum impertita principio sequentis anni, ut dispositū est, impredita reuerterint, inuitus ea cōpleuit que sponte sua facere superfedit. Quæ legatio recta quidem & libera, ni deuiasset in eo, qd̄ absque mandatis oblatas sibi regiones in eadem Armenia suscepit exiguas. qua regressa aduenit Surena potestatis secūdæ post Regem has easdem Imperatori offerens partes, quas audacter nostri sumpsere Legati. Quo suscepto liberaliter & magnifice, sed parum impetrato qd̄ poscebat remisso, parabantur magna instrumenta bellorū. ut mollita hyeme Imperator ei trinis agminibus perrupturo Persidem, ideoq; Scytharum auxilia festina celeritate mercante. Proinde parum adeptus ea, quæ spe uana conceperat Sapor, ultraq; solitum asperatus, q; ad expeditionem accingi Rectorem compererat nostrum, iram eius conculcans Surenæ dedit negotiū, ut ea quæ Victor Comes susceperat & Vrbitius armis repeteret, si quisquā repugnaret, & milites Sauromacis præsidio destinati malis affligerentur extremis. Hæcq; ut statuerat maturata confestim, nec emendari potuerunt, nec uindicari, quia Rem Romanam alius circūsteterat metus totius Gothiæ, Thracias licentius perumpentis, quæ funera tunc explicari poterunt carptim, si ad ea quoq; uenerimus. Hæc per Eoos agitata sunt tractus. Quorum inter seriem, Africanas clades & Legatorum Tripoleos manes, inultos etiā tum & errantes, sempiternus uindicauit Iustitiæ uigor, aliquoties ferus, sed scrupulosus quæsitorgestorū recte uel secus, hoc modo. Remigius, quem populanti prouincias retulimus Comitem fuisse Romano, postq; Leo in eius locū magister esse cepit Officiorū, à muneribus Reip. iam quiescens, negotiis se ruralibus dedit prope Moguntiacum in genitalibus locis. Quem ibi morantem securius præfectus Prætorio Maximinus reuersum ad otium spernens, ut solebant dire luis ritu grassari per omnia, ledere modis quibus poterat, affectabant, utq; rimaretur plura, quæ latebant, Cæsarium ante hæc eius Domesticum postea Notarium Principis raptum, quæ Remigius egerit, uel quantum acceperit, ut Romani iuuaret actus infandos, per quæstionem cruentam interrogabat. Quibus ille cognitis, cum esset (ut dictum est) in secessum conscientia maiorum urgente uel ratione formidinem superante calumniarū, innodato gutture laqueis nexibus interiit, secutos Thecanno Grauiano ascito in trabæ societatem Æquitio Consule. Valentiniano post uastatos aliquos Alamanniæ pagos munimentum ædificanti prope Basileam, qd̄ appellant accolæ Robur, offertur Præfecti relatio, prouido gentis Illyricæ clades. Quibus ille (ut cunctatorem decuerat ducem) examinatus lectis, attonitus cogitationibus anxiis, Paterniano Notario missio, negocium scrupulosa quæsiuit indagine. moxq; ueris per eum nunciis gestorū acceptis, euolare protinus festinaret. ausos temerare limitem Barbaros, primo fragore (ut mente conceperat) oppressurus armorum. Quia igitur, abeunte autumno, multa impediabant & aspera, annitebantur omnes per regiam optimates, ut adusque principium

Veris

Veris oratum eum perciperent & exoratum. primum durata pruinis itinera (ubi nec adultæ in pastum herbæ reperirentur, nec cætera sui congrua) penetrari nō posse firmantes, dein uicinarum Galliarum Regum immanitatem, maximeq; omnium Macriani, ut formidati tunc prætendentes, quem constabat impacatum relictum etiam ipsa urbium mœnia tentaturæ. Hæc memorantes, addentesq; utilia, reduxere eum in meliorem sententiam, statimq; (ut conducebat rei cōmuni) prope Mogontiacum Blandus Rex antedictus accitur, procliuius ipse quoque ad excipiendū fœdus, ut apparebat. & uenit immane quo quantoque flatu distentus ut futurus arbiter superior pacis, dieq; prædicto colloqui ad ipsum marginem Rheni caput altius erigens stetit, hinc inde sonitu scutorum intonante gentilium. Contra Augustus extensis amnicis lembis, septus ipse quoque multitudine castrensiū ordinum totus, prope ripas accessit, signorum fulgentiū nitore conspicuus. & immodestis gestibus murmureq; barbarico tandem sedato, post dicta & audita ultro citroq; uersu, amicitia media sacramenti fide firmatur. Hisq; perfectis discessit turbarum Rex artifex delinitus, futurus nobis deinceps socius. & dedit postea ad usque uitæ tempus extremum constantis in concordiam animi facinorum documentum pulchrorum. Perit autem in Francia, posteaq; dum interne ciue uastando perrupit audius, oppetit Mellobaudis bellicosi Regis insidiis circūuentus. Post fœdus tamen solenni ritu impletū Treueros Valentinianus ad hiberna discessit. Hæc per Gallias & latus agebantur Arctoum. At in Eois partibus, alto externorū silenrio intestina pernicies augebatur per Valentis amicos & proximos. apud quos honestate utilitas erat antiquior. Nauabatur enim opera diligens, ut homo rigidus audire cupiens lites, à studio iudicandi reuocaretur metu. Ne ita ut Iuliani temporibus defensione innocentia respirante frangeretur potentiū, tum q; sumpta licentia latius solitus euagari. Ob hæc & similia concordie consensu dehortantibus multis, maximeq; Modesto præfecto Prætorio regionum arbitrio spadonū exposito, & subagreste ingenium nullius uetustatis lectionibus expolitum, coacto uultu fallente, & afferente q; infra imperiale columen causarum essent minutiarū priuatarū. Ille ad humiliandā celsitudinem potestatis, negociorū examina spectanda instituisse arbitratus, ut monebat, abstinuit penitus, laxauitq; rapinarū plures, quæ roborantur indies Iudicum Aduocatorūq; prauitate sententiarum paria. qui tenuiorum negotia militaris rei Rectoribus uel intra palatium ualidis uenditantes, aut opes aut honores quæsiuere præclaros. Hanc professionem oratorum forensi iure πολιτικῆς μορῆς εἰδωλον, id est ciuilitatis particulæ umbrā, uel adulationis partem quandā esse definit amplitudo Platonis. Epicurus autem κακοτεχνίαρ nominans inter artes numerat malas. Ctesias suasionis opificem esse memorat, assentiente Leontino Gorgia. quā à ueteribus ita determinatā, Orientaliū quorundam uersutia adusque bonorū extulit odium. Vnde etiam retinaculis temporis præstituti frenatur. Ergo absolutis super eius indignitate paucis, quā in illis partibus agens expertus sum, ad cœptorū cursum

regrediar institutum. Florebant elegantiae praeae patrociniis tribunalia, cum oratores concitae facundiae attenti studiis doctrinarum, ingenio, fide, copiis, ornamentisque dicendi pluribus, eminebant. ut Demosthenes. quo dicturo, concursus audiendi causa ex tota Graecia fieri solitos, monumentis Atticis continetur. & Callistratus, quem nobilem illam super Oropo causam (qui locus in Euboea est) perorantem, idem Demosthenes Academia cum Platone relicta sectatus est. ut Hyperides, & Aeschines, & Andocides, & Dinarchus, & Antiphon ille rhamnusus, quem ob defensum negotium omnium primum antiquitas prodidit accepisse mercedem. Nec minus apud Romanos Rutilii & Galbe & Scauri, uita moribus frugalitateque spectati, & postea per uarias aevi sequentis aetates censorii & consulares multi & triumphales, Crassi & Antonii & cum Philippis Scaeuolae, aliique numerosi, post exercitus prosperissime ductos, post uictorias & trophaea ciuilibus stipendiorum officiis floruerunt. laureasque foris speciosis certaminibus occupantes, summis gloriae honoribus fruebantur. Post quos excellentissimus omnium Cicero, orationis imperiosae fluminibus saepe depressos aliquos iudiciorum eripiens flammis, non defendi homines sine uituperatione fortasse posse, negligenter defendi sine scelere non posse, firmabat. At nunc uidere est per eos omnes tractus uolenta & rapacissima genera hominum per fora omnia uolitantium & subsidentium diuites domus, ut Sparta canes aut Creta, uestigia sagacius colligendo ad ipsa cubilia peruenire caesarum. In his primus est coetus eorum, qui seminando diuersa iurgia per uadimonia mille iactantur, uiduarum postes & orborum limina deterentes, & aut inter discordantes amicos aut propinquos uel affines simultatum leuia inferi in receptacula, odia struentes infesta. in quibus aetatis progressu non aliorum uitia intepescunt, sed magis magisque roborantur. inter rapinas insatiabiles, inopes ad capiendam uerlutis orationibus iudicium fidem (quorum nomen ex iusticia natum est) sitam ingenii distringentes. Horum obstinatione libertatem temeritas, constantiam audacia praecipit, eloquentiam inanis quaedam imitatur fluentia loquendi. Quarum artium scquitate (ut Tullius asseuerat) nefas est ad religionem decipi iudicantes. Ait enim, Cumque nihil tam incorruptum esse debeat in Republica quam suffragium, quam sententia, non intelligo cur qui ea, pecunia corruperit, pena dignus sit, qui eloquentia, laudem etiam ferat. Mihi quidem hoc plus mali facere uideatur qui oratione, quam qui pretio iudicem corrumpit, quam pecunia corrumpere prudentem, nemo potest. dicendo, potest. Secundum est genus eorum, qui iuris professi scientiam, quam repugnantium sibi legum aboleuere discidia, uelut uinculis ori impositis reticente iugi silentio umbrarum sint similes propriarum. Hi uelut fata natalicia praemonstrantes, aut Sibylle oraculorum interpretes, uultus grauitate ad habitum composita tristiore, ipsum quoque uenditant quod oscitantur. Hi ut altius uideant iura callere, Trebatium loquuntur & Castellium & Alphenum, & Aruncorum Sicanorumque iam dici leges ignotas, cum Euandri matrem ab hinc saeculis obrutas multis, & si uoluntate matrem tuam sinxeris occidisse, multas tibi suffragii

absolutione

absolutione lectiones reconditas pollicentur, si te senserint esse nummatum. Tertius eorum est ordo, qui ut in professione turbulenta clarescant, ad expugnandam ueritatem ora mercenaria procudentes, per prostitutas frontes, uilesque latratus, quo uelint aditus sibi patefaciunt crebros. qui inter sollicitudines iudicium, per multa distentas, irresolubili nexu uincientes negocia, laborant ut omnis quies litibus implicetur, & nodosis quaestionibus de industria iudicia circumscribant. Quae cum recte procedunt, delubra sunt aequitatis, cum deprauantur, foueae fallaces & caecae. in quas si captus ceciderit quisquam, non nisi per multa exiliet lustra, adusque ipsas medullas exuctus. Quartum atque postremum est genus impune peruicax & indoctum, eorum qui cum immature a literariis eruperint ludis, per angulos ciuitatum discurrunt, mimiambos non caesarum remediis congrua commentantes, fores diuitum deterendo, cenarum ciborumque aucupantes delicias exquisitas. Qui cum semel umbraticis lucris & inhiandae undique pecuniae se se dederint, litigare frustra quoslibet innocentes hortantur. Et ad defendendam causam admissi (quod raro contingit) suscepti, nomen & uim negotii sub ore disceptatoris inter ipsos conflictuum articulos instruuntur, circumlocutionibus indigestis ita scaetentes, ut colluiones teterrimas audire existimes ululabili clamore Therpsiten. Cum autem ad inopiam muniendarum uenerint allegationum, ad effrenatam deflectunt conuertiendi licentiam. Quo nomine ad assidua in personas honorabiles probra diebus & noctibus dictis aliquoties sunt damnati. E quibus ita sunt rudes nonnulli, ut nunquam se codices habuisse meminerint. & si in circulo doctorum auctoris ueteris inciderit nomen, piscis aut edulii peregrinum esse uocabulum arbitrantur. Si uero aduena quisquam, inusitatum sibi antea Marcianum, uerbotenus quaesierit oratorem, omnes confestim Marcianos appellari se fingunt. Nec iam fas ullum praec oculis habent. sed tanquam auaritia uenundati & usu capti, nihil praeter in se innatam petendi licentiam norunt. Et si quem semel intra retia ceperint, cassibus mille impediunt per morborum simulationem uicissim inconsulto cessantes. utque peruulgati iuris proferatur lectio uana, septem uendibiles introitus praeparant, dilationum examina longissima contextentes. Et cum nudatis litigatoribus dies cesserint & menses & anni, tandem obruta uetustate controuersia intromissa ipsa capita splendoris ingressa, alia secum Aduocatorum simulachra inducunt. Cumque intra cancellorum uenerint septa, & agi coeperint alicuius fortunae uel salus, atque laborari debeat, ut ab infonte gladius uel calamitosa detrimenta pellantur, corrugatis hincinde frontibus, brachiisque histrionico gestu formati, ut concionaria Gracchi fistula post occipitium desit, consistitur alitrinsecus diu. Tandemque ex praemeditato colludio, per eum qui est in uerba fidentior, suaue quoddam principium dicendi capitur, Cluentianae uel pro Ctesiphonte orationum emula ornamenta promittens. & in eam conclusio nem cunctis finem cupientibus desinit, ut nondum se patroni post speciem litis triennium editam caesentur instructos, spacioque prorogati temporis im-

perato, quasi cum Anteo uetere colluctati perseveranter flagitant pulveris periculosi mercedes. Veruntamen hæc cum ita sint, non desunt Aduocatis incommoda plurima, parum sustinenda recte uicturo. Namque sellulariis quaestibus inescat, inter se hostiliter dissident, & rupta maledicendi ferocia, ut dictum est, multos offendunt, quam tunc effugiunt, cum commissarum sibi causarum infirmitatem orationibus ualidis conualere non possunt. & Iudices patiuntur interdum doctos ex Philistionis aut Æsopi cauillationibus, quæ ex Aristidis illius iusti uel Catonis disciplina productos, qui ære graui mercati publicas potestates, ut creditores molesti opes huiusmodi fortunæ rimantes, alienis gremiis excutiunt prædas. Ad ultimum id habet caudicinia cum cæteris metuendum & graue, quod hoc ingenitum est penè litigantibus cunctis, ut cum iurgia mille casibus cadant occidentia sectis, in potestate esse existiment patronorum, & omnem certaminum exitum iisdem solent assignare, & non uiriis rerum aut iniquitati aliquoties disceptantium, sed solis defensantibus irascantur. Verum unde hinc declinauimus, reuertamur. Pubescente iam Vere, Valentinianus à Treueris motus, per nota itinera gradu celeri contendebat, eique regiones aduentanti, quas petebat, legatio Sarriatarum offerre, pedibusque eius prostrata orabat pacifica prece, ut propitius ueniret & lenis, nullius diri facinoris participes populares suos inuenturus aut conscios. Quibus sæpe eadem iterantibus, hætenus perpena deliberatione respondit, Hæc in locis, ubi dicuntur admissa, quaerenda uerissimis documentis & uindicanda. Cumque exinde Carnutum Illyriorum oppidum introisset, desertum quidem nunc & squalens, sed Ductori exercitus perquam oportunum, ubi fors copiam dedisset, aut ratio, è statione proxima reprimebat barbaricos appetitus. Et quanquam terrori cunctis erat, dum sperabatur ut ageret uehemens, mox Iudices damnari iussurus, quorum perfidia uel secessione Pannoniarum nudatum est latus, cum illuc uenisset, ita intepuit, ut neque in Gabinii Regis inquireret necem, neque iniusta Reipublicæ uulnera, quo finente uel agente segnius euenissent, ut curatius uestigaret. Eo uidelicet more, quo erat seuerus in gregariis corrigendis, remissior erga maiores fortunas uel uerbis asperioribus incessendas. Solum tamen incitato petebat odio Probum, nunquam ex quo eum uiderat, minari desinens uel mitescens. Cuius rei causæ nec obscuræ fuerunt, nec leues. Hic præfecturam Prætorio tunc primitus nactus, eamque multis atque utinam probabilibus modis in longum proferre gestiens, non ut profapiae suæ claritudo monebat, plus adulationi quam uerecundiæ dedit. Contemplatus enim propositum principis, quaerendæ undique pecuniæ uias absque iustorum iniustorumque discretionem scrutantis, errantem non reducebat ad æquitatis tramitem, ut sæpe moderatores fecere tranquilli, sed ipse quoque flexibilem sequebatur atque transuersum. Vnde graues obedientium casus, exitialia prouisorum nomina titulorum, iuxta opulentas & tenues enervatas succidere fortunas, argumentis aliis post ualidioribus aliis, usu lædendi reperientem longæuo.

Denique

Denique tributorum onera, uestigaliumque augmenta multiplicata, optimatum quosdam, ultimorum metu exagitados, mutare compulit sedes, efflagitantium ministros, amaritudine quidam expressi, cum non suppeteret quod daretur, erant perpetui carcerum inquilini, è quibus aliquos, cum uitæ iam tæderet & lucis, suspendiorum exorta remedia consumpserunt. Hæc ita illecebrosius atque inhumanus agi, loquebatur quidem pertinax rumor, Valentinianus uero, tanquam auribus cæra illitis, ignorabat, indifferenter quidem lucrandi uelut ex rebus minimis audis, idque tantum cogitans quod offerebatur, parsurus tamen fortasse Pannoniis, si hæc ante ingemiscenda compendia comperisset, quæ nimium sero tali didicit casu, ad prouincialium residuorum exemplum. Etenim Epirotæ acturos sibi gratias à præfecto mittere compulsi Legatos, Iphidem quendam philosophum, spectatum robore peccatoris hominem, adegere non sponte propria pergere ad id munus implendum. Qui cum Imperatorem uidisset, agnitus, aduentusque sui causam interrogatus, græcè respondit, atque, ut philosophus ueritatis professor, quaerente curatius principe, si hi, qui misere, ex animo bene sentiunt de præfecto, gementes, inquit, & inuiti. Quo ille uerbo tanquam telo percussus, actus eius ut sagax bestia rimabatur, genuino percunctado sermone, quod noscibat, ubi nam ille esset (uerbi gratia) honore ante suos cellens & nomine uel ille diues? aut alius ordinis primus? Cumque disceret, perisse aliquem laqueo, abisse alium trans mare, consciuisse sibi alium mortem, aut plumbo uita erepta extinctum, in immensum excauit, urente irarum nutrimenta tunc Officiorum magistro Leone (prò nefas) ipso quoque præfecturam, ut è celsiore scopulo caderet, affectante, quam si adeptus rexisset, præ his quæ erat ausurus, administratio Probi ferebatur in cælum. Agens itaque apud Carnuntum Imperator per continuos tres menses æstiuos arma parabat & alimenta, si qua Fors secudasset peruasurus oportune Quados, tumultus atrocis auctores. In quo oppido Faustinus filius sororis Viuentii præfecti Prætorio notarius militaris, Probo spectante negotium, carnificis manu peremptus est, post tormenta uocatus in crimen, quod asinum occidisse dicebatur ad usum artium secretarum, ut asseriebant quidam urgentes, et cauillorum alio quoque in eum perniciosè composito, quod petente per iocum quodam Nigrino, ut eum notarium faceret, exclamauit ille hominem ridens, fac me Imperatorem, si id uolueris impetrare. Hocque ludibrio inique interpretato, & Faustinus ipse & Nigrinus & alii sunt interfecti. Præmissis igitur Merobaude cum militari peditum manu, quam regebat, ad uastandos cremandosque barbaricos pagos, Comite adiuncto Seuastigiano, Valentinianus Acincum prope, castra commouit. Nauigiisque ad repentinum casum coniunctis, & contabulato celeri studio ponte, per partem aliam transit in Quados, speculantes quidem ex diruptis montibus eius aduetum (quo plerique, ancipites incertique accidentium, cum suis caritatibus secesserant) sed stupore defixos, cum in regionibus suis, contra quæ opinabantur, angusta cernerent signa,

Progressus ergo coacto gradu in quantum res tulit, iugulataque aetate promiscua, quae etiam tum palantem subitus occupauit excursus, & tectis combustis, redit cum incolumibus cunctis quos duxerat secum. Itidemque apud Acincum moratus, autumnoprecipiti per tractus, conglaciari frigoribus assuetos, comoda quaerebat hyberna. nullaque sedes idonea reperiri praeter Sabariam poterat, quamuis eo inualida tempore assiduisque malis afflictam. Unde hoc (etiam si magni intererat) pualisper sequestrato, impigre motus peragrata fluminis ripa castrisque praesidio competenti munitis atque castellis, Bregitionem peruenit. Ibique diu compositum ad quietem principis Fatum, sortem denunciabat ei supremam prodigiis ingerentibus multis. Namque diebus ante paucissimis, ruinas fortunarum indicantia celsarum, arsere crinita sidera cometarum, quorum originem supra docuimus. Ante apud Sirmium repentino fragore nubium fulmen excussum Palatii & Curiam partem incendit & Fori. Et apud Suariam eodem adhuc constituto, bubo culminibus regum lauacri insidens, occentansque funebria, nulla iacientium sagittas & lapides contemplabili dextera cadere potuit, certatim licet ardenti studio petebatur. Item cum ab urbe praedicta tenderet ad procinctum, per portam uoluit unde introit exire, ut omen colligeret, quod cito remeabit ad Gallias. Cumque locus aggestis rudibus neglectus, purgatus, lapsam forem ferratumque exitum obseruauit, multitudo remouere non potuit uiribus magnis enixa, & idem frustra terere diem coactus, per aliam egressus est portam. Noctemque, quam lux, ereptura eum uita, secuta est, ut per quietem solet, uidebat coniugem suam absentem sedere passis capillis amictumque Valenti contactam, quam aestimari dabatur fortunam eius esse, cum tetro habitu iam discessuram. Progressus deinde matutinis contractiore uultu subtristis, cum eum oblatus non susciperet equus, anteriores pedes praeter morem erigens in sublimem, innata feritate concitus ut erat immanis, dexteram stratoris militi iussit abscidi, quae eum insipientem iumento pulserat consueto, perissetque cruciabiliter innocens iuuenis, nisi tribunus stabuli Cerealis dirum nefas cum sui periculo distulisset. Post haec Quadorum uenere Legati, pacem cum praeteritorum obliteratione suppliciter obsecrantes, quam ut adipisci sine obstaculo possent, & tyrocinium & quaedam utilia Rei Romanae pollicebantur. Quos quoniam suscipi placuit & redire, induciis quae poscebantur indultis (quippe eos uexari diutius, nec ciborum inopia, nec alienum tempus anni patiebantur) Equitio in consistorium uadente sunt intromissi. Cumque membris incuruatis starent metu debiles & praestrici, docere iussi quae ferebant, usitatas illas causationum species, iurandi fidem addendo, firmabant, nihil ex communi mente procerum gentes delictum asseuerantes in nostros, sed per eximios quosdam latrones amnicque confines euenisse, quae inciuiliter gesta sunt, etiam id quoque addendo, ut sufficiens ad facta purganda firmantes, quod munimentum extrui coeptum nec iuste nec oportune, ad ferociam animos agrestes accendit. Ad haec Imperator ira uehementi percussus, & inter exordia respondendi tumidior, increpabat uerborum obiurgatorio sono nationem omnem,

omnem, ut beneficiorum immemorem & ingratham, paulatimque lenitus propensior, tanquam ictus e caelo, uitalique uia uoceque simul obstructa, suffectus igneo lumine cernebatur, erumpente subito sanguine, laetali sudore perfusus, ne laboreretur spectantibus exulibus, concursu ministrorum uita secretius ad conclauem ductus est intimum, ubi locatus in lecto, exiguas spiritus reliquias trahens, nondum intelligendo minuto uigore cunctos agnoscebat astantes, quos cubicularii, ne quis eum necatum suspicaretur, celeritate maxima corrogarant. Et quoniam uiscerum flagrante compage laxanda erat necessario uena, nullus inueniri potuit medicus, hanc ob causam, quod eos per uaria sparserat, curaturos militem pestilentiae morbo tentatum. Unus tamen repertus uenam eius iterum sepiusque pungendo, ne guttam quidem cruoris elicere potuit, internis nimietate calorem ambustus, uel ut quidam existimabant arefactis ideo membris, quod meatus aliqui, quas haemoroidas, obseratae sunt gelidis frigoribus con crustatae. Sensit immensa uide quadam urgente morborum, ultimae necessitatis adesse praescripta, dicereque conatus aliqua uel mandare (ut singultus ilia crebrius pulsans, stridorque dentium & brachiorum motus, uelut caestibus dimicantium, indicabat) iam superatus, liuentibusque maculis interfusus, animam diu colluctatam efflauit, aetatis quinquagesimo anno & quinto, Imperii minus centum dies, secundo & decimo. Replicare nunc est oportunitas, ut aliquoties fecimus, & ab ortu primigenio patris huiusce principis, ad usque ipsius obitum actus eius discurrere per epilogos breues, nec uitiorum praetermissio discrimine, uel bonorum, quae potestatis amplitudo monstrauit, nudare solita semper animorum interna. Natus apud Cibalam Pannoniae oppidum Gratianus Maior ignobili stirpe, cognominatus est a pueritia prima Funarius, ea re, quod nondum adultus uenalem circumferens funem, quinque militibus eum rapere studio magno conatis, nequaquam cessit. amulatus crotoniatem Milonem, cum ala saepe cohaerente, leua manu retinente uel dextra, nulla unquam uirium fortitudo abstraxit. Ob ergo ualidi corporis robur, & peritiam militum more luctandi, notior multis, post dignitatem Protectoris atque Tribuni, Comes praefuit rei caestrensi per Africam. Unde futurorum suspitione contactus, digressusque multo postea pari potestate Britannum rexit exercitum. Tandemque honesto sacramento solutus, reuertit ad larem, & agens procul a strepitu multatione bonorum afflictus est a Constantio, hoc nomine, quod ciuili flagrante discordia, hospitio dicebatur suscepisse Magnentium, per agrum suum ad proposita festinantem. Cuius meriti Valentinianus, ab ineunte adolescentia commendabilis, contextu suarum quoque suffragante uirtutum, indutibus Imperatoriae maiestatis apud Niceam ornatus in Augustum, collegam fratrem Valentem asciuit, ut germanitate ita concordia sibi coniunctissimum, inter probra medium & praecipua, quae loco docebimus competenti. Igitur Valentinianus post periculorum molestias plures, dum esset priuatus emensas, imperitare exorsus, ut arces prope flumina sitas & turbines

& Gallias petit Alamannicis patentes excursibus, reuiuiscuntibus erectis cognito principis Iuliani interitu, quem post Constantem solū omniū formidabant. Ideo autem etiā post Valentinianū merito timebatur, q̄ auxit & exercitus ualida supplemēta, & utrobique Rhenū celsioribus castris muniuit atq; castellis, ne latēre usquā hostis ad nostra sæpe proripiens possit. Utque multa prætereamus, quæ egit moderatoris auctoritate fundati, quæq; per se uel Duces correxit industrios, post Gratianum filiū in societatem suæ potestatis assumptū, Vithigabiū Regem Alamānoꝝ Vadomario genitū, adolescentem in flore primo genarū nationes ad tumultus cientem & bella, clam (quia non potuit aperte) confodit. & Alamannis congressus prope Solicinium locū, ubi insidiis pene perierat circūuentus, ad exitum ultimū delere potuit uniuersos, ni paucos uelox effugium tenebris amēdasset. Inter hæc tamen Caute grauiam conuersus ad metuendam rabiem Saxonas semper quolibet

inexplorato ruentes, delatosq; tunc restrictus, quorum spoliis pene redierat tetes malefido quidem, sed utili commento peremit. preda raptoribus ut fractis excussa. itidemq; Britannos, cateruas superfulorum hostium non ferentes, sæpe meliorem assumpta in libertatem & quietem restituit placidam, nullo penē redire permisso grassatorum ab suo officio pari. Valentinum quoque Pannonium exulem, per has prouincias molientem otium turbare cōmune, anteq̄ negotium efferuiscat oppressit. Africam deinde, malo repentino percussam, discriminibus magnis exemit, cum uoraces militarium fastus ferre nequiens, Firmus ad omnes dissensionum motus perflabiles gentes Mauricas concitasset. Similiq; fortitudine clades ingemiscendas Illyrici uindicasset, ni morte præuentus reliquisset rei seriem imperfectam. Ac licet opera præstabiliū Ducum, hæc quæ retulimus, consummata sunt, tamen ipsum quoque satis constat, ut erat expeditæ mentis, usq; castrensis negotii diuturno firmatus, egisse complura, inter quæ illud elucere clarius potuit, si Macrianum Regem ea tempestate terribilem uiuum capere potuisset, ut industria magna tentarat, postquam eum euasisse Burgundios, quos ipse admouerat Alamannis, mœrens didicisset & tristis. Hæc super actibus principis breui sunt textu percursa. Nunc confisi, q̄ nec metu, nec adulandi feditate constricta, posteritas incorrupta præteritorum solet esse peccatrix, summatim eius numerationis uitio post & præterita narraturi ad bit nonnunquam clementiæ speciem, cum esset in acerbitatem naturæ calore propensior. oblitus profecto, q̄ regenti Imperium omnia nimia, uelut prærupti scopuli, sunt deuitanda. Nec enim usquam reperitur militi coërcitione contentus, sed aliquoties questiones multiplicari iussisse cruentas, post interrogationes funestas nonnullis adusque discrimina uitæ uexatis. Et ita erat effusior ad nocendum, ut nulli aliquando damnatorum capitis, eriperet morte subscriptiones elogio leni. cum id etiam principes interdum fecere sequissimi. Atqui potuit exempla multa contueri maiorum & imitari, peregrina atque interna, humanitatis & pietatis, quas

tatis, quas sapientes consanguineas uirtutum esse definiunt bonas. E quibus hæc sufficere pōni. Artoxerxes Persarum ille Rex potentissimus, quem Macrochira membri unius longitudo cōmemorauit, suppliciorum uarietates, quas natio semper exercuit cruda, lenitate genuina castigans, tias ad uicem capitum quibusdam noxiis amputabat. & ne secaret aures more regio pro delictis, ex galeris fila pendentia præcidebat. Quæ temperantia morum ita tolerabilem eum fecit & uerecundum, ut annitentibus cunctis multos & mirabiles actus impleret, græcis scriptoribus celebratos. Preneestino Prætor, qui bello quodam Samnitico properare iussus ad præsidium uenerat segnius, ad crimen diluendum exhibito, Papyrius Cursor ea tempestate Dictator, securem per lictorem expediri, homineq; abiecta purgandi se fiducia stupefacto, uisam prope radicem iussit abscidi. hocq; ioci genere

tum eum auso latere, non ideo contemptus bella diuturna parum superauit & gra solus ad resistendum aptus, Alexandro Magno, si calcasset Italiam, æstimatus. Hæc forsitan Valentinianus ignorans, minimeq; reputās afflictī solatio statutā præesse lenitudinē principū, pœnas per ignes atq; gladios, quod ultimū in aduersis rebus remediū pietas repperit, animorū (ut Isocrates memorat) pulchritudo. cuius uox est perpetua, docentis ignosci debere interdum armis superato Reçtori, q̄ iustū quid sit ignorant. Vnde motū existimo Tullium præclare pronuntiasse cū defenderet Oppium. Etenim multum posse ad salutem alterius, honori multis, parum potuisse ad exitium, probro nemini unq̄ fuit. Auiditas plus habendi sine honesti prauiq; differentia, & indagandi quæstus uarios per alienæ uitæ naufragia, exundauit in hoc principe flagrantius adolescens, quā quidem, prætententes Imperatorem Aurelianū, purgare tentabant. id affirmando, q̄ utile post Gallienum, & lamentabilis Reip. casus, exinanito ærario, torrentis ritu ferebatur in diuites. ut adhuc quoque post procinctus Parthici clades magnitudine indigens impensarq; ut militi supplementa suppetterent. & impendiū crudelitates cupiditatem opes nimias congerendo miscebat. dissimulās scire, q̄ sunt aliqua, quæ fieri nō oportet, etiā si licet. Themistoclis illius uerisimilis. qui cū post pugnam agminaq; deleta Persarq; licenter obambulans, armulas aureas uidisset humi proiectas & torquem, Tolle inquit hæc ad comitū quendam prope astantem uere, quia Themistoclis non est quodlibet ens in duce magnanimo lucrum huic exempla continentia similia plurima inanis exuberāt ducibus. Quibus omissis, quoniā non sunt perfectæ uirtutis indicia (nec enim aliena nō rapere laudis est) unū ex multis constans innocentia uulgi ueteris specimen ponam. Cum proscriptoꝝ locupletes domos diripiendas Romanæ plebi Marius dedisset & Cinna, tamen uulgi rudes animi, & humana soliti respectare alienis laboribus pepercerunt, ut nullus egeus reperiret aut infimus, qui de ciuili luctu fructum contrectare pateretur sibi concessum. Inuidia præter hæc antedictus medullitus urebatur. & sciens pleraq; uitiorum imitari solere uirtutes, memorabat assidue liuorem sequeritatis, recte potestatis esse

tis esse inuidiam sociam . utque sunt dignitatum apices maximi, licere sibi cuncta existimantes, & ad supplicandum contrarias, exturbandosq; meliores pronius inclinati. Bene uestitos oderat & eruditos & opulentos & nobiles. & fortibus detrahebat, ut solus uideretur bonis artibus eminere. quo uitio exarsisse principem legimus Hadrianum. Arguebat hic idem princeps timidos sapius, maculosos tales appellans & sordidos, & infra sortem humilem amendandos. ad pauores irritos aliquoties abiectius pallens, & qd nusquam erat imaginamenta formidans. Quo intellecto magister Officiorum Remigius, fumiū ex incidentibus ira feruere sentiet fieri motus quosdā barbaricos inter alia subserebat. Hocq; ille audito, quia timore mox frangebatur ut Antoninus Pius, erat serenus & clemens. nunq̄ consulto malignos elegit, sed si semel promotos ageret dedi immaniter, Lycurgos inuenisse prouoca

Cassios columnina iustitiæ prisca scriberet, quæ hortabantur assidue, ut noxas uel leues acerbius uindicarent, ne afflictis si fors ingrueret perfrugium, sed inferior erat ullum in principis benignitate perfrugium, qd semper ut agitato mari iactatis portus patuit exoptatus. Finis enim iusti Imperii, ut sapientes docent, utilitas obedientium æstimatur & salus. Consentaneum est uenire post hæc ad eius actus, sequendos recte sentientibus & probandos. Si reliqua temperasset, uixerat ut Traianus & Marcus. in prouinciales admodum parcus tributorum. ubiq; molliens sarcinas oppidorum & limitum conditor tempestiuus. militaris disciplinæ censor eximius. in hoc tantum deerrans, q; cum gregariorum etiam leuia puniret errata, potiorum ducum flagitia progredi sinebat in maius, ad querelas in eos motas aliquoties obsurdens. Vnde Britannici strepitus & Africanæ clades & uastitas emerfit Illyrici. Omni pudicitia cultu domi castus & foris, nullo contagio conscientia uiolatus obscene, nihil incestum. Hancq; ob causam tanquam retinaculis petulantiam frenarat aulae regalis. qd custodire facile potuit, necessitudinibus suis nihil indulgens, quas aut in otio reprimebat, aut medio criter honorauit, absque fratre, quem temporis compulsus angustiis in amplitudinis suæ societatem assumpsit. scrupulosus in deferendis potestatibus celsis. nec imperante eo prouinciam nūmularius rexit, aut administratio uenundata, nisi inter (ut solent) occupationes spe uel impune quædam scelesti cōmitti. Ad inferenda propulsandaq; bella solertissime cautus, æstu martii pulueris induratus. boni prauiq; suasor & desuasor admodum prudens. militaris rei ordinum scrutantissimus. scribens decore, uenusteq; pingens, & fingens, & nouorum inuentor armorum. memoria sermoneq; incitato quidem, sed raro facundia proximo. ingens amator munditiarum, lætusq; non profusus epulis, sed exultis. Postremo hoc moderamine principatus inclauit, q; inter religionum diuersitates medius stetit. nec quenquam inquietauit, neque ut hoc coleretur imperauit, aut illud. neque interdictis minacibus subiectorum ceruicem ad id, quod ipse uoluit, inclinabat. sed intemeratas reliquit has partes, ut repperit. Corpus eius lacertosum & ualidum. capilli fulgori colo-

gori colorisq; nitor cum oculis cæsis semper obliquum intuentis & toruum. atque pulchritudo staturæ, liniamentorumq; recta compago, maiestatis regia decus implebat. Post conclamata Imperatoris suprema, corpusq; conditum ad sepulturam, ut missum Constantinopolim inter diuorum reliquias humaretur, suspenso instante procinctu, anceps rei timebatur euentus cohortibus Gallicanis, quæ nō semper dicatæ legitimorū principum fidei, uelut imperiorum arbitra ausuræ nouum quoddam in tempore sperabantur. hoc tentandę nouitati res aduentæ, q; gestorū ignarus etiam tum Gratianus agebat tum apud Treueros, ubi profecturus eum morari disposuerat pater. Cum negotium in his esset angustiis, & tanquā in eadem naui futuri periculorum si accidisset participes, omnes eadem formidarent, sedit summatum consilio auulso ponte, quem compagnarat ante necessitas inuadens terras hostiles, ut supersticis Valentiniani mandato Merobaudes protinus acciretur. Hocq; ille, ut erat solertis ingenii, qd euenerat ratus, aut forte doctus ab eo per quem uocabatur, rupturum concordia iura gallicanum militem suspicatus, missam ad se tesseram fixit redeundi cum eo ad obseruandas Rheni ripas, quasi furore barbarico crudescente. utque erat secrete mandatum, Sebastianum principis adhuc ignorantem excessum, longius amendauit quietum quidem uirum & placidum, sed militari fauore sublatum, in eo maxime tunc cauendum. Reuerso itaque Merobaude, altiore cura prospectum, expedito consilio Valentinianus puer defuncti filius tum quadrimus uocaretur, in Imperium cooptandus, centesimo lapide disparatus, degensq; cum Iustina matre in uilla quam Murocinctam appellat. Hocq; continenti omnium sententia confirmato, Cerealis auunculus eius ocyus missus, eundem puerum lectica impositum duxit in castra. sextoq; die post parentis obitum Imperator legitime declaratus, Augustus nucupatur more solenni. Et licet cum hæc agerentur, Gratianum indigne laturum existimarent, absque sui permissu Principem alium institutum, postea metu sollicitudine discussa uixere securius, q; ille ut erat beneuolus & peritus, consanguineum pietate nimia dilexit & educauit.

AMMIANI . MAR CELLINI

R E R V M . G E S T A R V M
L I B E R . T R I G E S I M V S
P R I M V S



INTEREA & Fortunæ uolucris rota, aduersa pro-
speris semper alternans, Bellonam furis in ætatem
ascitis armabat, mæstosque transtulit ad Orientem
euentus, quos aduentare præfagiorum fides clara mo-
nebat & portentorum. Post multa enim quæ uates
auguresque prædixere ueridice, resultabant canes ulu-
lantibus lupis, & querulum quoddam nocturnæ uo-
lucres gemebant & flebile, & squalidi Solis exortus
hebetabant matutinos diei candores, & Antiochiæ per rixas tumultusque uul-
gares id in consuetudinem uenerat, ut quisque uim se pati existimaret, uiuus
ardeat Valens, licentius clamitaret. uocesque præconum audiebantur assidue,
mandantiu congeri ligna ad Valentini lauacri succensionē studio ipsius prin-
cipis conditi. Quæ hunc illi impendere exitum uitæ modo non aperte loquen-
do monstrabant. Super his laruale simulacrum Armeniæ Regis, & misera-
biles umbræ paulo ante in negotio Theodori cæsorū, per quietem stridendo
carmina quædam nimirum horrenda multos diris terroribus agitabant tragula
Gurgullione cōfecto exanimis uisa est iacens, cuius mors publicorū funerum
ærumnas indicabat amplas & peruulgatas. Denique cū Chalcedonos sub-
uerterentur ueteres muri, ut apud Constantinopolim edificaretur lauacrum,
ordine resoluta saxorū, in quadrato lapide, qui structura latebat in media, hi
græci uersus incisi reperti sunt, futura plene pendentes *ἀλλ' ὀπότερ' ἴμφαι θροσεε
γαὶ κατὰ ἄσυχον τερπόμεναι εὐροφώντες εὐσεφείας κατὰ γυιάς ἢ ἢ τὴν ἴχνην, Α Ο Γ Γ Ρ Ο Ι Ο Π Ω
Α Ι Σ Τ Ο Ν Ο Ν Ε Σ Σ Ι Κ Α Ρ Α Ν Η Ο Τ Ε Δ Ν Ι Α Φ Ϊ Μ Α Π Ο Λ Ϊ Σ Π Ε Ρ Μ Ο Ν Α Ν Ο Ρ Ω Η Ω
Π Ι Σ Τ Ο Ρ Ο Υ Κ Α Μ Ϊ Ρ Ο Ο Ι Ο Τ Ι Ο Ρ Ο Ν Τ Α Σ Ϊ Ν Ε Χ Μ Η Κ Α Ι Σ Κ Ϊ Ε Ι Κ Η Ν Ο Α Ε Τ Ι Χ Ο
Ρ Η Ν Κ Α Ι Μ Ψ Δ Α Γ Α Η Ν Ρ Α Ι Ο Ν Η Σ Δ Ε Τ Ι Ι Β Α Τ Α Σ Ϊ Ν Ε Α Τ Ι Σ Ι Μ Α Ι Ν Ο Μ Ε Ν
Η Σ Τ Α Υ Τ Ο Υ Κ Α Ι Β Ι Ο Τ Ο Ι Ο Τ Ε Λ Ο Σ Κ Α Ι Δ Ν Ρ Ε Ι Ν Ε Φ Ε Ζ Ε Ι .* Totius autem fe-
mentem exitii & cladium originem diuersarum, quas martius furor incendio
solito miscendo cuncta conciuuit, hanc cōperimus causam. Hunnorum gens,
monumentis ueteribus leuiter nota, ultra paludes Meoticas glaciale oceanum
accolens, omnem modum feritatis excedit. Vbi quoniã ab ipsis nascendi
primitiis infantum ferro sulcantur altius gens, ut pilorum uigor tempestiuus
emergens corrugatis cicatricibus hebetetur, fenescunt imberbes absque ulla
uenultate, spadonibus similes. cōpactis omnes firmisque membris, & opimis
ceruicibus

ceruicibus prodigiose deformes & pandi, ut bipedes existimes bestias, uel
quales in commarginandis pontibus effigati stipites dolantur incompte. In
hominum autem figura, sic & in sua uita uisi sunt asperi, ut neque igni, neque
saporatis indigeant cibis, sed radicibus herbarum agrestium & semicruda cuius-
uis pecoris carne uescatur. quam inter femora sua equorum terga subsertam,
fotu calefaciunt breui. Aedificiis nullis unquam tecti, sed hæc uelut ab usu comuni
discreta sepulcra declinant. Nec enim apud eos uel arundine fastigiatum re-
periri tugurium potest. Sed uagi montes peragrantes & syluas, pruinas fa-
mem sitimque perferre ab incunabilis assuescunt. Peregre tecta, nisi adigente
maxima necessitate, non subeunt. nec enim apud eos securos existimant esse
sub tectis. Indumentis operiuntur linteis, uel ex pellibus syluestrium murum
confarcinatis. nec alia illis domestica uestis est, alia forensis. sed semel abso-
leti coloris tunica collo inserta non ante deponitur aut mutatur, quam diuturna
carie in pannulos defluerit defrustrata. Galeris incuruis capita tegunt. hir-
suta crura coriis munientes hedinis. eorumque calcei formulis nullis aptati, ue-
rant incedere gressibus liberis. qua causa ad pedestres parum accommodati sunt
pugnas, uerum equis prope affixi duris quidem sed deformibus, & mulie-
briter iisdem nonnunquam infidentes, funguntur muneribus consuetis & ipsi.
Quiuis in hac natione pernox & perdius emit & uendit, cibumque sumit & po-
tum, & inclinatus ceruici angustæ iumentis, in altum soporem adusque uarie-
tatem effunditur somniorum. Et deliberatione super rebus proposita seriis,
hoc habitu omnes in comune consultant. Aguntur autem nulla seueritate re-
gali, sed tumultuario primatum ductu contenti, perrumpunt quicquid inci-
derit. Et pugnant nonnunquam laceffiti, sed ineuntes prælia cuneatim uariis uoci-
bus sonantibus toruum. utque ad pernicitatem sunt leues & repentini, ita su-
bito de industria dispersi lugescunt, & imposita acie, cum cede uasta discur-
runt, nec inuadentes uallum, nec castra inimica pilantes præ nimia parte decer-
nuntur. Eorumque omnium acerrimos facile dixeris bellatores, que procul missilibus
telis, acutis ossibus pro spiculorum acumine arte mira coagmentatis, sed
distinctis cominus ferro sine ui respectu con hostisque dum mucro-
num noxiis obserua contortis laciniis illigant, ut laqueatis resistentium
membris equitadi uel gradiendi adimant facultatem. Nemo apud eos arat,
nec stiuam aliquando contingit. Omnes enim sine sedibus fixis absque lare
uel lege aut ritu stabili dispalantur, semper fugientium similes cum carpentis
in quibus habitant. ubi coniuges ex uillis uestimenta contexunt, & coeunt cum
maritis, & pariunt, & adusque pubertatem nutriunt pueros. Nullusque apud
eos interrogatus, respondere unde oritur potest, alibi conceptus, natusque
procul, & longius educatus. Per inducias infidi, inconstantes, ad omnem au-
ram incidentes, spei noue perquam mobiles, totum furori incitatissimo tribuen-
tes. inconsultorum animalium ritu, quod honestum inhonestumque sit, penitus
ignorantes. flexiloqui & obscuri, nullius religionis uel superstitionis reueren-
tia aliquando districti. auri cupidine immensa flagrant. adeo permutabiles,
b

& irasci faciles, ut eodem aliquoties die à sociis nullo irritante sæpe desciscant, itidemq; propitientur nemine leniente. Hoc expeditum indomitūq; hominum genus, externa prædandi auiditate flagrans immani, per rapinas finitumorum grassatum & cædes, adusque Achaiam peruenit. Restant Massagetae, qui unde sint, uel quas incolant terras (quoniam huc res prolapsa est) consentaneum est demonstrare. geographica perplexitate monstrata, quæ diu multa luda & uaria, tandem repperit ueritatis interna ad Ister aduenarum magnitudine fluenti Sauromatas prætermeat adusque amnem Tanaim pertinentes, quas iam terminat ab Europa. Hoc transito in immensum extensas Scythiæ solitudines Halani inhabitant, ex montium appellatione cognominati, paulatimq; nationes conterminas crebritate uictoriarum attritas ad gentilitatem sui uocabuli traxerunt ut Persæ. Inter hos Nerui mediterranea incolunt loca, uicini uerticibus celsis, quos præruptos geluq; torpentes aquilones astringunt. Post quos Vidini sunt & Geloni perq; feri. qui detractis peremptorum hostium cutibus indumenta sibi, equisq; tegmina conficiunt. bellatrix gens. Gelonis Agathyrsi colimitant, interstincto colore cæruleo corpora simul & crines. & humiles quidem minutis atque raris, nobiles uero latis fucatis & densioribus notis. Post hos Melanchlenas & Anthropophagos palari accepimus per diuersa, humanis corporibus uictitantes. quibus ob hæc alimenta nefanda desertis, finitimi omnes longa petiere terrarum. Ideoq; plaga omnis Orienti æstiuo obiecta usq; dum uenitur ad Seras inhabitabilis mansit. Parte alia prope Amazonū sedes Halani sunt Orienti accliuēs, diffusi per populos. Has gentes & amplas, Asiaticos uergentes in tractus, quas dilatari adusq; Gangen accepi, fluiuium interfecantem terras Indorum, mareq; inundantem australe. ibi partiti per utrāq; mundi plagam Halani (quorū gentes uarias nunc recensere nō refert) licet dirempti spatiis lōgis per pagos, ut Nomades, uagantur immensos, qui tamen progressu ad unū concessere uocabulū, & summatim omnes Alani cognominantur, mores & media & efferatā uiuendi sed iā immaturā. Nec em̄ ulla sunt illisce tuguria, aut uersandi uomeris curæ, sed carne & copia uictitant lactis, plaustris supersidentes, quæ operimētis curuatis corticū per solitudines cōferunt sine fine distentas. Cūq; ad graminea uenerint in orbiculatā figurā locatis sarriculis ferino ritu uescuntur, absumptisq; pabulis uelut carpentis ciuitates impositas uehūt. maresq; supra cū fœminis coeunt. & nascuntur in his & educuntur infantes, & habitacula sunt hæc illis perpetua, & quocūq; ierint, illic genuinū existimāt larem. armenta præ se agentes cū gregibus pascunt, maximeq; equini pecoris est eis sollicitior cura. ibi cāpi & perherbescunt, interfitis pomiferis locis, atq; ideo transeuntes quolibet nec alimentis, nec pabulis indigent. qđ efficit humectū solum & crebris fluminū prætermeantiū cursus. Omnis igit̄ etas & sexus imbellis circa uehicularia ipsa uersat. munus distringit mollibus. iuuentus uero equitandi usu à prima pueritia coalescens, incedere pedibus existimat uile. & omnes multiplici plena prudentes sunt bellatores.

Vnde etiam

Vnde etiam Persæ, qui sunt originitus Scythæ, pugnandi sunt peritissimi. Proceri autē Halani penè sunt omnes & pulchri, sic crinibus mediocriter flauis, oculoꝝ temperata toruitate terribiles, & armorū leuitate ueloces, Hunnisq; per omnia suppare, uerum uictu mitiores & cultu. la nando & uenando, adusque Meotica stagna & Cymerium Bosphoron, itidemq; Armenias discurrentes & Mediam. Vtq; hominibus quietis & placidis oriū est uoluptabile, ita illos pericula iuuant & bella. Iudicatur ibi beatus, qui in prælio profuderit animā. senescentes enim & fortuitis mortibus mundo digressos, ut degeneres & ignauos, conuitiis atrocibus insectantur. nec quicq; est, qđ elatius iactēt, q̄ homine quolibet occiso. proq; exuuiis gloriosis, interfectorum auulsis capitibus detractas pelles, pro phaleris iumentis accomodant bellatoris. Nec tēplum apud eos uisitur, aut delubrum, ne tuguriū quidem culmo tectum cerni usq; potest. sed gladius barbarico ritu humi figitur nudus, eūq; ut Martem, regionum quas circueunt præfulem, uerecundiū colunt. Futura miro prælagunt modo. nam rectiores uirgas fœminæ colligentes, easq; cū incantamentis quibusdā secretis præstituto tēpore discernentes, aperte quid portetur, norunt. Seruitus quid sit ignorabant omnes generoso semine procreati. Iudicesq; etiam nunc eligunt, diuturno bellandi usu spectatos. Sed ad reliqua textus propositi reuertamur. Igitur Hunni peruasis Halanorū regionibus, quos Geuthungis cōfines Tanaitas consuetudo nominauit, interfectisq; multis & spoliatis, reliquos sibi cōcordandi fide pacta iunxerunt, eisq; adiūctis cōfidentius Ermenrichi late patentes & uberes pagos repentino impetu perruperunt bellicosissimi Regis, & per multa uariaq; fortiter facta uicinis nationibus formidati. Qui ui subitæ procellæ perculsus, quāuis maneret fundatus & habilis diu cunctatus est, impendentium tamen diritatē augente uulgatius fama magnorum discriminum metum uoluntaria morte sedauit. Cuius post obitum Rex Vithimiris creatus restitit aliquantisper Halanis, Hunnis aliis fretus, quos mercede sociauerat partibus suis. Verum post multas, quas pertulit clades, animam effudit in prælio, ui superatus armorum. Cuius parui filii, Viderichi nomine, curam susceptam Alatheus tuebatur & Saphrax, Duces exerciti & firmitate pectoꝝ noti, qui cum tēpore arcto præuenti abiecissent fiduciam repugnādi, cautius discedentes ad amnem Danastum peruenerunt, inter Istrum & Boristhenē, per camporū ampla spatia diffluentē. Hæc ita præter spem accidisse doctus Athanaricus Theruingorum Iudex (in quē, ut ante relatum est, ob auxilia missa Procopio dudū Valens cōmouerat signa) stare gradu fixo tentabat. surrecturus in uires, si ipse quoque lacefferetur, ut cæteri. Castris deniq; prope Danasti margines aggere ut ungorii uallē longius oportune metatis, Munderichum ducē postea limitis, per Arabiam collagari manu & optimatibus aliis, adusque uicesimū lapidem misit, hostiū speculatuꝝ aduētum. ipse aciē nullo turbante interim struens. Verum longe aliter q̄ rebatur, euenit. Hunni enim (ut sunt in coniectura sagaces) multitudinē esse longius aliquā suspicati, prætermisiss quos uiderant,

in quietem tanq̄ nullo obstante compositis, rumpente noctis tenebris Luna uado fluminis penetrato, id quod erat potissimū elegerunt, & ueriti, ne præcursorius index procul agentes absterreat, Athanaricū ipsum ictu petiuere ueloci, eūq; stupentem ad impetū primum, amissis quibusdā suorū coegerunt ad effugia properare montium præruptorū. Qua rei nouitate maioreq; uenturi pauore constrictus à superciliis Gerazi fluminis adusque Danubiū Taisalorum terras præstringens, muros altius erigebat. hac lorica diligentia celeri consumata, in tuto locandam securitatem suam existimans & salutem. Dumq; efficax opera suscitatur, Hunni passibus eum citis urgebant, & iam oppræsserant aduentantes, ni grauari prædarum onere destitissent. Fama tamen late serpente per Gothorū reliquas gentes, q; inusitatū antehac hominū genus modo ruens ut turbo montibus celsis, ex abdito sinu coortum apposita quæq; conuellit corrumpit, populi pars maior, quæ Athanaricum attenuata necessariorū penuria deseruerat, queritabat domicilium remotum ab omni notitia Barbarorum. diuq; deliberans quas eligeret sedes, cogitauit Thraciæ receptaculum gemina ratione sibi conueniens, q; & celsitatis est feracissimi, & amplitudine fluentorum Istri distinguitur ab aruis petentibus eam peregrini fulminibus martis. hoc quoque idem residui uelut mente cogitare communi. itaque uiuo ripas occupauere Danubii, missisq; oratoribus ad Valentem, suscipi se humili prece poscebant, & quieti uicturos se pollicentes & daturus, si res flagitasset, auxilia. Dum aguntur hæc in externis, nouos maioresq; solitis casus uersare gentes Arctoas, rumores terribiles diffuderunt, per omne quicquid ad pontū à Marcomannis prætenditur Quadis, multitudinem barbarā abditarū nationū, ui subita sedibus pulsam, circa flumen Istrū uagari cum caritatibus suis, disseminantes. Quæ res aspernanter à nostris inter initia ipsa accepta est, hanc ob causam, q; illis tractibus non nisi peracta aut sopita audiri procul à gentibus consueuerunt bella. Verum pubescente iam fide gestorū, cui rumor aduentus gentilium addiderat Legatorum, precibus & obtestatione petentiū circa flumen suscipi plebem extorrem, negotium lætitiæ fuit, potius q̄ timori, eruditis adulatoribus in maius fortunam Principis extollentibus, q; ex ultimis terris tot tyrocinia Thracenses nec opinanti offerrent, ut collatis in unū suis & alienigenis uiribus inuictum haberet exercitū, & pro militari supplemento quod prouinciatim annuum pendebatur thesauris accederet auri cumulus magnus. Hacq; persuasione mittuntur diuersi, qui cū uehiculis plebem transferant truculentam, & nauabatur opera diligens, ne qui Romanam Rem euersurus derelinqueretur uel quassatus morbo letali. Proinde permissu Imperatoris transeundi Danubium copiam colendiq; adepti Thraciæ partes, transfretabantur in dies & noctes, nauibus ratibusq; & cauatis arborum alueis agminatim impositi, atque per amnem longe omnium difficilimum imbriumq; crebritate tunc auctum ob densitatem nimiam contra ictus aquarum nitentes quidam, & natare conati, hausti sunt plures. Ita turbido instantiū studio orbis Romani perniciēs ducebatur.

Illud sane

Illud sanè neque obscurum est neque incertum, infaustos transfuehendi barbaram plebem ministros, numerum eius comprehendere calculo sæpe tentantes, conqueuuisse frustratos. quem qui scire uelit (ut eminentissimus memorat uates) Libyci uelit æquoris idem discere, q̄ multæ zephyro turbentur harenæ. Resipiscant tandem memoriæ ueteres, Medicas acies ductantes ad Græciam, quæ dudum Hellepontum occupantes, & discidiō quoddam fabrili maris, ubi montonis pede quæsitum exponuntur & turmatim apud Doriscum exercitus recensetur, concordante omni posteritate, ut fabulose sunt lectæ. Nam postq̄ innumeræ gentium multitudines per prouincias circūfuse, pandentesq; se in spatia ampla camporum, regiones omnes & cuncta oppleuere montiū iuga, fides quoq; uetustatis recenti documēto firmata est. Et primus cum Alauiuo suscipitur Fritigernus, quibus & alimenta pro tempore & subigendos agros tribui statuerat Imperator. Per id tempus nostri limites referatis obicibus, atq; ut etneas fauillas armatorū agmina diffundente Barbaria, cum difficilibus necessitatū articulis Correctores rei militaris poscerent aliquos claritudine gestarū rerum notissimos, quasi leuo quodam numine diligente, in unum quæsiti potestatibus præfuere castrensibus homines maculosi, quibus Lupicinus antestabat & Maximus, alter per Thracias Comes, dux alter exitiosus, ambo æmuli temeritatis. Quorū insidiatrix auuiditas materia malorū omniū fuit. Nam (ut alia omittamus, quæ memorati, uel certe sinentibus iisdem, alii perditis rationibus in cōmeantes peregrinos adhuc innoxios deliquerunt) illud dicitur (qd̄ nec apud sui periculi Iudices absolueri ulla poterat uenia) triste & inauditū, cum traducti Barbari uictus inopia uexarent, turpe cōmercium duces inuisissimi cogitarūt, & quantos undique infatiabilitas colligere potuit canes pro singulis dederat mancipiis, inter quæ ducti sunt optimatū. Per hos dies interea etiam Vithericus Greuthungorū Rex, cum Alatheo & Aphrace, quorū arbitrio regebatur, iteq; Farnabio, propinquans Istri marginibus, ut simili susciperetur humanitate obsecrauit Imperatorem, Legatis prope missis, quibus ut cōmuni rei conducere uidebatur repudiatis, & quid capefferēt anxii, Athanaricus parumper timescēs abscessit, memor Valentem dudum cum fœdaretur concordia despexisse, affirmantem se religione deuinctum, ne calcaret solum aliquando Romanū, hacq; occasione principem firmare pacem in medio flumine coëgisse, quā simul tamen ueritus ut adhuc durantem ad Caucalandensem locū altitudine syluarū inaccessum & montiū, cum suis omnibus declinauit, Sarmatis inde extrusis. At uero Theruingi iādudum transire permissi, prope ripas etiā tum uagabantur, duplici impedimento astricti, q; Ducum dissimulatione pernitiōsa ne hoc uictui congruis sunt adiuti, & tenebantur consulto nefandis nundinādī cōmerciis. Quo intellecto ad perfidiam instantiū malorū subsidium uertere dissimulabant, & Lupicinus ne iam deficerent petimescens, eos admotis militibus adigebat ocyus proficisci. Id tempus oportuum nacti Greuthungi, cum alibi militibus occupatis, nauigia ultro citroq; discurrere solita, transgressum

b iii

eorum prohibentia quiescere perspexissent, ratibus transire male contextis, castraq; a Fritigerno locauere longissime. At ille genuina præuidendi solertia uenturos muniens casus, ut & imperiis obediret & Regibus ualidis iungeret, incidit segnius, Martianopolim tarde peruenit itineribus lentis. Vbi aliud accessit atrocius, quod arsuras in cōmune exitium faces furiales accendit. Ala uiuo & Fritigerno ad conuiuū corrogatis, Lupicinus latenti nuntio doctus ab oppidi mœnibus Barbaram plebem opposito milite procul arcebat, introire ad comparanda uictui necessaria, ut ditioni nostræ obnoxiam & concordem, per preces assidue postulantiem. ortisq; maioribus iurgiis inter habitatores & uetitos, adusque necessitatem pugnandi est uentū. Efferatq; acrius Barbari, cum necessitudines hostiliter rapi sentirent, spoliarunt interfectā militum magnam. Quæ accedens idem Lupicinus latenti nuntio doctus, dum in nepostali mensa ludicris concrepantibus diu discumbens, uino marcebat & somno, futuri coniciens exitum satellites omnes, qui pro prætorio honoris & tutelæ causa duces præstolabantur, occidit. Hocq; populus qui muros obsidebat dolenter accepto, ad uindictam detentorum Regum ut opinabatur paulatim augetens, multa minabatur & sæua. Vtq; erat Fritigernus expediti consilii, ueritus ne teneretur obsidis uice cum cæteris exclamauit, grauiore pugnandum exitio, ni ipse ad leniendum uulgus fineretur exire cum sociis. qd' arbitratum humanitatis specie ductores suos occisos in tumultum exarsit. Hocq; impetrato, egressi omnes, exceptiq; cum plausu & gaudiis, ascensis equis uolarunt, moturi incitamenta diuersa bellorum. Hæc ubi Fama rumorum nutritrix maligna dispersit, urebatur dimicandi studio Theruingorum natio omnis, & inter metuenda multa, periculorūq; præuia maximorum, uexillis de more sublati, auditisq; triste sonantibus classis, iam turmæ prædatorix concursabant, pilando uillas & incendendo, uastisq; cladibus quicquid inueniri poterat permiscentes. Aduersus quos Lupicinus properatione tumultuaria coactis militibus temere magis q̄ consulte progressus, in nono ab urbe milliario stetit paratus ad decernendum. Barbariq; hoc contemplato, globos irrupere nostrorum incautos, & parmas suppositis corporibus illidendo obuios hastis perforabant & gladiis, furoreque urgente cruento, & tribuni & pleraq; pars armatorum periere signis ereptis, præter ducem infaustū, qui ad id solum inuentus ut confligentibus aliis proriperet ipse semet in fugā, urbem cursu concito petit. Post quæ hostes armis induti Romanis, nullo uetante per uaria grassabantur. Et quoniā ad has partes post multiplices uentū est actus, id lecturos (si qui erūt unq̄) obtestamur, ne quis a nobis scrupulose gesta uel numerū exigat peremptorū, qui cōprehendi nullo genere potuit. Sufficiet enim, ueritate nullo uelata mēdacio, ipsas rerū digerere summitates, eū explicandæ rerū memoriæ, ubique debeat in integritas fida. Negant antiquitatū ignari tantis malorū tenebris obfusam aliquando fuisse Remp. sed falluntur malorū recentium stupore confixi. Nāq; si superiores uel recens præteritæ reuoluantur ætates, tales tāq; tristes rex motus sæpe

tus sæpe contigisse monstrabunt. Inundarunt Italiam ex abditis oceani partibus Teutones repente cū Cymbris, sed post inflictas Rei Romanæ clades immensas, ultimis præliis per duces amplissimos superati, quid potestas maria de habitu prudentiæ ualeat, radicitus extirpati discriminibus didicere superemis. Marco itidem moderante Imperium, in unū spirando uesania gentium dissonarum, post bellorū fragores immensos posteri urbiū captarum & direptarū & pessum concitas proratoris interitus partes eorū exiguas reliquisset intactas. Verum mox post calamitosa dispendia res in integrum sunt restitutæ. hac gratia, q̄ nondum solutio restitutæ mollicie, sobria uetustas infecta, nec ambitiosis mensis, nec flagitiosis quæstibus inhiabat, sed unanimitati ardore summi & infimi inter se congruentes, ad speciosam pro Reipub. mortem tanq̄ ad portum aliquem tranquillum properabant & placidum. Duobus nauium millibus perrupto Bosphoro & litoribus Propontidis Scythicarum gentium cateruæ transgressæ, ediderunt quidem acerbam terram mariq; strages, sed amissa suorum parte maxima reuerterunt. Ceciderunt dimicando cum Barbaris Imperatores Decii pater & filius. Obsessæ Pamphiliæ ciuitates, insulæ populatæ complures, inflammata Macedonia omnis diu multitudo Theffalonicam circūfedit, itidemq; Cyzicum. Anchialos capta, & tempore eodem Nicopolis, quam indicium uictoriæ contra Dacos Traianus condidit Imperator. Post clades acceptas illatasq; multas & sæuas, excisa est Philippopolis, centum hominum millibus (nisi fingunt annales) intra mœnia iugulatis. Vagatiq; per Epirum Theffaliāq; & omnem Graciam licentius hostes externi. Sed assumpto in Imperium Claudio glorioso ductore, & eodem honesta morte prærepto, per Aurelianum acrum uirum & seuerissimum noxarū ultorem pulsū per longa sæcula siluerunt immobiles, nisi q̄ postea patrocinales globi uicina cum sui exitio acrius incurfabāt. Verum ea persequare unde diuerit. Hoc gestorum textu circūlato nuntiis densis, Sueridus & Colias, Gothorum optimates, cum populis suis longe ante suscepti, & curare apud Hadrianopolim hyberna dispositi, salutem suam ducentes antiquissimam omnium, ociosis animis accidentia cuncta contuebantur. Verum Imperatoris literis repente perlatis, quibus transire iussi sunt in Hellespontum, uaticum cibos biduiq; dilationem tribui sibi sine tumore poscebant. Qd' ciuitatis magistratus ferens indigne (succensibat enim iisdem ob rem suam in suburbano uastatam) uiam plebem omnem cum sabrecensibus, quorum illic ampla est multitudo, productam, in eorum armauit exitium. iussisq; bellicū canere buccinis, ni abirēt ocyus, ut statutū est, pericula omnibus minabatur extrema. Quo malo præter spem Gothi percussi, & concito q̄ cōsiderato ciuiū assultu perterriti, steterunt immobiles, laceratiq; ad ultimum detestatione atque conuictis, & tentati missilium iactibus raris, ad defectionem erupere confessam, & cæsis plurimis, quos impetus deceperat petulantior, auersisq; residuis & telorum uarietate confixis, habitu iam Romano cadaueribus spoliatis armati, uiso propius Fritigerno

iunxerunt semet, ut morigeri socii. urbēq; clausam obsidionalibus ærumnis urgebant. In qua difficultate diutius positi passim & promiscue ruebant. emi-
nensq; aliquorū audacia peribat inuitam. multisq; sagittis & rotatis per fun-
das lapidibus interibant. Tunc Frigerius frustra cum tot cladibus collu-
luctari homines ignaros obsidendi contemplans, relicta ibi manu sufficiente
abire negotio imperfecto suavit, pacem sibi esse cum parietibus memorans.
suadensq; ut populandas opimas regiones & uberes absque discrimine ullo,
uacuas præfidiis etiam tum adorirentur. laudato Regis consilio, quem cogi-
tatorum norant fore sociū efficacem, per Thraciarū latus omne dispersi cau-
te gradiebantur, dedititiis uel captiuis uicos uberes ostendentibus, eos præci-
pue ubi alimentorū reperiri fatias dicebatur. eo maxime adiumento, præter ge-
nuinam erecti fiduciam, q; confluebat ad eos indies ex eadem gente multitu-
do, dum à mercatoribus uenūdatis adiectis plurimis, quos primo transgressu
necati inedia, uino exili uel panis frustis mutauere uilissimis. Quibus acces-
sere sequendarum auri uenarū periti non pauci, uectigaliū perferre non posse
non sufficientes sarcinas graues. susceptiq; libenti consensione cunctorū, ma-
gno usui iidem fuere ignota peragrantibus loca, cōditoria frugū occulta & la-
tebras hominū & receptacula secretiora monstrando. nec quicq;, nisi inaccessi-
sum & deuiū, præeuntibus iisdem mansit intactum. sine distantia nimia etatis
uel sexus, cædibus incendiorūq; magnitudine cuncta flagrabant. abstractisq;
ab ipso uberū suctu paruulis & necatis, raptę sunt matres, & uiduatę maritis
coniuges ante oculos cęsis. & puberes adultiq; pueri per parentum cadauera
tracti sunt. Senes deniq; multi, ad fatietatem uixisse clamantes, post amissas
opes cum speciosis feminis, manibus post terga contortis, defletisq; gentiliū
fauillis ædiū, ducebantur extorres. Hęc ex Thraciis magno mœre accē-
pta Valentem principem in solitudines uarias distraxerunt. & cōfestim Vi-
ctore magistro Equitū misso ad Persas, ut super Armenię statu pro captu re-
rum componeret impendentū, ipse Antiochia protinus egressurus, ut Con-
stantinopolim interim peteret, Profuturū præmisit & Contraianū ambo Re-
ctores. Hi bellantes quidē altius, sed imbelles. Qui cū ad loca uenissent, ubi
particulatim perq; furta magis & latrocinia multitudo minui deberet hosti-
lis, ad id quod erat perniciosum intēpestiue conuersi, legiones ab Armenia du-
ctas opposuere, uesanū adhuc spirantibus Barbaris, opere quidē martio sæ-
pe recte cōpertas, sed impares plebi immensę, quę celsorū iuga montiū oc-
cuparat & campos. Innumeri nondū experti, q; cum desperatione rabies ua-
leret indomita, trufos hostes ultra Hemi montis absisos scopulos faucibus
insidere præruptis, ut in Barbaros locis & insulis nunq; reperiens exitum diu-
turna consumeret fames, & operirentur ipse Frigeridum ducem cū pannoni-
cis & transalpinis auxiliis aduentantem, quem petitu Valentis Gratianus ire
disposuit in procinctū, laturę suppetias his, qui ad ultimum uexabatur exitiū.
Post quem Richomeres Domesticorū tunc Comes, imperatu eiusdem Gra-
tiani motus è Gallis properauit ad Thracias, ductans cohortes aliquas no-
mine tenuis.

nomine tenuis. quę pars pleraq; deseruerat (ut iactauere quidā) Microbau-
dis suasu, ueriti ne destitute adminiculis Gallię uastarent, licenter Rheno per-
rupto. Vex articuloꝝ dolore Frigerido præpedito, uel certe (ut obtrectatores
finxere maleuoli) morbū causante ne feruentibus præliis interesset, uniuersos
regens ex cōmuni sentētia Richomeres Profuturo sociat & Contraiano, ten-
dētibus ppe opidū Salices, unde haud lōgo spatio separatū uulgu inestimabi-
le Barbarorū, ad orbis rotūdi figurā multitudine digesta plaustrorū, tanq; intra-
muranis cohibita spatiis, otio fruebat & ubertate prædę. Pręuia igit spe me-
liorū Romani Duces, si fors copiā attulisset aufuri aliquid gloriosum, Gothos
quicquid molirent sagaciter obseruabāt. id scilicet pstruentes, ut si aliorū castra
mouissent, qd fecere creberrime, terga ultimorū adorti plures pfoderēt cōfissi,
magnāq; spolioꝝ auerterēt partem. Hoc intellecto hostes, uel transfugarū in-
dicis docti, per quos nihil latebat incognitū, in eodem loco diu manserūt. sed
oppositi exercitus metu præstricti, aliorūq; militū, quos affluere iā sperabant,
tessera data gentili, per diuersa prope diffusas acciure uastatorias manus, quę
optimatū acceptis, statimq; incensū malleoli ad Carraginem, quā ita ipsi appel-
lant, aliti uelocitate regressę, incentiuū audendi maiora popularibus addide-
rūt. Nihil post hęc inter partes, præter inducias, laxatū est breues. Reuersis em̄
his, quos necessitas euocarāt, plebs omnis intra septorū ambitū etiā tum con-
trusa immaniter fremens, animisq; cōcita truculentis, experiri postrema discri-
mina, nec principibus gentis qui aderāt reuentibus, cruditate festinabat. Et
quoniā hęc Sole agebant extremo, noxq; aduentans ad quietē inuisos retine-
bat & mœstos, capto per otium cibo somni manserūt expertes. Contra Roma-
ni his cognitis, ipsi quoq; exsomnes uerebant hostes. & male sanos eorū du-
ctores, ut rabidas feras, euentū (licet ancipitem) ut numero satis inferiores,
prospex tñ ob iustiorē sui causam mentibus expectantes impaudis. Caden-
te itaq; protinus die, signo ad arma capiēda ex utraque parte per lituos dato,
Barbari postq; inter eos ex more iuratum est, tumultuosos locos appetere tenta-
uerūt. quo exinde per procliuē rotarū modo obuios impetu cōuoluerēt acio-
re. Hocq; uiso ad suos quisq; manipulos pperās miles, stabili gradu cōfistēs,
nec uagabat, nec relictis ordinibus pcurabat. Ergo ubi utrinq; acies cautius
incedentes gressu steterūt immobili, toruitate mutua bellatores luminibus se-
cōtuebant obliquis. & Romani quidē uoce undiq; martia cōcinentes, à mino-
re solita ad maiore ptolli, quā gentilitate appellāt barritū, uires ualidas erige-
bāt. Barbari uero maiorū laudes clamoribus stridebant in conditis. interq; ua-
rios sermones diffoni strepitus leuiora præmia tentabant. Iāq; uerutis & simi-
libus aliis utrinq; semet eminus laceffentes, ad conferendas coiere minaciter
manus. & scutis in testudinum formā coagmentatis, pes cū pede collatus est,
Barbariq; ut reparabiles semper & celeres, ingentes clauas in nostros conii-
cientes ambustas, mucronesq; acius resistentium pectoribus illidentes, sini-
strum cornu perumpunt. qd inclinatum subsidialis robustissimus globus,
propinquo latere fortiter excitus, hærente iā cohorte ceruicibus sustentauit.
Ferente

Feruentē igitur densis cędibus p̄lio, in confertos quisque promptior ruens, ritu grandinis undique uolitantibus telis oppetebat & gladiis. & sequebantur equites hinc inde, fugientium occipitia lacertis ingentibus p̄cidentes & terga. itidemq; altrinsecus pedites lapsorum, timore impeditorum, secantes suffragines. Et cum omnia cęsorum corporibus opplerentur, iacebant inter eos quidam semianimes spem uitę inaniter usurpando. alii glande fundis excussa, uel harundinibus armatis ferro, confixi. quorundā capita, per medium frontis & uerticis mucrone distincta, in utrūque humerum magno cum horrore pendebant. & pertinaci concertatione non dum lassatę equo Marte pariter semet altrinsecus afflictabant. nec de rigore genuino quisq; remittebat, dum uires animorū alacritas excitaret. Diremit tamen interneciua certamina cedens uespero dies, & cunctis qua quisque potuit incōposite discedentibus, residui omnes repetunt tentoria tristiores. Humatis denique pro locorum & temporis ratione honoratis quibusdam inter defunctos, reliqua peremptorę corpora dirę uolucres consumpserunt, assuetę illo tempore cadaueribus pasci, ut indicant nunc usque albentes ossibus campi. Constat tamen in numero lōge minore Romanos, cum ea copiosa multitudine colluctatos, funerea multa perpeffos, nō tamen sine deflendis grumnis exagitasse barbaram plebem. His casibus p̄liorę ita luctuose finitis, nostri proximos Marianopoleos petiuere secessus. Gothi intra uehiculorę anfractus sponte sua contrusi, nunq; exinde per dies septem egredi uel uideri sunt ausi. ideoq; oportunitatem milites nacti immensas alias Barbarorę cateruas inter Hemimontanas angustias clauserunt, aggerum obiectu excelsorū. hac spe nimirum, ut Istrum & solitudines perniciofa hostium multitudo compacta, nullosq; reprensus exitus, periret inędia, cunctis utilibus ad uiuendum in ciuitates ualidas comportatis. quarū nullam etiā tum circūfedere conati sunt, hęc & similia machinari penitus ignorantes. Post quę repetiuit Gallias Richomeres, ob maiorem p̄liorum fremitū, qui sperabatur, inde adminicula perducturus. Hęc Gratiano quater & Merobaude Consulibus agebantur, anno in autumnum uergente. Inter quę Valens audito lugubri bellorū direptionūq; euentu, Saturnino equestris exercitus ad tēpus cura cōmissa, suppetias Contraianum offerentem misit & Profuturū. Forteq; iisdem diebus per Scythię regiones & Mœsię omnibus quę poterant mandi consumptis, feritate urgente pariter & inopia, Barbariq; molibus magnis ardebant. hocq; sæpe tentato cū obruerentur uigore nostrorę, per asperitates scruposas ualide resistentium, adacti necessitate postrema Chunorum & Halanorū aliquos ad societatem spe p̄edarū ingentiū ascuerunt. Quo cognito Saturninus (iam enim aderat & p̄tenturas stationesq; disponebat agrarias) paulatim colligens suos, digredi parabat consilio non absurdo, ne subita multitudo, ut immanis pulsus undarum obicibus ruptis emissus, conuelleret leui negotio cunctos, suspecta loca acutius obseruantes. Deinde post referatas angustias, abibatq; militis tempestiuū, incōposite qua quisq; clausorum potuit, nullo uer-

tante

tante turbandis incubuit rebus. & uastabundi omnes per latitudines Thracię pandebantur impune, ab ipsis tractibus quos p̄termeat Ister exorsi, ad usque Rhodopen & fractum, qđ immensa disternat maria, rapinis & cędibus sanguineq; & incendiis & liberorum corporum corruptelis omnia fędissime permiscentes. Tunc erat spectare cum gemitu facta dictu uisūq; p̄dura, attonitas metu fœminas flagris concrepantibus agitari, fetibus grauidas adhuc immaturis anteq; prodirent in lucem, impia tollerantibus multa. implicatos alios matribus paruulos, & puberum audire lamenta puellarūq; nobilium, quarum stringebat fera captiuitas manus. Postq; adulta uirginitas, castitasq; nuptarum ore affecto flens ultima ducebatur, mox profanandum pudorem optans morte (licet cruciabili) p̄uenire. Inter quę cum beluę ritu traheretur ingenuus pauloante diues & liber, de te Fortuna, ut inlementi quærebatur & caeca, quę eum puncto temporis breuioris extortum & dulcedine caritatum domoq; extorrem, quam concessisse uidit in cinerem & ruinas, aut lacerandum membratim, aut seruiturum sub uerberibus & tormentis crudo deuouisti uictori. Barbari tamen, uelut defractis caueis bestię, per spatiorum amplitudines fusius incitati, oppidum petiuere nomine Dibaltum. ubi Tribunum Scutoriorę Barzymerem inuentū cum suis cornitibusq; & aliis peditū numeris castra ponentem assiliunt. eruditum puluere militari Rectorem. Qui confestim (ut adigebat necessitas instantis exitii) iussa canere bellicū tuba lateribus firmatis, p̄rupit cū promptis accinctis ad p̄liū. fortiterq; resistendo pari pugnādi sorte discessisset, ni eū equitū accursus q̄ plurimū anhelum circūuenisset & fessum. & ita cecidit interfectis Barbarorū nō paucis, quorū clades copiarū magnitudo celabat. Re in hunc modū peracta, Gothi quid postea molirentur incerti, quæritabāt Frigeridum tanq; obicem ualidum ubi reperirent excisuri. & cultiore uictu somnoq; parumper assumpto, eum sequebātur ut fere. docti q; Gratiani monitu reuersus in Thracias, & prope Beroęam uallo metato, euentus rerum speculabatur ancipites. Et hi quidem ad patrandum propositū discursione rapida maturabant. ille uero regendi conseruandiq; militis non ignarus, id quod cogitatum est suspicatus, uel exploratorę relatione quos miserat aperte instructus, per montiū celsa siluarūq; densitates ad Illyricum redit. erectus prosperitate nimia, quę ei Fors obtulit insperata. Repedando enim, cōgregatosq; in cuneos sensim progrediens, Gothorę optimatem Farnobium cū uastatoriis globis uagantem licentius occupauit, ducentęq; Taisalos nuper in societatem adhibitos. qui si dignū est duci, nostris ignotarū gentiū terrore dispersis, transire flumen direpturi uacua defensoribus loca, eorū cateruis subito uisis certare cominus dux cautissimus parans, adortusq; nationes, ut priusq; grassatores minantes etiā tū acerba, trucidassetq; omnes ad unū, ne nuntius quidem cladis post appāteret, ni cū aliis multis perempto Farnobio, metuendo ante hac incensore turbarę, obtestatus prece impensa superstitibus pepercisset. uiuosq; omnes circa Mutinam Regiumq; & Parmam, italica oppida, rura culturos exterminauit.

Hanc

Hanc Taifalorum gentem ac turpem obscenæ uitæ flagitiis ita accepimus
mersam, ut apud eos nefandi concubitus fœdere copulentur maribus pu-
beres, ætatis uiriditatem in eorum pollutis uisibus consumpturi. porro si qui
iam adultus aprum exceperit solus, uel interemerit ursum immanem, collu-
uione liberatur incesti. Hęc autumno uergente in hyemem funesti per Thra-
cias turbines conuerrebant. Et qua temporum rabies, uelut cuncta cœntibus
Furiis, ad regiones quoq; longinquas progrediens late serpebat. & iam Len-
tiensis alamannicus populus, tractibus Retiarû confinis, per fallaces discursus,
uiolato fœdere dudum concepto, collimitia nostra tentabat. Quæ clades
hinc exitiale primordium sumpsit. Ex hac natione quidam inter Principis ar-
migeros militans, poscente negotio reuersus in larem, ut erat in loquendo ef-
fusior, interrogantes multos quid ageretur in palatio, docet accersitu Valen-
tis patruî Gratianum Orientem uersus mox signa moturû. ut duplicatis ui-
ribus repellantur plagarû terminaliû accolæ, ad Romanorû uerum excidiû cõ-
iurati. Quibus auide Lentientes acceptis, ipsi quoq; hęc quasi uicini cernen-
tes, ut sunt ueloces & rapidi, cõferti in prædatorios globos, Rhenû gelu perui-
um pruinis Februario mense tendentes, prope cû Petulâtibus Celtæ, non sine
sui iactura afflictos, grauiter adultis uiribus auerterunt. Verû retrocedere co-
acti, Germaniq; noscentes exercitus plerâq; partem in Illyricum, ut Impera-
torê mox affuturû pregressam, exarsere flagrantius, maioraq; conceptantes,
pagorû omniû incolis in unû collectis, cum quadraginta armatorû millibus
uel septuaginta, ut quidâ laudes extollendo principis iactitarunt, sublatis in
superbiâ nostra confidentius irruperunt. Quibus Gratianus cum formidine
magna compertis, reuocatis cohortibus quas præmiserat in Pannonias, con-
uocatisq; aliis quas in Galliis retinuerat dispositio prudens, Nannieno nego-
tium dedit uirtutis sobriæ Duci, eiq; Mallobaudem iunxit pari potestate col-
legam Domesticorû Comitum, Regemq; Francorû uirum bellicosum & for-
tem. Nannieno igitur pensante fortunarû uersabiles casus, ideoq; cunctan-
dum esse censente, Mallobaudes autê pugnandi cupiditate raptatus, ut con-
sueuerat ire in hostem, differendi impatiens, angebatur. Proinde horrifico ad-
uersum fragore terrente, primû apud Argentariam signo per cornicines dato,
concurri est ceptû. sagittarum uerutorûq; missiliû pulsibus crebriores hinc
indeq; sternebantur. Sed in ipso prælorû ardore infinita hostiû multitudine
milites uisa, uitantesq; aperta discrimina, per calles consitas arboribus & an-
gustas ut quisque potuit dispersi, paulo postea steterè fidentius, & splendo-
re consimili, proculq; nitore fulgentes armorû, Imperatorii aduentus iniecere
Barbaris metum. Qui repente uersi in terga, resistentesq; interdum, ne quid
ultimæ rationis omitterent, ita sunt cæsi, ut ex prædicto numero non plus
q̄ quinque millia, ut æstimabatur, euaderent, densitate nemorum tecti, inter
complures alios audaces & fortes Rege quoq; Priario interfecto, exitialium
concitore pugnarum. Hac læti successus fiducia Gratianus erectus, iâq; ad
partes tendens Eoas, læuorsus flexo itinere latenter Rheno transito, spe inci-
tator

tator bona, uniuersam (si id temptanti Fors affuisset) delere statuit malefi-
dam & turbarû auidam gentem. Hocq; urgentibus aliis super alios nuntiis
cognito, Lentientes erumnis populi sui ad internitionem penè deleti, & re-
pentino principis aduentu defixi, quid capefferent ambigentes, cum neque
repugnandi neque agendi aliquid aut moliendi laxamentum possent inue-
nire uel breue, impetu celeri obsessos petiuerunt inuiis cautibus colles. abru-
ptisq; per ambitum rupibus insistentes, rebus caritatibusq; suis quas secum
duxerant omni uirium robore propugnabant. Qua difficultate perpensa,
uelut murorum obicibus opponendi per legiones singulas quingenti milites
leguntur armati, usu prudenter bellandi cõperti. Qui ea re animorum aucta
fiducia, q; uersari inter antesignanos uisebatur acriter princeps, montes scan-
dere nitentur, tanq̄ uenaceas prædas si calcaissent editiora confestim sine
certamine ullo rapturi. Exorsumq; prælium uergente in meridiem die tenebrę
quoque occupauere nocturnę. Quippe magno utriusque partis pugnabatur
exitio, cædebant, cadebantq; nostrorum non pauci, simul arma Imperatorii
comitatus auro colorûq; micantia claritudine, iaculatione ponderum densa
confringebatur. Et inde diu reputante Gratiano cum optimatibus, pernitio-
sum apparebat & frutum, contra asperitates aggerum prominentium intem-
pestiua contendere pertinacia. multis (ut in tali negotio) uariatis sententiis,
ociofo milite circûuallari placuit Barbaros inedia fatigatos, qui a locorum ini-
quitate defenditur. Verum cum obstinatione simili renitentes Germani peri-
tiq; regionum petissent alios montes, his quos ante insiderant altiores, con-
uersus illuc cum exercitu Imperator, eadem qua antea fortitudine semitas du-
centes ad ardua quæritabat. Quem Lentientes intentum iugulis suis omni
perseuerandi studio contemplantes, post deditioem, quam impetrauere sup-
plici prece, oblata (ut præceptum est) iuuentute ualida nostris tyrociniis per-
miscenda, ad genitales terras innoxii ire permitti sunt. Hanc uictoriam oportu-
nam & fructuosam, quæ gentes hæbetauit Occiduas, sempiterni numinis
nutu Gratianus, incredibile dictu est, quantoq; cum uigore exerto celeritate
aliorum properans expediuit. Præclarę indolis adolescens, facundus & mo-
deratus & bellicosus & clemens, ad emulationem lectorum progrediens prin-
cipum dum etiâ tum lanugo genis inserperet speciosa, ni uergens in ludibrio-
fos actus natura, laxantibus proximis, semet ad uana studia Cæsaris Com-
modi conuertisset. licet hic incorruentes. Vt enim ille quia perimere iaculis
plurimas feras spectante consueuerat populo, & centum leones in amphithe-
atrali circulo simul emissos telorum uario genere nullo geminato uulne-
re contruncauit, ultra hominem exultauit, ita hic quoque intra septa, quę ap-
pellant uiuaria, sagittarum pulsibus crebris dentatas conficiens bestias, in-
cidentia multa parui ducebat & seria. eo tempore quo etiam si Imperium
Marcus regeret Antoninus, ægre sine collegis similibus & magna sobrieta-
te consiliorum lenire luctuosos Reipub. poterat casus. Dispositis igitur quæ
pro temporum captu per Gallias res nationesq; poscebant. & punito scuta

rio proditore, qui festinare Principem ad Illyricum, Barbaris indicarat. Gratianus exinde digressus per castra, quibus Felicis Arboris nomen est, per inaureatū opitulanda, dum oppressę parti porrectis itineribus ire tendebat. Iisdemq; diebus Frigerido multa atque utilia pro securitate cōmuni solertissime cogitanti, munireq; properanti Succorum angustias, ne discursatores hostes & leues, tanq̄ exastuare ut in torrentes per Septentrionales prouincias fufius uagarentur, successor Maurus nomine mittitur Comes, uenalis ferocię specie & ad cunctam obuiaffet incertus. is est, quem pręteritorum textu retulimus, ambigenti super corona capiti imponanda Iuliano Cęsari, dum inter eius armigeros militaret, arrogancia custodiret, torquem obtulisse collo abstractam. remotusq; in ipsa uertigine pereuntiu rerum dux cautus & diligens, cum etiā si dudū discessisset in otium, ad procinctū reduci, negotiorū magnitudine poscente deberet. His forte diebus Valens tandem excitus Antiochia, longitudine uiarum emensa uenit Constantinopolim. ubi moratus paucissimos dies, seditioneq; populariu leui pulsatus, Sebastiano paulo ante ab Italia ut petierat misso, uigilantię notę ductori, pedestris exercitus cura cōmissa, quem regebat antea Traianus, ipse ad Melanthiada uillam cęsarianā profectus, militem stipendio fouebat & alimentis & blanda crebritate sermonum. Vnde cū itinere edicto per tesserā Nicem uenisset, quę statio ita cognominatur, relatione speculatoꝝ didicit, refertos opima Barbaros pręda à Rhodopeis tractibus prope Hadrianopolim reuertisse. Qui motu Imperatoris cū abundantanti milite cognito, popularibus iungere festināt, circa Beroiam & Nicopolim gentibus pręsidiis fixis, atq; ilico ut oblatę occasionis maturitas postulabat, cū trecentenis militibus per singulos numeros lectis, Sebastianus properare dispositus est, cōducens rebus publicis aliquid (ut promittebat) acturus. Qui itineribus celebratis cōspectus prope Hadrianopolim, obseratis inde portis iuxta adire prohibebat. ueritis defensoribus, ne captus ab hoste ueniret & suburbanus, atq; contingeret aliquid in ciuitatis perniciem, quale per aliū acciderat Comitem. Quo per fraudem Magnentiacis militibus capto, claustra patefacta sunt alpiū Iuliaꝝ. Agnitus tandē (licet sero) Sebastianus, & urbē introire permissus, cibo & quiete curatis pro copia quos ductabat, secuta luce impetu clandestino erupit. uesperaq; intendente, Gothoꝝ uastatorius cuneus prope flumen Hebrū subito uisus, paulisper opertus aggeribus & fructetis obscura nocte suspensis passibus cōpositos aggressus est. Id quoq; pręstauit, ut pręter paucos quos morte uelocitas exemerat pedū, interirēt reliqui omnes. prędāq; retraxit innumerā, quā nec ciuitas cępit, nec planicies lata cęporū. Qua causa percitus Frigernus extimescens, ne dux ut sepe audierat impetrabilis dispersos licenter suoꝝ globos, raptuiq; intentos cōsumeret, improuisos adoriens, reuocatis omnibus prope Cabylem oppidum, cito discessit, ut agentes in regionibus patulis, nec in ædia, nec occultis uexarentur insidiis. Dum hęc aguntur in Thraciis, Gratianus docto literis patruo, qua industria superaerit Alamannos, pedestri itinere pręmissis impedimentis & sarcinis, ipse cum

ipse cum expeditiore militum manu permeato Danubio, delatus Bononiam Sirmium introiit. & quadriduum ibi moratus, per idem flumen ad Martis castra descendit, febribus interuallatis afflictus, in quo tractu Halanorum impetu repentino temptatus amisit sequentium paucos. Iisdem diebus exagitatatus ratione gemina Valens, q; Lentienses compererat superatos, q; Sebastianus subinde scribens facta dictis exaggerabat, è Melanthiade signa commouit, æquiperare facinore quodam egregio adolescentem properans filium fratris, cuius uirtutibus urebatur. ducebatq; multiplices copias nec contemnendas, nec segnes. quippe etiam ueteranos iisdem iunxerat plurimos. Inter quos & honoratiores alii, & Traianus procinctus est, pauloante magister Armorum. Et quoniam exploratione sollicita cognitum est, cogitare hostes fortibus pręsidiis itinera claudere, per quę com meatus necessarii portabantur, accursum est huic conatui cōpetenter ad retinendas oportunitates angustiarum, quę prope erant, peditibus sagittariis & equitum turma citius missa. triduoq; proximo cum Barbari gradu incederent leni, & metuentes eruptionem per deuia quindecim millibus passuum à ciuitate discreti stationem peterent Nicen, incertum quo errore procuratoribus omnem illam multitudinis partem quam uiderant in numero decem millium esse firmantibus, Imperator procaci quodam calore percussus iisdem occurrere festinabat. Proinde agmine quadrato incedens prope suburbanum Hadrianopoleos uenit, ubi uallo sudibus fossaq; firmato, Gratianum impatienter operiens, Richomerem Comitem Domesticorū suscepit, ab eodem Imperatore pręmissum cum literis, ipsum quoque uenturum mox indicantibus. Quarum textu oratus ut pręstolaretur paulisper periculorū participem, neue abruptis discriminibus temere semet committeret solum, adhibitis in consilium potestatibus uariis, qd̄ facto opus esset, deliberabat. & cum Sebastiano auctore, quidam protinus eundū ad certamen urgerent, Victor nomine magister Equitum armatus, sed cunctator & cautus, eadem sentientibus multis, Imperii socium expectari censebat. ut incrementis exercitus gallicani ascitis, opprimeretur leuius tumor barbaricus flammans. Vicit tamen funesta Principis destinatio, & adulabilis quorundam sententia regioꝝ, qui ne penē iam partę uictorię (ut opinabantur) consors fieret Gratianus, properari cursu celeri suadebant. Et dum necessaria parabantur ad decernendum, Christiani ritus pręsbyter (ut ipsi appellant) missus à Frigiterno Legatus cum aliis humilibus uenit ad Principis castra. susceptusq; leniter, eius denique ductoris obtulit scripta, petentis propalam ut sibi suisq; quos extorres patriis laribus rapidi ferarum gentium exercere discursus, habitanda Thracia sola cum pecore omni concederetur & frugibus. hoc impetrato, spondentis perpetuā pacem. Pręter hęc idem christianus, ut conscius arcanorum & fidus, secretas alias eiusdem Regis obtulit literas, qui astu & ludificandi uarietate nimium solers docebat Valentem, quasi mox amicus futurus & socius, aliter se popularium sęuitiam mollire non posse, uel ad conditiones Rei Romanę profuturas alli-

cere. nisi subinde armatum iisdem iuxta monstraret exercitum, & timore imperatorii nominis intentato, eos à pernicioso pugnandi reuocaret ardore. Et Legati quidem ambigui frustra habiti discesserunt. Ex oriente uero aurora diei, quem quintum Iduum Augustæ numerus ostendit annalis, signa præpropere comouentur, impedimentis & sarcinis prope Hadrianopoleos muros cum legionum tutela congrua collocatis. Theauri enim & principalis fortunæ insignia cætera, cum Præfecto & Consistorianis ambitu mœnium tenebantur. Decursis itaque uiarum spatiis confragosis, cum in medium torridus procederet dies, octauo tandem hostium carpenta cernuntur, ad speciem rotunditatis detornata digestaq; exploratorum relatione affirmabantur. Atque, ut mos est, ululante barbara plebe ferū & triste, Romani duces aciem struxere, & anteposito dextero cornu equitum, primo peditatus pars maxima subsidebat. Cornu autem equitum læuum disiectis adhuc per itinera plurimis, summa difficultate conductum properabat passibus citis. Dumq; idem cornu, nullo etiamnum interurbante extenditur, horrendo fragore simulantibus armis, pulsūq; minaci scutorum territi Barbari, quoniam pars eorum cum Alatheo & Safrago procul agens, & accito, non dum fœderatos pacem misere Legatos. Eorum dum uilitatem despicit Imperator, ut firma fierent paciscenda, optimates poscens idoneos mitti, illi de industria cunctabantur. ut inter fallaces inducias equites sui redirent, quos affore iam sperabant. & miles feruore calefactus aestiuo, siccis faucibus comarceret, relucente amplitudine camporū incendiis, quos lignis, nutrimentisq; aridis subditis ut hoc fieret, iidem hostes urebant. Cui malo aliud quoq; accedebat exitiale, q; homines & iumenta cruciabat inedia grauis. Inter quæ Fritigernus, callidus futuri coniector, martēq; pertimescens ancipitem, uelut caduceatorem unū è plebe, suo misit arbitrio, impetens nobiles quosdā & electos ad se propediē obfides mitti, impavidus ipse mini militare laturus & necessaria. Laudato p̄batoq; formidati Ducis proposito, tribunus Equitius, cui tūc erat cura Palatii credita, Valentis p̄pinquus, assentientibus cunctis ire pignoris loco mature disponit. Quo renitente, quia semel captus ab hostibus, lapsusq; à Diabalto, uerebat̄ corū irrationabiles motus, Richomeris se sponte obtulit propria ire. qui p̄miserat libens, pulchrū hoc quoq; facinus & uiro conuenire existimans forti. iāq; pergebat indicia dignitatis & nataliū daturus. Eo ad uallū hostile, tendente sagittarii & scutarii, quos Baturius Iberus quidā tūc regebat & Cassio, auidius impetu calenti progressi, iāq; aduersis cōnexi, ut immature proruperant, ita inertī discessu primordia belli fœdarūt. Hocq; impedimento conatus intempestiui & Richomeris alacritas fracta est nusquā ire permissi, & equitatus Gothorū cum Alatheo reuersus & Safrago Alamannorū manu permixta, ut fulmen prope mōtes celsos excussus, quoscūq; accursu ueloci inuenire cominus potuit, incitata cæde turbauit. Cūq; arma ex latere omni concuterentur & tela, lituosq; Bellona luctuosos inflaret, in clades Romanas solito immanius furens, cedentes nostri, multis inter clamantibus resisterunt.

& prælium

& prælium, flāmarum ritu acres absterrebat militum animos, confixos quibusdam rotatis ictibus iaculorum & sagittarum. Deinde collisæ in modum rostratarum nauium acies, trudentesq; se uicissim, undarum specie motibus sunt reciprocis agitatae. Et quia sinistrum cornu adusque plaustra ipsa accessit, ultra (qui tulissent suppetias) processurum à reliquo equitatu desertum multitudine hostili urgente, sicut ruina aggeris magni, oppressum atq; deiectum est, steterunt impropecti pedites, ita cōcateruatis manipulis, ut fixi nec mucronem exerere, aut manus reducere quisq; posset. Nec iam obiectu pulueris cœlum patere potuit ad prospectum, clamoribus resultans horrificis. Qua causa tela undiq; mortem uibrantia destinata cadebant & noxia, q; nec prouideri poterant, nec caueri. Verum ubi effusi immensis agminibus Barbari iumenta conterebant & uiros, & neque ad receptum confertis ordinibus laxari usq; poterat locus, & euadendi copiam constipatio densior adimebat, nostri quoq; ultimo cadendi contemptu occursantes receptis gladiis obruncabant, & mutuis securium ictibus galeæ perfringebantur atque loricae. uiderēq; licebat, celsum ferocia Barbarum, genis stridore constrictis, succiso poplite aut abscissa ferro dextera, uel confosso latere, inter ipsa quoque mortis confinia minaciter circūferentem oculos truces. ruinaq; confligentium mutua ad humum corporibus stratis, campi peremptis impleti sunt. & morientium gemitus profundisq; uulneribus transfixorum cum timore audiebantur ingenti. In hoc tanto tamq; confusæ rei tumultu exhausti labore & periculis pedites, cum deinceps neq; uires illis, neq; mentes suppeterent ad consilium, diffractis hastarum plerisq; collisione assidua, gladiis contenti districtis in confertas hostium turmas mergebantur, salutis immemores, circūspectantes ademptum esse omne euadendi suffugium. Et quia humus riuis operta sanguineis gressus labiles euertebat, conabantur modis omnibus uitam impendere non inultam, adeo magno animorum robore oppositis incumbenibus, ut etiam telis quidam propriis interirent. Atra denique cruoris facie omnia conturbante, & quocūq; se inflexerant oculi aceruis cesorum aggestis, exanimata cadauera sine parsimonia calcabantur. Solq; sublimior decurso Leone ad domicilium cœlestis Virginis transiens, Romanos magis attenuatos inedia sitiq; confectos, etiam armorum grauantibus sarcinis exuperabat. Ad ultimum incumbente Barbarorum pondere, acies inclinatae nostrorum, quod solū postremis malis habuere subsidium, incondite (qua quisque poterat) uertuntur in pedes. Dūq; omnes dispersi per ignotos tramites cedunt, Impetator diris pauoribus circūseptus, paulatimq; insiliens funerum moles ad Lancearios confugit & Mattiarios. qui dum multitudo tolerabatur hostilis, fixis corporibus steterant inconcussi. Eoq; uiso Traianus exclamat, spem omnem absumptam, ni desertus ab ormigeris princeps saltem aduentitio tegetur auxilio. Hocq; audito Victor nomine Comes, Batauos in subsidiis locatos haud procul, ad Imperatoris præsidium raptim cogere properans, cum inuenire neminem posset, gradiens retro discessit. Pariq; modo Richo-

meres periculo semet exemit & Saturninus. Sequebantur itaque furore ex oculis lucente Barbari nostros iam linquente uenarū calore torpentes. quorum aliqui percussoribus cadebant incertis, non nulli ponderibus solis urgentium obruti, ictuque suorum aliqui trucidati. nec enim sæpe renitentibus cadebatur, aut parcebat cadentibus quisque. Super his obstruebant itinera iacentes multi semineces cruciatus uulnerum in conferentes. cum quibus aggeres quoque equorum constrati cadaueribus campos implerunt. Diremit hæc nunquam pensabilia damna (quæ magno rebus stetero Romanis) nullo splendore lunari nox fulgens. Primaque caligine tenebrarum, inter gregarios Imperator, ut opinari dabatur (neque enim se quisquam uidisse, uel preesto fuisse asseuerauit) sagitta pernitiose faucibus ruit. spirituque mox consumpto decessit, nec postea repertus est usquam. Hostium enim paucis, spoliandi gratia mortuos per ea loca diuersatis, nullus fugatorum uel accolarum illuc adire est ausus. Simili clade Cæsarem accepimus Decium, dimicantem cum Barbaris acriter, equi lapsu prostratum, quem feruentem retinere non ualuit, abiectumque in paludem nec emergere potuisse, nec inueniri. Alii dicunt, Valentem animam non exhalasse confestim, sed cum Candidatis & spadonibus paucis prope ad agrestem casam relatum, secunda cognitione fabre munitam, dum fouetur manibus imperitis circumfessum ab hostibus qui esset ignoratibus, dedecore captiuitatis exemptum. Cum enim oppellatas ianuas perrumpere conati, qui secuti sunt, aperte pensilis domus sagittis incesserentur, ne per moras inexpedibiles populandi amitterent copiam, congestis stipulæ fascibus & lignorum, flammaque supposita, ædificium cum omnibus torruerunt. Vnde quidam de Candidatis per fenestram lapsus, captusque a Barbaris prodidit factum, & eos mœrore afflixit, magna gloria defraudatis, quæ Romanæ rei Rectorem non cepere superstitem. Is ipse iuuenis occulte postea reuersus ad nostros, hæc ita accidisse narrauit. Pari clade, recuperatis Hispaniis, Scipionum alterum cremata turri, in quam confugerat, absumptum incendio hostili, comperimus. Illud tamen certum est, nec Scipioni, nec Valenti sepulturam (qui supremi honoris est) contigisse. In hac multiplici uirorum illustrium clade, Traiani mors emiuit & Sebastiani. cū quibus triginta quinque oppetiuerunt tribuni Vacantes, & numeroque Rectores, & Valerianus atque Equitius. quorum alter Stabulum, alter curabat Palatium. Inter hos etiam Promotorum tribunus Potentius cecidit in primæuo ætatis flore, bono cuique spectatis meritis Vrsicini patris magistri quondam Armorum suisque commendabilis. Constatque uix tertiam euasisse exercitus partem, Nec ulla annalibus, præter Cannensem pugnam, ita ad internitionem res legitur gesta. quanquam Romani aliquoties reflectente Fortuna fallaciis lusi belloque iniquitati cesserunt ad tempus, & certamina multa fabulosa eniæ fleuere Græcorum commendabiles, constatque Perit autem hoc exitu Valens, quinquagesimo anno contiguus, cū per annos quatuor imperasset & decem paruo minus. Cuius bona, multis cognita, dicemus & uitia.

Amicus

Amicus fidelis & firmus. ultor acer ambitionum. seuerus militaris & ciuili disciplinae corrector. peruigil semper & anxius, ne propinquitatem eius præ tendens, altius semet ferret. erga deferendas potestates uel adimendas nimium tardus. prouinciarum æquissimus tutor. quarum singulas, ut domum propriam, custodiebat indemnes. tributorum onera studio quodam molliens singulari. nulla uectigalium admittens augmenta. in requirendis reliquorum debitis non molestus. furibus & in peculatu deprensus Iudicibus inimicus asper & uehemens. Nec sub alio principe in huiusmodi negociis melius secum actum esse meminit Oriens. Super his omnibus liberali erat animi moderatione. Cuius rei licet abundant exempla, unum tamen sufficere ponit. Ut sunt in palatiis nonnulli alienarum rerum auidi, si qui caducum uel aliud petisset ex usu, cum magna iustorum distinctione contradictoris copia seruata, donabat ei qui petierat tres uel quatuor. alios absentes aliquoties imperatorum participes iungens, ut castigatius agerent inquieti lucra quibus inhæbant hoc minus commento cernentes. Super ædificiis autem, quæ per diuersas urbes & oppida uel instaurauit, uel à primis instruxit auspiciis (ne sim longior) taceo, potioribus ipsis id apertius monstrare concedens. Hæc bonis omnibus æmulanda sunt, ut existimo. Nunc eius uitia percurramus. Magnarum opum intemperans appetitor. laborum impatiens. duritiamque magis affectans immanem. in crudelitatem procliuior. subagrestis ingenii. nec bellicis, nec liberalibus studiis eruditus. alienis gemitibus libenter emolumenta fructusque conquirens. tuncque magis intolerabilis, cum incidentia crimina ad contemptam uel læsam Principis amplitudinem trahens, in sanguinem sæuiebat & dispendia locupletum. Illud quoque ferri non poterat, quod cum legibus lites omnes quaestiones committere ueteres uellet, destinatisque uelut lectis Iudicibus negocia spectanda mandabat, nihil agi contra libidinem suam patiebatur. iniuriosus aliis & iracundus, & criminantibus sine differentia ueri uel falsi facillime patens. quæ uitiorum labes etiam in his priuatis quotidianisque rationibus impendio est formidanda. celsator & piger. nigri coloris pupula oculi unius obstructa, sed ita ut non eminus appareret. figura bene compacta membrorum, staturæ nec proceræ, nec humilis. incuruis cruribus, extantemque mediocriter uentre. Hæc super Valente dixisse sufficere. quæ uera esse, æqualis nobis memoria plene testatur. Illud autem præteriri non conuenit, quod cum oraculo Tripodis, quem mouisse Patricium docuimus & Hilarium, tres uersus illos fatidicos comperisset, quorum ultimus est, ΕΝ ΠΑΙΔΙΟΙΣΙ ΜΙΜΑΝΤΟΣ ΑΙ ΑΛΙΑ ΑΙΟΜΕΝΟΙ Ο ΑΡ. hoc (ut erat inconsumatus & rudis) inter initia contemnebat, processu uero luctuum maximorum, obiecta etiam timidus eiusdem sortis recordatione Asiæ nomen horrebat. ubi Erichtheo oppido suppositum montem Mimanæta & Homerum scripsisse & Tullum, doctis referentibus, audiebat. Denique post interitum eius discessumque hostilem, prope locum in quo cecidisse existimatus est, inuentus dicitur saxeo monumenti suggestus, cui lapis affixus

ε ιιι

incisis literis græcis, sepultum ibi nobilem quendam Mimanta ueterem indicabat. Post exitialem pugnam, cum iam tenebris nox terras impleisset, his qui superfuere, dextra pars, alii laeva, uel quo metus traxerat, ferebatur quisque proximos quærens, cum præter se nihil singuli licere poterant, occipitiis propriis ferrum arbitantes hædere. Audiebantur tamen, licet longius, eiulatus miserabiles relictorum, singultusque morientium, & uulneratorum cruciabiles fletus. Luce uero ceptante uictores, ut bestia sanguinis irritamento atrocius efferata, spei inanis illecebris agitati Hadrianopolim agminibus petiuere densatis, eam uel cum discriminibus excisuri postremis, docti per proditores & transfugas, potestatum culmina maximæ & fortunæ principalis insignia thesaurosque Valentis illic ut arduo in monumento conditos. Et ne interualatis ardor intepesceret moras, hora diei quarta, ambitu cincto murorum infestissime certabatur, oppugnatoribus genuina ferocia ad præceptum exitium festinantibus, contraque defensorum uigore ualidis uiribus incitato. Et quia militum calonumque numerus magnus ciuitatem cum iumentis introire prohibitis affixus parietibus mœnium ædibusque continuis pro loci humilitate fortiter decernebat, supereratque rabies imminentium adusque horam diei nonam, subito pedites nostri trecenti ex his, qui prope ipsas steterat loricis conferte in cuneum descuerunt ad Barbaros. eosque illi auide raptos, confestim (incertum quo consilio) trucidarunt. Et ex eo deinceps obseruatum est, neminem huiusmodi aliquid uel in desperatione rerum ultima cogitasse. Feruente itaque tot malorum congerie, repente cum fragore cœlesti himbres nubibus atris effusi disperdere circumfrentium globos. reuersique ad uallum dimensum tereti figuræ plaustrorum immanes spiritus latius porrigentes, iubebant nostris per minaces literas & Legatum etatem, fide retinendæ salutis accepta. Verum introire non auso quo missus est, per christianum quendam portatis scriptis & recitatis, utque dicebat contemplatis, parandis operibus diei, & nox omnis assumpta. Nam intrinsecus silicibus magnis obstruse sunt portæ, & mœnium intuta firmata, & ad emittenda undique tela uel saxa tormenta per locos aptata sunt habiles, aggestaque prope sufficiens aqua. Pridie enim dimicantium quidam siti adusque ipsa uitæ discrimina uexati sunt. Contra Gothi reputantes difficiles martis euentus, anxique cum sterni & sauciari cernerent fortiores, & particulatim uires suas conuelli, astutum iniere consilium, quod ipsa indicante iustitia publicatum est. partis enim nostræ, Candidatos aliquos, qui die præterito ad eos defecerant, pellexere, ut simulata fuga uelut ad propria remeantes, intra muros suscipi se curarent, ingressique latenter quandam incenderet partem. ut tanquam signo erecto occultius, dum circa exigendum incendium distringitur multitudo clausorum, ciuitas periret impropugnata. Perrexere ut statutum est Candidati, cumque prope fossas uenissent, manus tendentes orantesque ut Romanos semet admitti poscebant. & recepti (quia nulla erat suspitio quæ ueteret) interrogatique super consiliis hostium, uariarunt. unde factum est, ut cruenta questione uexati ceruicibus perirent abscessis, quid acturi uenerant aperte confessi.

confessi. Omni itaque bellandi apparatu præstructo, aduentante uigilia tertia, Barbari abolito præteritorum uulnerum metu, in urbis obseratos aditus multiplicatis ordinibus inundarunt, & obstinatione magnatiu maiore. At cum armatis prouinciales & palatini ad obruendos eos excitati exurgebant, & huiusmodi tela, in multitudine tanta uel temere missa, cadere sine noxa non poterant, nimaduersum est a nostris iisdem telis Barbaros uti, a quibus petebantur. Ideoque mandatum est, ut neruis ferrum lignumque connectentibus ante iactum incisis, emitterentur arcu sagitte, quæ uolitantes, uires integras inseruabant. infixæ uero corporibus, nihil uigoris perdebant, aut certe si cecidissent in uanum ilico frangebantur. Dedit autem rebus ita flagrantibus graue momentum casus admodum inopinus. Scorpio, genus tormenti, quem Onagram sermo uulgaris appellat, è regione contra hostium aciem densam locatus, lapidem contorsit ingentem. qui licet humo frustra illisus est, uisus tamen ita eos metu exanimauit, ut stupore spectaculi noui cedentes è medio, abire tentarent. sed buccinis, optimatum monitu occinentibus, instauratum est prælium, & pari modo Res Romana superior stetit, nullo ferme alio telo uel fundæ amento incassum excusso. Agmina enim præuentium Ductorum, quos rapiendi Valentis malis lucubrationibus quæsti cupiditas incendebat, secuti cæteri præ se ferebant æquiparasse discrimina posteriorum. nanque semineces aliqui, aut magnis obruti ponderibus, uel confixi iaculis pectora, uoluebantur. non nulli scilas uehendo, ascensusque innumeros ex latere omni parantes, sub oneribus ipsis obruebantur, contrusis per pronum saxis & columnarum fragmentis & cylindris. Nec quenquam furentium cruoris horrenda species ad serum usque diem ab alacritate faciendi fortiter auertebat. Hoc incitante, & etiam defensorum plurimos cadere diuersis ictibus uidentes eminus, lætabantur. Ita sine requie ulla uel modo, pro mœnibus & contra mœnia ingentibus animis pugnabatur. Et quia nullo ordine iam sedere procursus pugnabatur & globos, quod desperationis erat signum extremæ, flexo in uesperam die digressi omnes redire ad tentoria tristes, inconsideratæ dementiæ alter alterum arguentes, quæ non ut suaserat antea Fritigernus, obsidionales ærumnas ubique declinarunt. Conuersi post hæc per omne tempus noctis (ut æstiuæ, non longum) ad uulnerum curas artesque medendi gentiles, reddita luce in uarias consiliorum uias deducebantur, quorsum tenderent ambigentes. multisque dictatis & controuersis occupare se atuant Perinthum. exinde quæque diuitiarum referata, docentibus omnia perfugis, etiam domorum nedum urbium internoscentes. Hanc secuti sententiam, quam utilem existimauerunt, itineribus lentis, miscentes cuncta populationibus & incendiis, nullo renitente pergebant. Obsessi uero apud Hadrianopolim, post eorum abitum, perditocum uacare hoste loca proxima, compertæ fidei nuntiaissent exploratores, egressi media nocte uitatis aggeribus publicis, per nemorosa & deuia trans Philippopolim, exindeque Serdicam aliam Macedoniæ urbem, cum intemera-

tis opibus

tis opibus quas habebant, omni studio properandum excogitato, currebant uelut in regionibus illis reperiendo Valente, quem inter medios certaminum turbines oppetiisse, uel certe ad tuguriū confugisse (ubi existimatus est uerū flāmarum) penitus ignorabant. At Gothi Hunnis Halanisq; permixti nimium bellicosus & fortibus, rerūq; asperarū difficultatibus induratis, quos miris præmiorum illecebris sibi sociarat solertia Frigiteri, fixis iuxta Perinthum castris, ipsam quidem urbem (cladium memores pristinarum) nec adire, nec tentare sunt ausi, agros uero fertiles, late distentos & longe, ad extremū uastauere penuria, cultoribus cæsis aut captis. Unde Constantinopolim, copiarum cumulis inhiantes amplissimis, formas quadratorum agminum insidiarum metu seruantes, ire ocyus festinabant, multa in exitium urbis inclytæ molituri. Quos inferentes se se immodice, obicesq; portarū penè pulsantes, hoc casu cæleste reppulit numen. Sarracenorum cuneus (super quoꝝ origine moribusq; diuersis in locis rettulimus plura) ad sortem magis expeditionalium rerum, q̄ ad concursatorias habilis pugnas, recens illuc accersitus, congressurus Barbarorum globo repente conspecto à ciuitate fidenter erupit, diuq; extento certamine pertinaci, equis partes discessere momentis. Sed orientalis turma nouo neque ante uiso superauit euentu. Ex ea enim crinitus quidam, nudus omnia præter pubem, subraucum & lugubre strepens, educto pugione agmini se medio Gothorum inseruit, & interfecti hostis iugulo labra admouit, effusumq; cruorem exuxit. Quo monstruoso miraculo Barbari territi, postea non ferocientes more cum agendum appetterent aliquid, sed ambiguus gressibus incedebant. Processu dein audacię fracto, cum murorum ambitum, insularum spatiis immensis oblongum, & inaccessible pulchritudines urbis, & incolentiū plebem considerarent immensam, iuxtaq; fretum, qđ Pontum determinat & Ægeum, disiectis bellorum officinis, quas parabant, post accepta maiora funera q̄ illata exinde digressi sunt effusorie per Arctoas puincias, quas peragrauere licēter, adusq; radices alpiū Iuliaꝝ, quas Venetas appellabat antiquitas. His diebus efficacia Iulii magistri militiæ trās Tauꝝ enituit salutaris & uelox. Cōperta enim Fatoꝝ sorte per Thracias, Gothos antea susceptos, dispersosq; per uarias ciuitates & castra, datis tectioribus literis ad eorū Rectores Romanos omnes, qđ his tēporibus raro cōtingit, uniuersos tanq̄ uexillo erecto, uno eodē die mādauit occidi, expectatione promissi stipendi securos ad suburbana productos. Quo cōsilio prudenti sine strepitu uel mora cōpleto, Orientales puincię discriminibus ereptę sunt magnis.

Hæc ut miles quondam & Græcus à principatu Cæsaris Neruæ exorsus, adusque Valentis interitum, pro uirium explicauit mensura. opus ueritatem professum nunq̄ (ut arbitror) sciens silentio ausus corrumpere uel mendacio. Scribant reliqua potiores etate, doctrinis florentes. Quos id (si libuerit) aggressuros, procudere linguas ad maiores moneo stilos.

Pagne facie. 1. uersu, 23. Honoratum tum Comitem. 9.5. multitudo. 18.31. urbem hemimontanam, 29.3. Iæpe. 42.38. eruditus, 46.15. tanquam. 48.4. receptaq; 53.1. propellere, 70.23. Limigantes Sarmatasq; 89.7. implicitas, 110.19. stipendium, id quoq; 124.34. percursis, 35. Succos, 143.1. conuolentes. 159.18. Helepolim, 176.10. Helepolis, 192.39. appetitor. 203.25. annui. 205.21. commississe. 22. confutatus, 218.14. abditusq; 220.35. ueteres. 232.14. diripissent. 248.8. Erechthij. 253.42. missis oratoribus poscebat. 292.29. Traianum, 293.5. Traiano. 294.31. Traianum. 299.4. lisdemq; 34. Fritigerno. 300.30. hostibus. 305.6. animaduersum. Item. uti, quibus. 306.6. Fritigerni. Hæc sunt præcipua, quæ perperam excusa morari lecturos queant. Multa et antea q̄ imprimerentur, quemadmodū emendari fere posse uiderentur, subagnouimus. consulto tamen ancipitia uitare, neq; asteriscis (quod iam passim faciunt) indicare est uisum. neq; interualla sepius q̄ in manuscripto codice haberentur laxare. neq; rursus græca quamlibet corrupta prætermittere. q̄ sciam, quantum illa coniectura, & si codex alius accedat, auxiliij afferre soleant, nec ignorem, nullum integrum inuentum esse hætenus uetustum codicem, nullum uero non integritati redditum ex deprauatis, modo pluribus, & quos acri quis iudicio multesq; lectionis excuserit. Ita præter quinque millia, quæ nos pepulisse opinamur, trecenta pene quæ supersunt adhuc monstra (de prioribus tredecim uoluminibus tantum loquor) consiendi locus diligentioribus, fortasse & audentioribus, aliquādo fuerit, modo caueant, ne quædā temere uel commutentur uel iungantur. quod indignissime commissum toto erat opere, & indignius libro uigesimo sexto, ubi integram ferme paginam reddidimus, idq; tam hians ulcus, paucis literis mutatis coire adeo compuleram, ut deesse nihil prorsus crederetur.

AVGVSTAE . VINDELICORVM . IN . AEDIBVS
SILVANI . OTMAR . MENSE . MAIO
M . D . XXXIII

